
LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/symboladiuinahum13typo

Iacobus Balfourius Kynardiae Miles
Leo Rex Armorum.

SYMBOLA
Diuina & Humana
PONTIFICVM
IMPERATORVM
REGVM.
Accessit breuis, &
facilis Isagoge
IAC. TYPOTII.
Tomus Primus.
EX MVSÆO
OCTAVII DE
STRADA CIVIS
ROMANI.
S.C.M. SCVLP.
TOR EGIDIVS
SADELER EXCV.
PRAGÆ
1601.
BALTHASAR CAYMOX &c.

Cum Priuil. Summi Pontif. & Sac. Cæs. M.tis

CANDIDO LECTORI.

EN TIBI JAM IN CONspectu sunt, quæ in Musæo Stradii, veluti in tenebris erant. Vtere, fruere, non contemplare modò. Nam si paulò penitius introspexeris; videbis, non tam oculos quam animum pasci, quod magnis illis viris propositum est: qui arguta brevitate, ingentia volumina superant: & ut Sol exiguo quandoq; radio specum collustrat, pateat licet longè ac latè; ita animum totum corripiunt, ac fugatis errorum tenebris, vera pietate, solida virtute imbuunt. Distinguere necessarium non est, quæ discrimina in proscenio cernis. Et ex ipso illo indice satis apparet, non è trivio lecta, quæ abs Antiquario Cæsaris, magno studio, industria, & opere collecta. Igitur non commendo tibi, quæ prima facie arridentibus: & per oculos mentem sincero amore subeunt, placere enim non possunt non animis ingenuis suapte natura, Ego verò quid accendam te amore eius, cuius desiderio video te conflagrare? Quamobrem vale, & uti dicebam, fruere munere, cuius utilitas cum voluptate certat. Si tegratum sensero, majora non, sed alia atq; alia meditabor.

IDEM EIDEM.

NOn me fefellit meum, de sententia tua, judicium. Ita ubertim distrahuntur Symbola, quæ ego contraxi, & quasi in acervum, tanto studio atq; sollicitudine coacervavi. Sed quod multi sint, qui quæ vident, scire cupiant, ut in Prothyro magnæ beatæq; domus, scita emblemata,

& ingenioſas imagines; nec habeant quem percundentur ſemper; inſervitum eſt, non paucorum, ſed omnium commodis, atq; honeſto deſiderio. Revocato enim ſub incudem operi Iſagogen adjunxi, ut ſemper habeas, cum Myſteriis Myſtagogum: & me ſimul intelligas, tua benevolentia ſtudioſiorem eſſe, quàm quaſtus mei. Iterum vale. Pragæ, ipſis Dionyſiis. Anno primi huius ſeculi.

Hierographia.

Nobis est significatio rei aut personæ sacratior: notis, aut litteris: non tàm expressa, quàm impressa.

SACRATIOR.

Dicitur, non tantùm quòd inventio sacra sit: aut res ipsæ Paganis omnes ferè sacræ, imò plerunq; ritu divino habitæ; sed quod mysteriorum instar, plus abdant, quam promant.

NOTIS.

Picta, sculpta, celata intelligimus.

LITERIS.

Scripta. Scribuntur Literæ, Syllabæ, Voces, Sententiæ.

Dividimus igitur Hierographiam

In { Hieroglyphicon & Symbola } Id est { Picturam & Scripturam.

Hæc annotasse distinctionis caussa sufficerit.

Quæ duobus libris ad Imper. Rudolphum II. scripsimus.

INDEX HIEROGRAPHIÔN.

S. Euchariſtiæ,	VIII.
S. Crucis,	XIV.
Pont. Max,	XXX.
Cæſarum	XXXIX.
Mahometanorum	IV.
Regum Hiſpaniæ	XXXVII.
Regum Galliæ	XLVIII.
Regum Angliæ	XXI.
Regum Scotiæ	X.
Regum Portugaliæ	XII.
Regum Siciliæ	VIII.
Regum Hieruſalem	IV.
Regum Hungariæ & Poloniæ	XIIX.
Regum Sueciæ & Daniæ	VI.
Regum Navarræ	X.
Regum Auſtriæ	II.
Regum Cypri	II.
Regum Burgundiæ & aliorum,	IV.

Aliæ ſunt ſimplices: aliæ duplices: Vna triplex.

Prima

II.
HIEROGRA.
GEMINA.

HIEROGRAPHIÆ S. EVCHARISTIAE.

Ita non in trivio, at Synodo Nicæna, Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi appellatur.

Huius I. Hierographia.

1. EST, ut licet cernere, perspicua, nec indiget lumine, in medio luminis Phœbei: cuius luminibus obstruit superni Luminis fulgor, S. Spiritus, hoc enim mens, illo collucet oculos. Nam Pater lucem habet inaccessam, & in huius Lumine vidimus Lumen. In basi nomen est salutis plenùm, & quod basis salutis nostræ, Iesus sit; merito eius, quam Majestati debemus, Laus, Gloria & Honos adscribitur.

II. Hierographia est gemina, ut numismatum ferè.

1. Prioris Hieroglyphicon est, cœlestis imber. Non enim aër, at Cœlum, aut verius cœli Rex, Manna pluit. Symbolon verò, ut ipse legas si illud obscurum foret, cœlo sementem vindicat.

2. Posterioris Hieroglyphicon est Obeliscus; cui pro Pyropo, Crux dignius imposita est. Nam si lucis caussa, ille apicem teneret olim; quantò sanctiùs, Crux Pyramidem fidei nostræ occupat? Alte enim radices egit; & licet ad vitam æternam cœlestemq; rapiat; memoriam mortis Christi semper renovat. Fidei verò nostræ robur si non satis notat hæc in concussa moles; Symbolon aperit. Consilio Dei quippe temeritas & furor nequidquam reluctantur.

Symbo-

Symbola Sacrosancti et adorandi Eucharistiæ Sacramenti ueritates aureæ. 2.

III.

HIER. GEM.

Symb: Sacra: et ado: Eucha: Sacra: ueri: au:

IV.

HIER. GEM.

Symb: Sacra: et ado: Euch: Sa: ue: au:

V.

HIER. GEM.

III. Hierographia gemina.

2. PRIOR est vitis; posterior est Tritici jucunda, non tantum admiranda ſpecies, in ſacroſancto Myſterio. Paſtus enim corporis, de pabulo animæ ſpem confirmat. Jam vitis amplexa & ſupereminens ulmum, Chriſti amorem erga ſponſam ſuam pandit. Et manus geminæ, quæ uvas in laticem exprimunt: Charitatem noſtram, & Eccleſiæ concordiam requirunt. Huc .n. pertinet Symbolon: Inſontibus. Nam ut Deus eodem imbre rigat juſtum & injuſtum, non ita hic & ille ad communem menſam Filii DEI accedit. Teſtis eſt Paulus: Quicunq; manducaverit indignè; grandi piaculo ſeſe obligat. Cæterum tritico nihil avidius, nihil plus alimenti trahit. Vnde illud. Nihil feracius in Symbolo expreſſum. Vitæ nihil tenacius mariti. Vnde impreſſus magis quam expreſſus à me amor Servatoris. Natura vitem & triticum in promtu habet, Plinius naturam utriusq; in literas retulit.

IV. Hierographia gemina.

1. Hæc facies, tres ſcopulos mari figit. Quanta in numero indita reverentia; tanta è rebus numeratis edita pietas. Fidei enim primus tumulus, in ſpei cumulum aſſurgit: & veluti per continens ædificiū in charitatis jugum aſcendens, Fidere & videre, ſimul ſtatuit. Hoc ſcilicet clivo fixum indicat, non dicit Sydus. Et quod diceret. ſi fari poſſet; Symbolum effatur: ac ſecuritatem veritati, adverſus errorum tenebras promittit.

2. Illa autem facies, diverſé idem facit. Nam licet piorum animi laſciviant etiam interdum, aut torpeant; cœlitùs juvamur: & ſuperiores nos, hinc illecebris, hinc ærumnis, ſtatuens Deus, revocat ad ſalutem, non ſecus ac gnavus olitor ſterilitatem corrigit: & pulvillos ut vides, harpagio (ſic .n. foraminoſum vas illud, à ſuctu aquæ nominant) in tempore perpluit.

V. Hierographia gemina.

Priori parte Irides tergeminas: Poſteriori Solem unum vides plena facie, an face dicam? Hunc corona inſignem ex ſpicis tritici, illas manantes largo imbre, Quæ cum vides; legis hìc ſerenitatem promitri, parte enim cœli ſerena apparent, tenebricoſa autem procellæ ruunt: iſtic præſentiam eius, qui nuſquam nunquam abeſt, Iridem definiat Ariſtoteles. Nos ſcimus eſſe momentum fœderis: quo infinitam Majeſtatem, infinita Bonitas conciliavit nobis, non audeo dicere, obligavit. Quin etiam Romani Iridem (ut Bekamus obſervat, & exſtant numiſmara Traiani, atq; aliorum) florem cognominem & concolorem Iridi conſecrarunt Spei. Vt hinc liquidò conſtet, ſperandam eſſe doctrinæ ſerenitatem, etiamſi diverſitas opinionum, omnia ferre videatur.

Quid verò de præſentia Solis, qui nuſquam abeſt? Nam licet conſpectū fugiat, ſemper aliquid operatur: & ipſius terræ viſcera, variè afficit. Quod de præſentia Hyperionis, ventoſi homines etiam dubitent: quem patrem Solis, Poëtæ Myſtica diſciplina tradunt. Coronam Sol meruit in pugna adverſus Gigantes. Ex tritico obtulit jam olim pietas, Myſterii rudis, quod Melchiſedechus inſtituit: & Deo debuit.

3

Symbola Sacrosancti et adorandi Eucharistiæ Sacramenti ueritates aureæ.

VI
HIER.
GEM.

Symbola Sacro: et ador: Eucha: Sacra: ueri: aureæ.

VII
HIER.
GEM.

Symbola Sacro: et ado: Eucha: Sacra: ueri: aureæ.

VIII
HIER.
GEM.



VI. Hiero-

VI. Hierographia gemina.

3. PRimò, Sede: En tibi ſuſpenſa aëre Aquila: nulla, n. alia volucrum, quam generis conſortes, contrà tuetur Solē, quæ calore delinita, implumes plumas ſpargit, & exuit vetuſtatem. Ludit ad hoc, quodam loco Pſalmographus. Et nos ad imitationem Aquilæ, excutere vitia oportet: quando ad Deum, ut illa ad Solem, accedimus, quod de alto intonat Symbolum.

2. Sive adverſa ſede, Cornu: cuius uſus à Marte, ad Dianam & venationem, præludium belli tranſiit. Quid Hieroglypron velit: Symbolon notat. Terrorem quippe criminis ſonat. Et quis terror, vel acerbior? vel ſonantior eſt conſcientia ſcelerum? Itaq; ſi volumus æmulari Aquilam, quando ad Synaxin, ut illa, ad Solem accedimus; inhorreſcamus ſcelerum memoria & Numinis præſentia, neceſſe eſt.

VII. Hierographia gemina.

Fuerit proxima contritionis; hæc eſt conſolationis. Nam una ſitientibus potum oſtendit: altera facies eſurientibus panem in manum dat. Quem verò, Deus bone, potum! quem cibum!

1. Ex rupe Moſes elicit ſcaturiginem. Illa autem rupes, illa Petra erat Chriſtus, ut Paulus interpretatur: & ſitim animæ noſtræ, ſolus ſanguis Chriſti explet.

2. Mittamus lignum, in panem eius, inquit Jeremias jam animò anticipans conjurationem impiæ gentis. Et corpus ſuum, quod ligno ſuffixerunt, Chriſtus panem appellat.

VIII. Hierographia gemina.

Conſolationem excipit Moderatio quædam.

1. Nam prior intuitus, exhibet iracundiæ flagellum, quod obſervatum alicubi de cœlo; Attilas & Tamerlanes in terris prærogativa ſævitiæ, pro nomine & honore uſurparunt. Nec profectò ſunt, niſi à Deo vindices peccatorum.

2. Secundus jugum quidem promit; ſed id quàm ſuave Chriſtus alicubi, imò ſua cuiq; mens teſtatur: & Symbolum Amoris, nodus Amoris diſſolvit. Nam ſi volenti nihil difficile; amanti omnia ſunt facilia.

SYMBOLA S. CRVCIS.

INSPICE ET FAC SECVNDVM
EXEMPLAR QVOD TIBI IN MONTE
MONSTRATVM EST.

prima Hierog. *Crucis Simplex*

II
HIER. GEM.

I. HIEROGRAPHIA CRVCIS SIMPLEX.

4. EST, uti animadvertis, multis distincta Iconibus, partim manifestis, partim obscuris. Inscriptio translata à Tabernaculo Mosis, ad Tabernaculum Christi, non incommodè. Icones inter, nihil clarius aut notius Cruce, nobis ita suspicienda, ut execrabilis felicitatis nostræ hostibus, Crucem facit antenna ex malo ad angulos rectos suspensa. Et hac, veluti bulla, insignire pectus, Christi Sponsa in Ecclesiaste jussa est, unde descripta, quæ hic in Cruce scripta. Sub Cruce sunt, & Plantæ, & Animantia, id est, Homines, qui à præclara natura, ad alterutram, ut Picus sentit, defecerunt. Vnicum quippe miseris & ærumnosis asylum, Crux est, Sed & Palma, sub dextra Crucis, notatur Crux non tantũ Theologica, sed & Mystica Pierii doctrina: quemadmodum Cervo Christus. Nam, ut illa, quo magis premitur; eò vivacius eminet; ita & Crux inclarescit calamitate. Ac quo fere pacto Cervus serpentes fugat; Christus Cacodæmones. Proxima, Cedrus est, Libani frutex, & ipsa imago Crucis, quod ramos ea forma divaricet, ut Ales suprà sedens. sit Christus: hic enim ille est, sub cuius umbra alimur: fovemur: crescimus in virtutem. Cui consonat apud Ezechiam, ipse Dominus Deus; & sumam de medulla Cedri. Tertia est illa felix Olea, Ecclesiastis: sub qua, & ipso Crucis indice, Ovicula salubres herbas pascit, nihil jam metuens Diaboli insidias, pro quo Ludum introductum cernis: qui cervum fugacem, & agnum non mordacem fugit. Sub læva Crucis, totidem arbores sunt, dignæ nota. Reliqua utrinq; scalpri luxuries est. Prima infelix, (qua ferè voce Crux, aut palus supplicii à Romanis appellatur) & trunca imago Crucis, quã ut agnoscas, hic est ille Aries, quem Abrahamus in vepreto cornibus impactum comprehendit, atq; immolavit Deo. Supra arborem, octo Stellæ, libram repræsentant, duæ examen: tergeminæ lances, qua ex re, clariùs ipso sydere collucet: pœnam esse adæquatam delicto: & insontem sontium pœnas dependisse. Altera est. Cupressus, & ipsa feralis arbor. Crux inquam: Cuius apicem, Columbæ figura, Christi integritas tenet: Radices verò, quadrupes informe, filium perditionis, Mystæ arbitrantur. Postrema sit Platanus: quæ æstate Solem non admittit, hyeme transmittit. Hic equus recubat, id est, effrenata nostra Cupiditas. Nullo enim non tempore receptus est ad salutem. Supra Crucem Pellicanus est, typus Christi. Nam ut ille pullos suos, suo ipsius sanguine nos Christus refocillat. Sub Cruce Malus Punica, quæ licet undarum fluctibus videatur impeti; non commovebitur tamen. Tanta est firmitas Trianguli; & potentia Divinæ Triadis. Ac ut Malus Punica, Plinio observatore, resurgit à radice: ita & Crux strata: firmiorq; est, ubi videtur penè eradicata, A dextra Trianguli, septem Lucernæ, de uno micantes condelabro, sunt totidem dona S. Spiritus: quæ Christo ita de nobis merito,

merito referamus accepta. Nam aliena, quæ ſunt Holocauſta; unius Chriſti ſacrificium, omnia abolevit. Emblema circa tortile, majori indiget veneratione, quàm expoſitione. Nam Euchariſtia Chriſti nos alit: Chriſtus nos tondit: & ſacris ſuis initiat: charitate conjungit: memeria mortis tuet. Et ex adverſo, recordatione paſſionis ſuæ conterit: ac frangit cor adverſus pietatem procax, contrito & pœnitenti, ne deſperet; oleum inſtillat: ac conſolatur. Gratia S. Spiritus, poſtremò abluit, & ſuo ſanguine irrorat.

II. *Hierographia gemina.*

1. Hieroglyptus Leo ſignificat Leonem de tribu Juda, qui quanto ludibrio in crucem aſcendit; tanto honore de cruce triumphavit. Hoc enim trophæum jam eſt, carnis domitæ: Mortis victæ: Orbis & Orci deniq; ſubacti.

2. Aquila verò ſculpta ſacro myſterio, enitentem virtute, quod Majeſtate tenebat, ad cœlum clamat Chriſtum. Nam ut ipſa in altiorem charadram, ſi quando torretur ſiti, lapides dimittit; ita hic honeſtum pectus quinto capitali vulnere percuſſus, infera recluſit regna: & quorum ſitiebat ſalutem, in lucem reſtituit, longè illuſtrior patiendo; quam agendo David: qui totidem glareis hoſtem immanem ſtravit.

5.

Symbola Sanctæ Crucis.

III.

HIER. GBM.



Symbola Sanctæ Crucis.

IIII.

H. G.

Symbola Sanctæ Crucis.

V.

H. G.

III. Hierographia gemina.

PRimò, Thronum Athenæus ſedem honorariam, cum ſuppedaneo definit, Latini ſolium vertunt. Theologi Cathedram volunt, in qua quæ nuſquam ſedet, Majeſtas Dei conſidat: id eſt, gloria coruſcet. Glyptes, gloriam Principis univerſi non aſſequitur. Trinitatis figuram in faſtigio non injuria locat. In medio ſceptrum oculatum, quo prudentiam regnantis ſignarunt Ægyptii. Nos hic intelligimus providentiam Regis Regum Chriſti. Sub ſuppedaneo rivi manant (ſcanſile eſt ſcalarum gradibus) ex eodem fonte in vitam æternam. Atq; hæc quidem omnia ad Deitatem Chriſti pertinent: & immortalitatem eius, qui pro nobis mortem obiit. 5.

2. Palmitem de ſtipite ſuſpenſum deguſtant Alites. Et nos ſanguine Chriſti de Cruce pendentis, dictu mirum, alimur.

IV. Hierographia gemina.

1. Antica ocio advetſatur. Exempla ſunt apes & formicæ, ſi quæ animantium, laborioſa infecta: ut Poëſis naturam exprimit. Illas etiam æris ſonitu colligimus; has arte diſſipamus, aut cogimus noſtro commodo. Ad crucem ſine ambagibus, reducuntur. Feriari ſernis non licet ita occupato, imò afflicto rerum Domino.

2. Poſtica injuſtitiæ. Struthiocamelus documento eſt, quem fretum viribus, deſtituit prudentia. Quid enim ineptiùs, quam tecto capite, molem illam corporis nudare hoſti? Et aſſequitur, currentem licet, ſagitta. Quot jam una pharetra ſagittas habet? Sic peccantem & latentem, ut mortales, haud Deum immortalem pœna aut comitatur, aut tarditatè gravitate compenſat. Ne hic Palmam ſine cauſſa pictam rere, quam Myſtæ dicarunt Juſto, quod rami frondibus fruges adæquent: & ipſa incorrupta ſit, quales juſtitiæ præſides eſſe oportebat. Iam Palmæ aſſimilavimus crucem: ſub qua nos ipſi agnoſcere diſcimus, etiamſi nos noſtri, bruti animantis inſtar, cæperit antè oblivio.

V. Hierographia gemina.

1. Terebinthus, ea arbor eſt, ſub qua infodit Patriarcha Jacobus ſigna, Crux inquam, quæ unius Dei cultu, Idolomaniam obruit ſalo & ſolo. Reſinâ fundit, ita ſalubrem animæ hæc; ut illa corpori. Quid Jani imago ad arborem inimicam ſimulacris? vel Paganorum ſuperſtitione, & arte Cacodæmonis: vel ſignificatione Myſtica veræ prudentiæ. Nam ſi Janus bifrons: quod præterita & futura ſimul contempletur; Chriſtianus eſt longè prudentior: qui ita animo repetit præterita, dicta & ſcripta, imò & facta; ut has rerum machinas, elato animo præteriens, memor Chriſti, à quo nomen habet, crucinoſtra cauſſa fixi; ad res multò anguſtiores contendat. Huc profectò ſpectat ad radices Grus, prudens gregalium dux, & ſolers officii: quæ unguibus lapidem tenet, ne conſopita torpeat, & jam non de grege aliquê increpans, ſed ipſum Magiſtratum, muneris admonens.

2. Lotus eſt, ea ſuavitate apud Homerum; ut guſtata, qua nihil dulcius, patriæ deſiderium tollat. Fabam Græcam Plinius eandem aſſeverat. Et hæc Crucem exprimit. Quid enim ſuavius ſalute Animæ, quæ abs ea dependet. Certè cupit ille diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Nec ad terreſtrem voluptatem reptat: qui vera & cœleſti hac ſemel eſt delinitus. Sed audiamus volucrem, imò Animam volantem in cœlum: Quàm dulcia. Lege Symboli reliqua: ſunt enim ſacra & vera.

6

Symbola S. Crucis.

VI

HIER GEM

Symbola S. Crucis.

VII

H G

Symbola S. Crucis.

VIII

H G

VI. *Hierographia gemina.*

EN virtutis gemmæ, totidem facies, Temperantiæ & Fortitudinis. Delitiæ enim non est Crux, 6.

1. Si inimitabilis est Christi virtus; Bos ab armento digressus, quod sit, & fieri scribit Aristoteles, ἀλμαγελεῖν vocat, & sub ilice, recubans, solitudinē nobis continentiam, & parsimoniam commendat: Jam enim nōn despumat in libidinem: & nos si vitaremus contagia; & ut ille, glandifera arbore, nos paucos contenti, pabulum Luxuriæ negaremus, ne tenor vitæ concinnior existeret & dignior Christo, cui vita nostra tanti constitit. Nec taurus solum non instruit, prò pudor! brutum animans; sed nec animans, frenum & canon, quæ de ramo ilicis vides pendere, ut appetitum refrenemus, & rationis canone compescamus.

2. Et hìc bellua nos animat. Rhinoceros est, ad fortitudinem, ut Taurus ad Temperantiam, melius nota Oppiano, quàm Aristoteli. Nam Romæ Pompeius exhibuerat populo: & Emanueli Regi Lusitaniæ exhibuit Cambeja. Fortitudinis exemplar est, quod è duello, quod cum Elephante, propter pascua perpetuum est, nunquam redeat, ni parta victoria. Mori scilicet mavult, quam vinci. Ad Fortitudinem quoq; spectant, quæ vides de annosa quercu suspensa, Arcus & Pharetra, imò ipsa quercus, quæ suo robore, elidit robur tempestatis, ne dicam temporis. Ita longæva est, quanquam non vires corporis, sed animi robur, animans nos per animantia, plantas, & inanima Natura à nobis requirat. Fortis enim est, qui se ipse vicit: & quibus vulgo pauci reluctantur, si non ratione, recordatione crucis, superavit animi, veluti procellas, impetus.

VII. *Hierographia gemina.*

Mitia habemus exempla: sequuntur sæviora, planè, ut Medici expediunt acria, si placida remedia langueant; legislatores, si non possunt suffundere, effundunt sanguinem.

1. Ciconia infesta Anguibus; vindicta Dei est, justè in peccata animadvertentis, ut Symbolum sonantiùs loquitur.

2. Anseres vero, quorum imbecilliores, volatu prævertere conantur, & improbi nominantur à Poëra; & fugiunt laurum, vatibus amicam. Hi nos sumus, qui inter nos de improbitate contendimus: & vaticinia salubria fugimus. Miseri & hoc miseriores: quod miseri esse volumus: & nolumus Crucis ærumnas momentaneas, anteponere flagitiorum pœnis sempiternis.

IIX. *Hierographia gemina.*

Ad spem revocat Mysta animum, tactum conscientia scelerum.

1. Nam hìc Satyrum sententiam loquentem facit oppidò salubrem. Satyrus autem, homo est, ut ille, incupiditates diffluens: hìc enim verè homo non est, sed monstrum hominis. Quicunq; tamen est, salutem sibi promittit, Pentagonum intuens, & à fistula septem cicutis distincta aversus. Hæc scilicet totidem peccata capitalia discriminat: Illud ex duobus Triangulis, Deitatem in Humanitate, & hanc cum illa, mysticè repræsentat. Est enim in Deitate & humanitate Trias, quam D. Augustinus, tantopere veneratur atque admiratur.

2. Istic Simiam, turpissimam bestiam, simillimam nostri, pari pietate

Symbola S. Crucis.

IX

HIER. GEM.

Symbola S. Crucis.

X

H. G.

Symbola S. Crucis.

XI

H. G.

informa-

informatam. Aus non eſt Simia, ſed homo ſimilis Simiæ, nôn corporis, ſed morum fæditate: qui in Filio Patrem agnoſcit. Hoc enim Davidis eſt, in Lumine tuo videmus lumen, & Luna à Sole lumen recipit. Tantum abeſt, ut ullius optata aſpernetur tanta bonitas: aut miſeriam ſpe fraudet miſericordia.

IX. *Hierographia gemina.*

IN ſpe nos Myſta continet. Tuere mecum in utramq; eiuſdem Numiſmatis faciem. 7.

1. Prymneſium eſt Feſto tonſilla, ſive palus, ad quem alligatur navis. Columna hæc, inquam, quæ ſpes ſalutis noſtræ eſt, verè ſacra Anchora, de Cruce Domini noſtri dependens. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia tua Domine: ut hîc ex Davidis vaticinio de Cruce, transſcriptum cernis.

2. Cornucopiæ eſt ad ſtolonem pacis relegatum: Ac ne repetam de Amalthea fabulam; verum eſt Symbolum. Nam verè pax eſt, quam ſequitur rerum omnium ubertas, diligentibus, qua nulla æquior eſt, legem Chriſti. Ac ut fortuna virtutem quandoq; exerceat; animo tranquillo & ſuis rebus contento ſuppetunt affatim omnia.

X. *Hierographia gemina.*

Chriſtus omnibus pependit de Cruce; ſed non omnes pendent à Cruce Chriſti, quod Myſta binis alitibus declarat.

1. Accipiter hos refert, qui aut impii aut ingrati ſunt in meritum ita de nobis Chriſtum, & olim à Moſe relatus eſt inter immunda animalia: eſtq; infeſtus debilioribus natura. Vt meritò audiat, & ſub huius imagine, Animæ averſa à Deo: Os tuum abundat malicia.

2. Generoſior Gallus gallinaceus, de cuius natura nihil ex Plinio afferam, natus enim domi eſt, Petrumq; increpuit violatæ fidei. Vt non injuria, ſub forma Galli intelligamus Animam piam, ſollicitantẽ ſuppliciis Numen.

XI. *Hierographia gemina.*

In utroq; latere Quadrupes infirmum vides. Et non vides te tota animalanguere. Me miſerum!

1. Elephantem variis morbis affici Ælianus obſervavit: & adverſus infeſtiores, præſens remedium eſſe vinum. Jam docilem eſſe, & pænè ad ſolertiam noſtram accedere, Plinius refert. Hæc cauſſa eſt, quod ægritudine animi correptum Myſta, ſub Elephante exhibeat: ut ſub mole corporis enormitatem vitæ intelligamus & execremur. Nam ſalvi eſſe poſſumus, ſi volumus. Ita in promtu eſt ſanguis, qui de Cruce fluxit: & per vinum repræſentatur.

2. Cervum ſitibundum natura, curſus incendit magis. Nos nudos, inermes, rerum omnium indigos natura; hæ etiam deſtituunt ſæpè, quæ nobis à Parente & Domino Naturæ obtingunt, non tàm ullius injuria quàm noſtra ſocordia ac niſi nos recipimus, unde fugimus, actum eſt. Hæc pia mens ſecum repetens, cervi inſtar, ad fontem vitæ revertit feſtiva,

Symbola

8

Symbola S. Crucis.

XII
H G

Symbola S. Crucis

XIII
H G

Symbola S. Crucis.

XIIII
H G

XII, Hiero-

XII. Hierographia gemina.

PRimò. A Symbolo exordiar; Iter impiorum peribit. Horrenda vox, & vera. Nam extra ſalutem; quis locus ſaluti? Salus autem noſtra, eſt Crux Chriſti. Ad Hieroglypton accedo. Draconi cum Elephante bellum eſſe Plinius ſcribit; ac ut ex arbore, tanquam ex ſpecula, in tranſeuntem, ſeſe lancinet, graphicè deſcribit. Draconem agnoſco hîc. Pro Elephante vel crocutam, vel feram aliam video. Illam certè idem Plinius inſidiantem Homini facit & imitantem, hominis vocem: ut à ſocietate in avia allectum perimat. Nihil prædæ, hoc loco, præter oſſa σκέλη Apollonii ſcoliaſtes appellat. Et ipſa fera præda eſt Draconi, quem fulmine tangi, & cœleſti igne vides conflagrare. Ita inenarrabili Dei judicio aut humanitùs, aut divinitùs, impietas omnis caſtigatur, & quod imprimis mirêre, impius impium caſtigat: ſuperiorem legibus, Deus: Quamobrem maneamus ſub Cruce Chriſti, Chriſtiani: ne in invia illabamur, incidamus in feras. 8.

2. Lucifugæ ſunt noctua, bubo & rana. Sunt & feræ quæ viribus non ita, ut ſolertiæ fidunt, quarum unam caput hîc exerentem puta. In ſcenam introducunt hos; qui inventa fruge, ad glandem relabuntur: & à luce, qui eſt Chriſtus, Crucis imagine territi, in antiquam vitiorum ſylvam abeunt, atque Mundi caligine delectantur.

XIII. Hierographia gemina.

1. Baſiliſcus, quem fama eſt, inter Serpentes, virulentia regnare: nemo enim vidit, ſi viſu necat, Et ſi quod ſceloton, nec affirmare auſim nec negare. Hic, inquam, Baſiliſcus Princeps inferorum eſt: quem Princeps univerſi Chriſtus domuit, unde hîc catena vinctus.

2. Draco cuſtodiens aurea mala, ut inſomnis excubat; ſic nobis credita à Deo dona diligenter ſervanda ſunt.

XIV. Hierographia gemina.

Informes Manium formæ: Duæ hîc ſculptæ ſunt.

1. Simiæ, immundi animalis, qua capitur Genius Luxuriæ.

2. Et vulpis, quæ exprimit Genium Homicidii. Veterator enim & fraudulenter moliens hoſtilia, Cacodæmon eſt. Quod autem vinctos tantos hoſtes cernimus; cum Principe tenebrarum ſubactos intelligimus, ne acumen dentium aut contemnamus, aut expaveſcamus.

Roman,

Vrbanus VI. antea D. Bartholomeus Butillus Neapolitanus Pontifex Max.

Bonifacius IX. alias Pervus Tomacellg Neapolitanus Pontifex Max.



Innocentius VIII. Sulmonensis alias Cos. matus de Melioratis Pontifex Max

Gregorius XII. Venetus, antea Angelus Corarius Pontifex Maximus.

Alexander V. Græcus Cretensis, antea Frater Petrus Philargi Pontifex Max

Joannes XXIII. alias Balthasar Cossa Neapolitanus Pontifex Max.



HIEROGRAPHIA PONTIFICVM ROMANORVM SIMPLEX.

COLUMBA suo lumine refulgens, S. Spiritum demonstrat, qui à Patre & Filio procedens, non unam modò οὐσίαν Hypostaseōn convincit, sed & concordiam in Ecclesia statuit. 9.

II. Hierographia simplex.

Si thema quoddam est hominis: & certus causarum nexus; natura profectò ducuntur, quæ ratione non reguntur. Nec in animantia tantum, sed & Plantas. Imò in anima, influit à supernis corporibus vis quædam. Ita compagine quadam, atq; sociavit. Verbis opus non est. Ac ne miremur Anguem vel cantu in ignem, vel natura ad supera cogi; Homo serpens humi est: qui nec morte potest, à Christo, cujus amore & desiderio flagrat, separari. Hoc enim sapere est: & ut cætera improbus, sapientia celebris & clarus est Serpens.

III. Hierographia simplex.

Mons coronatus, ventorum elidens tempestatem, & locum adversus injuriam, tenens, Innocentio VII. Romana Hierarchia est.

IV. Hierographia simplex.

Serpens circum scapum, lubrico loco, serpens, prudentia Gregorii XII. est, omnia in schismate, ad concordiam rimantis. Concilium enim ea de re habuit Pisis: & constantiæ in ordinem redacti, ordinem servantis. Vides enim ut de summo fastigio solerter se dimittit, tenax sui.

V. Hierographia simplex.

Calicem Christi, Evangelium Christi astruit, quod Alexander V. libro subjecto dicere videtur.

VI. Hierographia simplex.

Vas in honorem, aut honoris vas, Deo acceptum Mystæ olim pronunciarunt.

Romanorum Pontifices

Martinus V. Romanus, antea Otto Columna appellatus. Pont. Max.

Eugenius IIII. Venetus alias Gabriel Condelmerius Pontifex Max.

Felix V. Allobrox, olim Amadeus de Domo Ducum Sabaudiæ Pont. Max.

Nicolaus VI. alias Thomas Sarzana Lunensis. Pontifex Maximus.

Calixtus III. Hispanus Valentinus antea Alphonsus Borgia. Pontifex Max.

Pius II. Senensis Tuscus antea Æneas Sylvius Picolomineus Pont. Max.

VII. Hierographia ſimplex.

EN tibi repræſentat Hieroglypton, eventa magis rerum humanarum, quàm ſucceſſus. Eodem enim incendio abeunt in favillas, Tiaræ Pontificum, Coronæ Cæſarum, Diademata Regum, Tutuli Antiſtitum, Inſignia Principum. Et quib. hæc omnia comparantur, aut conſervantur, arma, imò qui hæc omnia continet, ipſe rerum orbis. Et concinit Symbolum Hieroglyphico, ut legis: intelligis n, ſi legis. Sic plana ſunt verba. Sic plana planities rerum. 10.

VIII. Hierographa ſimplex.

Juſtitiæ exemplar eſt Trutina ſatis manifeſtum: & Symbolum longè manifeſtiùs. Ut executione magis ſit opus, quàm interpretatione.

IX. Hierographia ſimplex.

Antitheta hoc placent, quod hoc ſint. Quod Symbolum enarretur ipſo Hieroglypto; novi quid, at nihil alieni à vero eſt. Quis n. tàm cæcus, qui non cernat jactari fluctibus navigia? Quorum ſpes nō eſt deſperata? Et Tilea, non modò ſubvecta clivo, verùm etiam ex ceſpite peripheria, ut vides, circumſepta, ſpem firmat. Nam ut à noſtro genere circumſidetur; ita, ut Plinius tradit, à nullo brutorum animantium appetitur.

X. Hierographia ſimplex.

Quadrata Crux eſt, & tajecta viciſſim, Palmis: coronata verò quadrantali. Hæc fidei noſtræ victoriam, quam æterna & vera pax excipit, aſſerunt: ut Symbolum taceat. Nam Crux quatuor orbis plagas obtinet: & pacem quaq; verſum offert.

XI. Hierographia ſimplex.

Hanc Crucis figuram Chriſtiani meliùs norunt: ut qua de Chriſtus pependit. Quid tiara honoratur; Hoc Symbolum explicat. Nam ſi pontifex ſervit rCuci; quid non faciemus nos! qui aut unum caput Eccleſiæ agnoſcimus: aut corpus uniforme non agnoſcimus.

XII. Hierographia ſimplex.

Auctor & Symbolum, & Hieroglypton, manifeſtum facit. Eſt enim Æneas Sylvius, qui præter ſpem, ad ſummum Hierarchiæ faſtigium, licet virtute aſcendit. Sed & Aaronis virga pullulavit: ad quam in re ſeria alluſit.

Romanorum Pontifices.

Paulus II. Venetus olim Petrus Barbus Pontifex Max:

Xystus III. Ligur alias Magister Frat: Franciscus Ruuerus Pont: M:

Innocentius VIII. Genuensis antea Ion: Bap: Cibo. Pont. Max:

Alexander VI. Hispanus Valentinus alias Rodericus Borgia Pont: Max

Pius III. Senensis, alias Franciscus Piccolomineus Pont: Max:

Iulius II. Sauonensis Ligur antea Iulianus Rouerus Pont: Max:

XIII. Hierographia ſimplex.

Vtrumq; hoc clarum. Ex tenebris enim auctor in lucem refulſit.

XIV. Hierographia ſimplex.

Non hîc ulla difficultas: Ponte.n. Tiberim ſtratum vides.

XV. Hierographia ſimplex.

Heſiodus, loco impedito, plurib⁹ verbis collocat virtutem. A verbis ad Icona, Olea & Palma Virtutis præmia ſunt.

XVI. Hierographia ſimplex.

Qui Religionis cauſa peregrinantur; in montes aſcendunt, in valles deſcendunt: Flumina trajiciunt: Rivos tranant: Sulcant maria. Devia, in via, non viam modò permeant: Deflectunt in ſemitas. Non ſemper tenent regiam. Quid religionis Antiſtites facere oportet? In hoc exilii loco? Hoc enim vult auctor Pontifex: Cùm tres ſcipiones, S. Trinitatis auxilium præſentent.

XVII. Hierographia ſimplex.

Eadem manus pœnam & præmium offert. In nobis electio eſt.

XIIX. Hierographia ſimplex.

Obductum tenebris caſtellum in ſcopulo videmus; ſed & videmus coruſcantem ſerena luce Lunam. Quid vult Myſta? Non hic tantùm, ſed & Apoſtolus. Vult ſperare nos, in adverſis meliora; & ſecundùm miſeram hanc caducam, æternam ac felicem vitam.

Leo x. Medices Florentinus, alias Ioannes, Laurentij filius Pont. Max.

H. XIX. Gemina

Hadrianus vi. Traiectensis, natione Bataus seu Hollandus. Pont. Max.

Clemens vii. Medices Florentinus, antea Iulianus Iuliani F. Pont. Max.

H. XX

H. XXI. Triplex



Clemens vii. Medices Florentinus antea Iulianus Iuliani filius, Pontifex Max.

XIX. Xierographia gemina.

PRIMÒ Antica parte, pilam ſubjectam vides, quam ventoſam Plautus vocat, vento enim impletur: pugillatoriam Martialis, quod pugno, veluti nervo, excutiatur armato, & ſimul ſubjectum follem. Qua in re ſi qua obſcuritas; verbis illuſtratur. Nam ad virtutis exercitium & præmium: animi vigore, & magnitudine opus eſt. 32.

2. Poſtica, frenum, & id quidem ſuave: vel quod compreſſis voluptatibus, vita ſit oppidò ſuavis: vel quod poteſtate illa Leo X. moderatè uteretur.

XX. Hierographia ſimplex.

Vel fabricæ culmen: vel Belli inteſtini finem, hac imagine nequidquam optavit Hadrianus VI. Morte enim præventus eſt, & Chriſtiani etiamnum malunt inter ſe, de gleba terræ: quàm cum Barbaris, de imperio orbis terrarum contendere; aut, qui ſolus tantum audet, Imp. Rudolpho II. ſubvenire auxilio.

XXI. Hierographia triplex.

Trium Hieroglypton, idem Symbolum eſt, licet bis Solem, Sydus ſemel adducat Auctor: & Soli iterum unam ex ſeptem pilis, gentiliciam objiciat. Ita Clemens VII. integritatem ſuam voluit, ab injuriis fortunæ & hominum vindicare: incendium urbis, ut hîc arborum, majori vi, quàm humanæ tribuens; & invidia, qua flagraret, ſe eſſe ſuperiore, in lucida imagine oſtendens.

Romanorum Pontifices.

Paulus III. Romanus antea Alexander Farnesius.
Petri Aloysij Fil. Pont. Max.



Iulius III. Romanus, alias Io: Maria de Monte Vincētij. Fil. Pon: Maxim:

Marcellus II. Thuscus, patria Pollicianen: familia Cerruna, Pontif: Maxim:

Paulus IIII. Neapolitanus, antea Io:
Petrus Graffia Pontifex Max:

Pius III. Mediolanensis, antea Io:
Angelus Medices, Pontifex Maxim:

XXII. Hierographia ſimplex.

ROMA, cui aræ erectæ à Paganis, hîc in ara crucem manu tollit: hanc eſſe, cui debeatur, cultus, clarè demonſtrans, inter Matronas, quarum ferventior pietas, ut quæ totæ, affectus ſunt; & Patres ſi non hi ſunt Prophetæ & Apoſtoli; illæ verò Sibyllæ, quarum oracula collegerunt Suidas & Lactantius. Symbolum certè Regii Prophetæ eſt à morte vindicantis Chriſtum, qui in cruce mortuus creditur. Sic ſcilicet Deitas abs Humanitate diſtinguitur. 13.

XXIII. Hierographia ſimplex.

Committit Plinius, aut verius Natura delphinum cum Crocodilo, quod ad Symbolum adaptari poſſet. Ingenio enim & celebritate magis, quàm viribus, hunc ille ſuperat. Ita Crocodilum armavit, & cute induravit Natura: molli tantum, ac tenui ventre. Hoc non ignorans, Delphin mergit ſe, & hoſti nixo viribus ſubmittens dorſum, cui cultellata ineſt pinna, in tempore aſſurgit; & in alvum, ſolam, ut dixi, telis expoſitam inſinuat ſeſe: atq; illa, ventris penetralia, haurit ſpina. Hoc autem natura ludicrum vult; ut adverſus potentiorem nitamur prudentia: & tempus atq; occaſionem ne negligamus. Voluit autem Myſta Delphinem, cum Chamœleonte in arenam adducere, qua ratione non intelligo: Delphinem enim ſimul ac terram attingit, occidit, hac forſan: quod tarditate Chamœleontis, celeritatem Delphini temperandam; & modum tenendum exiſtimet.

XXIV. Hierographia ſimplex.

Villæ Juliæ, cujus ſciographiam habemus, fons eſt virgo, id eſt, virtutis ſedes nec delitiæ ſuburbanæ, vitiis urbanis inquinatæ.

XXV. Hierographia ſimplex.

Micans Sydus, & altare fumans, admonent nos ſuppliciorum, & votorum. Nam quod nos noſtrum thema lateat, aut fallat, tutiſſimum perfugium eſt, ad aram Numinis, potentis rerum. Primitiæ frugum altare circum, non tàm ad intuendum nobis, ſed ad imitandum propoſitæ ſunt. Æquum enim nos gratitudinem Deo, à quo omnia habemus, munuſculo declarare.

XXVI. Hierographia ſimplex.

1. Symbolum ad Chriſti æternitatem: Icon ad mortalitatem ſpectat. Sic igitur Pont. Max. loqui putatote: Regnum tuum Chriſte, qui crucem ſuſtuliſti & tormenta crucis, amore noſtri pertuliſti, perpetuum erit, nec ullis ſeculorum ſpatiis finietur; licet mors tua, impios perſtringat. Temporis enim fuit, quod clepſydra Calvariæ notat. Imò mortis æternæ frenum eſt: quod ſequens imago declarat. Ac ſi quem dubitatio, aut ſtulta ſapientia ventilet; patent libri myſtici: qui annunciarunt, ita confirmarunt regnum Chriſti, cruce partum.

2. Agnus in ara repræſentat Chriſtum, propter innocentiam: & ſacrificium Agni Paſchalis, typus erat mortis Chriſti,

Roma-

Romanorum Pontifices. 14

Pius V. Alexandrinus Prius frater Michael Gislerius ex oppido Boschi. Pontif. Max.

H XXVII. Gem.

Pius V. Alexandrin. Prius fra. Mich. Gisl. ex oppi. Bos. Pont. Max.

H XXVIII Gem.

Gregorius XIII Bononiensis antea Iacobus Boncompagnus Pont. Max.

Xystus V. alias Fra. Felix Pivetus de monte Alto Marchianus Pont. Max.

XXIX.

XXX.

XXVII, Hiero-

XXVII. Hierographia gemina.

HIC Symboli prioris auctor est Apostol. Posterioris Propheta. Hieroglypti utriusq; Pius V. 14.

1. Insignia qui submittit, se submittit Deo. Hoc Pius facit: & insignis spei assertor S. Spiritus, spem Pontificis ratam facit.

2. Atq; hæc quidem prioris sunto. Posterioris est Navigium, procellis & tempestate agitatum, sed cujus fluctus mitigat, ac sedat; qui cœlum & mare, uti condidit, ita regit.

XXIIX. Hierographia gemina.

1. Prior est fiduciæ in Servatorem, ut manifestum fit ex Libamine & Hostia, si obscurum foret Symbolum.

2. Posterior, fructum fiduciæ, manu repræsentat: germen florens: & claves, tantæ dignitatis argumentum.

XXIX. Hierographia gemina.

Gregorius XIII. Portam, quam sanctam vocant, recluſit, & cluſit. Quo anno patet. Symbolum verò, optantis est, sanctum limen subire, sanctos & insontes.

XXX. Hierographia simplex.

Xystus V. vindex scelerum, & assertor justitiæ, in monte tertio (de monte vocabatur) ut eminentiori & magis conspicuo, gladium in acumen, quod crux tenet: fixus enim cruci Christus, est norma Patris: per libram, æqua bilance, id est, æqualem justi canonem, distrinxit, non in hac tabula solum; sed magis in Rep. Ex altero monte, Cornucopiæ: ex altero ramum oleæ producens. Quod justam gubernationē personarum, pax pacem, rerum copia, & ubertas consequatur. Quam temporis sui felicitatem, symbolo, ut legere est, expressit.

Romanorum Pontifices 15

Xystus v. alias frater Felix Pyretus de monte alto Marchianus Pont: M:

Pius vi. Romanus, antea Io: Bap: Castanus, Pontifex Max:

XXXI.

XXXII

Gregorius xiii. Mediolanensis prius Nicolaus Sfondratus Pont: M:

Innocentius ix. Bononiensis, olim Antonius Facchinetus Pont: Max:

XXXIII.

XXXIV

Clemens viii. Florentinus, alias Hippolitus Aldobrandinus Pont: Max:

H XXXV. Gen



XXXI. Hiero-

XXXI. Hierographia simplex.

ÆRario insidens Leo, cum Stella, supra collem inter duos assurgentem, Pontificis curam de Rep. cujus nervus est, censore olim non solo Demosthene, res numaria, in plano, licet sublimem locat. 15.

XXXII. Hierographia simplex.

Globus terrestris, si terrigenis omnibus, gratus est, nec affirmare ausim: multi enim queruntur, nec negare: nemo enim cœlestem quærit. Confugiunt nonnulli ad mortem, veluti adportum, non mundi odio, sed fortunæ suæ. Plures cœlum cantillant; sed quod excedere cogantur terra. Quod unus vir, probari se omnibus existimet; extremæ, dementiæ est. Nam qui fuit, delitiæ orbis terrarum falsò; is fuit, lacrymæ Iudæorum verè.

XXXIII. Hierographia simplex.

Hic optat, Manna per plui Robur gentilicium. Imò Hesiodus non gentilicium Insigne, at satam aut natam forte quercum, si recte vidit Theophrastus, manare sublucano illo liquore vult. Nã Matthiolo felicius cõcrescere videtur in fici, fraxini, Orneglossi frondib. Certe si in Amygdalæ, Persicæ Quercus folia deciderit, mellis more defluit. Nec suam modò familiam, quam ex robore æquum est agnoscere; sed Italiam totam: quam non solum fæcundæ, verùm etiam jucundæ arbores cohonestant. Nonno .n. Poetæ, Manna nostrum est μελλίῤῥιτός ἄρτος & liquor ille dulcior aut salubrior melle, coalescit grumosus, cùm in frondibus arborum variarum, tùm in herbis & lapidibus, ipsoq; solo. In tanta benignitate Naturæ; benè præter Italiam, Ecclesiam, quæ Italiæ finibus non continetur, sed vix terminis terrarum orbis, complexus est votis. Quod piis, probo. Quod à Jove, nescio an omnibus probarim. Nam licet Juppiter sit juvans pater; religio olim fuit, figura Jovis exhibere Deum. Jam Melle Jupiter pluit, Rusticorum fuit, Galeno teste, non Principum de Manna Italiæ, proverbium. Hoc addo, ne quis nesciat ex Oriente advehi, idem re, nominibus distinctum. Hoc Manna, illud Tereniabin Arabes vocitant. Quod autem ego vota Mystælatius interpretor, mentem ipsius, non meam rimor. Est enim Pont. Max. pro Re, non privata, sed publica Deo vota nuncupare.

XXXIV. Hierographia duplex.

Petri Lembus, jam olim Ecclesiam refert, quæ licet, jactetur ærumnis, ut procellis ille; Gubernatore CHRISTO, semper liberatur & vindicatur ab injuriis.

XXXV. Hierographia duplex.

1. Prior tibi Ensem & Pedum, forma decussi, Harmonicè conjungit, quod Ser. Tullii Regis est: qui Numam & Romulum simul æmulatus est, ne, ut sub illo, dissolverentur: aut, ut sub hoc, efferarentur animi civium. Nihil igitur omittit, qui Servium in regno imitatur; sed rectam civitatis gubernandæ normam tenet.

2. Posterior, prioris confirmatio est. Nam ut scopulum, nequidquam verberant marini fluctus; ita suis librata ponderibus stat, & semper stabit justa rerum gubernatio: hostibus formidini, ciuibus quieti, sociis præsidio.

Romanorum Imperatorum. 16

Rudolphus I. Rom: Imp: Rex Ger: Landgra: Alsat: Com Habspur:

Adolphus Rom: Imp: Germ Rex Comes Nassauiens: etc.

Hierographia prima Cæsari sim:

H II

Albertus I. Rom: Imp: Ger: Rex Austriæ Dux prim: Comes Habs:

Henricus VII. Rom: Imp: Germ: Rex. Luceburgensis Comes

H III

H III

Ludowicus Rom: Imp: Rex Germ: Vtriusq; Bauariæ. Dux.

H V Gemma

I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX VTI SEQVENTES CÆSARUM.

QUEMADMODUM Pœnis, Romani populi legatus, eodem sinu pacem & bellum offert; ita Imp. Romanorum Rodolphus I. Cæsar, eadem manu hostibus & dubiæ fidei sociis, ut animadvertis ex sparo & ramo olivæ.

II. Hierographia simplex.

Adolfus ab Augusto sumsit: Augustus ab Euripide, verba duo natura inter se opposita, & arte decenter coalita. Hæc loquuntur, tantùm vocem non edunt, anchora, quam moliri operosum est; & Delphin, quo nihil expeditius. Præcipitare negocium, est id perdere. Si aliis in rebus mutare consilium & rationes licet. In bello, pœnitentiæ non est locus, ut hoc non ad voluptatem pictum, sed ad necessitatem præceptum intelligas.

III. Hierographia simplex.

Hæc cunctationi opposita est: telum enim volatile Albertus I. manu tollit, tantùm non vibrat: & increpans in negocio prægnanti, tarditatem, Tolle moras inquit, ex Lucano fortè: Rectè, imò Regiè. Nam Alexander Magnus, interrogatus, quid tantas res ea ætate gessisset? Nihil differens, ait: Cæsar nil minor, celeritate sæpiùs, quàm vi vicit. Eiusmodi Principes, cum habemus, non est quod alios de Rep. gerenda consulamus. Erudiunt enim ipsi nos Tantùm abest, ut alienis, vel rudimentis, vel præceptis indigeant. Hic certè Imperator, duobus verbis summam belli gerundi complexus est, Tanti est cùm in omnibus rebus, tùm bellicis præcipuè non feriari.

IV. Hierographia simplex.

Fide parentium, puta: consilio autem imperantis, Resp. firmatur. Atq; hæc quidem, caduceo coronato vult Hierographus. Nam Mercurius virga inter angues fortè dimicantes inserta, pugnam diremit: qui parte media, sui voluminis, nodo, quem Herculeum dicunt, inter se vinciuntur: & ab hoc reflexi, dùm in oscula coëunt, circulum describunt. Sic scilicet judicio Magistratus, controversiæ inter cives dirimuntur: & eiusdem consilio bella cum hostibus finiuntur. Manus verò inter se devinctæ, non tantùm volunt fortasse fidem civium; sed mutuam benevolentiam civium & Magistratus: jurat in leges, & injuratus legibus Divinis tenetur; naturalibus obstringitur.

V. Hierographia duplex.

1. Aquila est orbi hiulco insidens ita; ut unguibus hiatum cohibeat, Cum Hieroglypto concordat Symbolum ex eo natum: quod sibi de competitore victoriam promitteret.

2. Et hìc Aquila Solem contrà tuens, audaciam eiusdem, contra rivalem, cujus familia Sole clarior, declarat. Symbolum simile, quo jam se non tantùm adversario opponit; sed & cùm Deo parùm modestè ponit. Est quidem Aquila Jovi sacra, ut ad fabulas rem revolvamus; & à Mario, ut in historia, sola legionib. est, Plinio teste, consecrata. Sed absit mihi omnis cum Deo comparatio, Iniqua enim est, ne dicam, stolida & vesana.

Romanorum Imperatores. 17.

Fridericus Pulcher Rom: Imp: Germ: Rex.
Aus: Stirię Carint: etc. Dux Com: Habs:

H. VI. Gen.

Carolus IIII. Rom: Imp: Ger: Boh:
Rex Dux utriusq; Ster: Lucemb:

Wenceslaus Rom: Imp: Ger: Boh:
Rex Dux utriusq; Slesię Lucemb:

H. VII. smq.

Sigismondus Rom: Imp: Rex Germa:
Hung: Boh: Dal: Crou: Scla: Bosnię

H. VIII.

Barbara Hermani Com: Cilien: filia
Sigismondi Imp: uxor.

H. IX.

H. X.

VI. Hierographia gemina.

HIC femore tenus, Statua in basi stat: istic integra. Pugilis forte, Utri- 17.
usque idem Symbolum: haud dubiè, quod ut fundamentum, est ædificii firmamentum; ita consilium Regis, sit fundamentum regni, ut, vulgò homines, alia in Principe observent: quemadmodum domus parerga potius, quàm domum. Demosthenes profecto, cùm alii alia laudarent in Philippo Rege Macedoniæ, vituperare illas laudes & regias quærere. Quæ illæ? inquies; se regere, uti opinor, & Rempublicam gerere.

VII. Hierographia simplex.

Lynx est acuto visu, maculoso tergore. Audaciæ simulacrum Sigismundus vult. Timidam tamen Horatius appellat. Olaus Magnus ab ignavia tuetur: cui de animali patriæ, scribenti debemus assentiri, præsertim si etiam cum cervis bellum gerit, ut credit Gesnerus. Cervi enim in Suecia non sunt. Certè, quæ prævidemus, minus timemus, ut illa perspicacia, feram omnia contemnentem faciat.

II. Hierographia simplex.

Venceslaus, si cætera, infra Majestatem Imperatoriam; hoc supra multos Regum & Cæsarum: quod, cui reluctari non poterat, cesserit fortunæ, nec in fratrem quidquam gravius statuerit, quem fortuna dedit aliquando in potestatem. Hoc vult cùm Navi & cœlo & mari agitata; tum sententia medius fidius gravi.

IX. Hierographia simplex.

Orbem Coronatum decenter vides. An gnomen probes, nescio. Quemadmodum enim non eodem omnes palato sunt, cùm hos acria, illos dulcia capiant; sic nec ingenio Ulysses tectus: Ajax nudus. Illi probaris facilè: huic minimè. Plures fortasse sunt Ulysses, quàm Ajaces. Et verè simulare, citra injuriam, semper enim hæc abest, ad rem, si cujus Magistratus facit. Nam soleis mater, liberos infantes prudenter decipit; quos perderet, omnia nudando. In populo autem quot sunt infantes? Non quæro, ætaténe? sed vanitate?

X. Hierographia simplex.

Danaëm Juppiter aureo imbre perfudit, & compressit. Hac fabula, & non fabulosa sententia, conjunx Sigismundi Barbara, pudicitiam venalem censet, liberalior tamen pudoris sui.

Romanorum Imperatores. 18

Albertus II Rom: Imp: Germ: Hung: Bohe: Dalm: Crou: Scla: Bosniæ etc Rex. Archi: Austr:

H. XI. Gemina.



Fridericus III. Rom: Imp: Rex Ger: Hung: Dal: Crou: Scla: etc Arc: Au:

Leonora Eduardi Regis Portuga: filia Friderici III. Imp: uxor.

H. XII. simplex.

H. XIII.

Maximilianus I Rom: Imp: semp: Aug: Pluriumq Europe Prouinciar Rex et Princeps Potentissi⁹ Archid: Aus: Dux Burgū:

H. XIIII.

H. XV.

XI. Hierographia duplex.

IM ò pene eadem. Nam idem ſignum, idem Symbolum. Hoc differens, quod hîc celitus detur: iſtîc à ſignifero exceptum, nec ab eo ſolo geſtetur: habebat enim ſignifer laboris ſocium. Et ſunt eædem uſpides haſtarũ utrinque in utraq; facie Numiſmatis. Signum, inquã militare, quod à Perſis (nam aqnam Xenophon notat in expeditione Cyri) per Macedonas Imperii ſucceſſores, ad Romanos tranſiit. Qui autem ſocio præreptum vult; in hoſtes videtur miſſurus, quod dubiis in rebus ad concitandos militum animos, factum legimus frequenter. Atq; hæc ſub oculos cadunt. Quod autem cœlitus datur; à Deo pendêre victoriam Imperator oſtendit. Ita videor Hieroglypta intelligere. Quod autem victoria fugam neſciat, non ſcio, quid Albertus II. velit. Nam ipſe in apparatu belli Turcici, in agro Strigonienſi mortuus eſt: & fortuna in bello ſæpè mutat vices; ut propior victo ſit ſæpiùs, qui tandem vincit. Dicitur Græcis νίκη & quidem παρὰ τὸ μὴ εἴκειν à non cedendo, ſed quàm ἑτεραλκέα Homerus, mutantem ſubinde vices, verius nominat: Virgilius alternam. Boni igitur ominis potiùs, quàm veri nominis cauſa, dictum quod ſcriptum legis, puto. 18.

XII. Hierographia ſimplex.

Leges & arma in promptu habes, illæ regunt, hæc tuentur imperium. A Juſtiniano habet Imp. Fridericus, ut ſine quibus Imperatores, non modò Imperium, ſed ne nomen quidem tueri poſſunt.

XIII. Hierographia ſimplex.

Conſociatio eſt, quam compaginem vocant. Sed Imperattix de Analogia loquitur, quæ nobis eſt proportio. Dividitur autem in Arithmeticam, Geometricam, & Muſicam. Quam omnem Timæus Platonis, in mundi fabrica obſervat. Bodinus in Rep. primus, ut videri vult. Duas certè priores ſpecies notant Plato & Ariſtoteles in Rep. Sed Poëtæ harmoniam Cadmo antè deſponderunt, Et illi concentum ex Arithmetica & Geometrica proportione, ſuaviorem quavis vocum harmonia cognoverunt. Eſt autem rerum proportio, in natura, ni eſſet illa; hæc non eſſet. Nunc concors iſta rerum diſcordia, Naturam ut ſtatuit, ita ſervat. Eſt in Rep ut ſtudia pacis, quâ Palma ſignificat: & belli, quod ſigna & arma, totis finibus inter ſe diſiuncta, vel cæco declarant. Hæc enim coronam, quam læva tenet, retinent: & ut domi pacem præſtant; ita foris victoriam pariunt.

XIV. Hierographia ſimplex.

Cor, quidem cujusvis eſt, ſed Regis dicitur à Sapiente eſſe in manu Dei. Nos enim legibus ſubjacemus: ille ſuperior legibus, Deo. Hîc cor, quacunque tandem corona cinctũ, Regium eſt. Velim eſſe ex Anagyri, cujus folio adhuc virentia ſedant tumores, ſi credimus Galeno. Laudabilis enim eſt in ſumma poteſtate, ſumma moderatio.

XV. Hierographia ſimplex.

Sex radiis Myſtæ rotam vitæ humanæ fulciunt: propter totidem vices. Quam aſpidem acumine gemino per internodia dirimunt; hujus vitam laborioſam volunt. Volvitur autẽ hæc rota ſub mundo, qui mundi Principem notat, cujus vox quoq; exauditur: per tot diſcrimina rerum. Quot verò? Quot acini ſunt Punici mali. Sed &, ut hoc duri corticis eſt & inſuaui s; ita acini grati: nuclei medici. Ad rem accommodatè. Nam dulciſſima eſt, rectè factorum recordatio.

Romanorum Imperatores. 79

Maria Ducis Caroli Burgundię filia uxor Maximiliani ī Imp:

Blanca Maria Galeaty D. Mediolani filia. Maximiliani ī Imp: uxor.

H. XVI. Gemma

Carolus ū Rom: Imp: ac Rex Germanię Hispanię utriusq; Siciliæ. Hierusalem Hungarię Dalmatię Croatię Sclauo: Sardi: et Indiarū ac terra firmę maris Oceani etc

H. G. XVIII.



Carolus ū Rom: Imp: Germania Hispaniarū Indiarū. Rex etc.

H. G. XVIII.



XVI. Hiero-

XVI. Hierographia duplex.

PRimò, Imp. Maximilianus primus, priorem uxorem duxit, Mariam Caroli audacis, ultimi Burgundiæ Ducis filiam, ex qua ſuſtulit generoſam ſobolem utriuſq; ſexus. Hoc ſignificare vult aquila. Ac quod hæc pullos ſuos, qui Solem contra tueri nequeunt, nido, ut degeneres expellat; prolem ſuam omnem generoſam, ut erat, aſſerit. Hinc illud Symbolum. Sed & in eo vincit Aquilam: quod hæc tantùm tria ova pariat: & ædio alendi, excluſum, ex pullis, unum exturbet. Quippe eo ipſis tempore cibum negavit natura, ut ſcribit Plinius de quadam Aquilarum ſpecie: ne internetione, reliqua animantia, delerent. 19.

2. Poſteriorem duxit Blancam, Ducis Inſubriæ filiam, majori ſpe, quam re. Licet Junonem Poëta appellet, quod neſcio cui Jovi, apud Paganos, non licuit impunè. Hîc Junonia eſt avis; ut iſtîc Jovis in Palma, non illa frugifera, ſi tamen altera non eſt laurus. Species referre arboris non eſt operę pretium: & ſine opera noſtra, pretium eſt apud Plinium, ac neſcio, an apud Theophraſtum quoq;. Hoc ſcio Aquilam in rupibus nidificare, & arboribus. In palma lauróve collocare licuit Imperatori: debuit ſculptor in fœcunda. Multò minus Buxo, quod ſemper vernet, Belgæ palmam nuncupant.

XVII. Hierographia duplex.

Columnæ utrinq; ſunt binæ. Inter poſteriores Aquila alis utramq; contingens, Coronatæ utrobiq;. Herculis appellant, ſive montes Calpen & Abylon: ſive æreas veré columnas, quod ulteriora, omnia eſſe mare, creditum ſit vulgo. Nam Platonis in Timæo, alia longé ſententia eſt: & ultera eſſe, ſi non continentem, inſulas, Sertorius apud Plutarchum oſtendit. Columbas avo materno Caroli V. Imp. orbem novum aperuit. Carolus plura detexit, atque occupavit. Unde Symbolum, ex Pindaro ſumtum: Plus ultra, utriuſq; Hieroglyptiidem. Nam & in Hieroglyptis hoc tantum diſcriminis eſt: quod uno utitur, ut Rex: altero ut Imperator.

XVIII. Hierographia gemina

1. Zodiacus eſt, & in Circulo ſuo Sol. ſed nondum in auge: ſic enim Alfonſus Apogæum vocat, Græcè tamen: fulgorem quippe ſignificat uſu populari: in arte verò maximum receſſum Solis à terra, qui eſt circa quartum ferè gradum Cancri. Quid vult Imperator tàm erudito Symbolo & Hieroglypto? Plura ſperare ex quo nondum omnia detexerat: & magna licet, animi ſui magnitudine duceret inferiora.

2. Spes priſci honoris, & reſtituendi Imperii ſuſcitata eſt, ex capta Urbe, quam Tyberis fecat. Hic enim ille eſt, qui inter populeas frondes, tàm largo utre, rivum profundit, oblata fortaſſis ab aliquo aſſentatorum majori animo contemſit Imperium urbis: quam ſui urbem ceperunt.

Roma-

Romanorum Imperatorum 20

Carolus v. Rom: Imp: ac Rex Germaniæ Hispaniæ et Indiarum. etc.

Hier. XIX. Gem:

Carolus v. Rom: Imp: Rex Ger: Hispa: Indiar. etc.

Isabella Emanuelis Regis Portugæ: filia. Caroli v. Imp: uxor.

H XX. simp.

H XXI.

Ferdinandus Rom: Imp: Rex Germaniæ Hung Bohem: Dalmat: Croat: Sclauo: Infans Hisp:

H XXII Gem:



XIX. Hiero

XIX. Hierographia gemina.

PRIMÒ Carolinorum dixi, non Caroli Numiſma prius. Et hoc ærario- 20.
rum Bruxellenſium eſt, ut ex inſcriptione conſtat. Calculus ex Pyxide ratiocinatorum. Eſt autem in hac facie, aquila, pede altero Baſiliſcum calcans: altero anguem tenens. Aquila Imperatorem ſignat; Baſiliſcus & anguis, Imperatoris hoſtes, bello jam ſubactos: ut quos in manu, in poteſtate habeat.

2. Laurea cum ipſis baccis corona, victoriæ utilis index eſt: vincta perpetuitatem & pacem ſecutam indicat. Pacato igitur hoſtico, jure oblata eſt Carolo.

XX. Hierographia ſimplex.

Imp. Carolus, elocans filiam Mariam, Maximiliano Imperatori, locavit ſub manu Dei. Hinc ille manus: & duo M M (initiales litteræ Sponſi & Sponſæ) fidi amoris ergò, inter ſe conjunctæ.

XXI. Hierographia ſimplex.

Charites ſunt, quarum averſa roſas utraq; manu tenet, pro flore ætatis: dextra Myrtum propter venuſtatem: læva glandem, fœcunditatis ergò, aut moderationis in tanta fortuna. Urna perpetuò fluens, ſtirpem generis promittit: Corona regnum. Genii ſociare ſe Deabus geſtiunt, quod auguſtiora ſunt, quam humana, quæ Principibus bona obtingunt. Quod non tantum amore ſed judicio, in ſua conjuge Imperator amplexus, ante Charites ponit. Nec divinatio ſagaciſſimum Principem fefellit. Nepos enim rerum potitur: & filius hereditariò matris regno crevit.

XXII. Hierographia gemina.

1. Biceps Aquila imaginem Crucifixi geſtans Ferdinandum Imperatorem proponit, omnia ſua cum Imperio, committentem Deo.

2. Danubius ex Germania per mediam Hungariam means, variis oſtiis ſe in Pontum Euxinum exonerat. Eo ſignatus eſt Numus, quo tempore res Imperatoris erant in Hungaria ſecundæ, recepta ex pacto Tranſylvania.

Romanorum Imperatores. 21

Ferdinandus Rom: Imp: ac Rex Germ: Hung: Bo:
Dalma: Croua: Sclauo: Infans Hispania Arch: Aus:

H. X XIII Gem:

Anna Regina Hungariae et Bohem:
Ferd: Imp: uxor: Vladis: Reg: filia

H. XXIIII simp:

Maximilianus ii. Rom: Imp: Rex.
Germaniae Hunga: Bohem: Dalm: et

H. XXV.

Maximilianus ii Rom: Imp: Rex Germ: Hung: Bohe: Dal:
Croat: Sclauo: et Electus Polonia. Archidux Austriae.

H. XXVI. Gem:

XXIII. Hierographia gemina.

VTraq; habet Sphæram, cum insignibus gentiliciis. Prior super positam posterior infra Aquilam, ut hîc sit basis, istic fastigium. Vtraq; ductas à centro lineas ad circumferentiam. Aut me omnia fallunt: aut bonus Imperator undiq; spirat Deum: & sperat cœlum. Atq; ei hoc fuisse propositum, Symbolum clamat: Christo duce. 21.

XXIV. Hierographia simplex.

Connexæ dextera, altera est Imper. Ferdinandi: altera Annæ, Reginæ Hungariæ, Filiæ Vladislai. Omen connubii, quod perpetuum, & stabile, expetit Symbolum. Rosa, cum venustate, suavitatem prætendit.

XXV. Hierographia simplex.

M. cum Cæsareo diademate, est Imp. Maximilianus II. mundus verò, quidquid in mundo est. Sceptrum autem jus: Ensis arma, quibus jus vindicandum est. Quod quia difficile, Domino orbis, rem permittit.

XXVI. Hierographia gemina.

1. Prioris Symbolum est Græcum: In tempore utrumq;, id est, nunc placabilitate, nunc severitate opus est, ad retinendam Imperii Majestatem, quemadmodum Aquila biceps, si loqui posset, simul loqueretur. Sed vocalis est palma, Præmii simulacrum: & fulmen, irati Jovis argumentum.

2. Posterioris latinum, comminuam, vel extinguam, puta semiplenam Turcarum Lunulam. Hoc enim Aquila, id est, Imperator à Christo optat; cuius Cruce insignivit fastigium Coronæ.

Romanorū Imperatores 2.2

Maximilianus II. Rom: Imp: Rex Germ: Hug: Bohem: Dal: Croatiæ Sclauoniq, electus Poloniæ etc.

H. XXVII. Gem.

Maximilianus II. Rom: Imp: Rex Germ: Hung. Bohem: Dalm: Croa: Sclau: electus Poloniæ.

H. XXVIII. G.

Maximilianus II. Rom: Imp: Rex Germ: Hung: Boh: Dalm: Croa: Sclau: electus Polon:

H. XXIX. G.

XXVII. Hiero-

XXXVI. Hierographia gemina.

PRimò. En Cæsaris sydus oppositum, semilunæ Turcarum, Ita Deo placuit, horum immanitatem, illius humanitati opponere. 25.

2. En contra monstrum, Parma constantiæ, & gladius vindictæ, Monstrum Chimæra est, quam Bellerophon bello vicit, tricorpor, ut Homerus describit. Charistius interpretatur tres unius virtute populos superatos esse. Et Cæsarem divinitus conciari, adversus Turcam monstrosum hostem: quod enim hoc imperii genus? à parricidio auspicari? nullis terminare legibus? sola nisi libidin-? indicat Symbolum, ex Poëta sumtum: Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito. Jam triceps est, quod in Europa, Asia & Africa tyrannidem extendat.

XXXVII. Hierographia gemina.

1. Aquila biceps, in rupe sedens, Imperatorem in fastigio exhibet; & dùm altero capite Solem suspicit, altero serpentes circa rupem reptantes despicit; bona spe implet, divini auxilii, contra humanam cùm vim, tùm dolum. Atque hæc duo sunt, quæ contra duo capita erigat Imperator, necesse est. Quæ illa capita? Potentia & Prudentia, mente in Deo non sole, at solo fixa.

2. Deo Opt. Max. Imperator proteia, piè defert. Deuteria c- piis, modestè. Nihil enim sibi servat: cui secundùm Deum laurus, quæ peripheria huius Numismatis est, meritò debetur.

XXXVIII. Hierographia gemina.

Thema suum Cæsar Rodolphus utraq; facie exprimit, cum diversis, sed notis Symbolis, Et antè, ut apud Tranquillum est, eodem signo signavit nummum Augustus Cæsar. Felix huic fulsit: illi feliciùs fulgeat, Deum, qui astra ut condidit, moderatur, rogo.

Roma-

Romanorum Imperatores 23

Maximilianus Rom: Imp: Rex Germ: Hung: Dalm: Crouat: Sclau: et electus Polonię etc.

H. XXX. G.



Maria Caroli v. Imp: filia Maximiliani Imperatoris uxor.

H. XXXI. G.

Rudolphus ii. Roma: Imp: Rex Germ: Hung: Bohem Dalm: Crou: Sclau: etc. Archid: Aus:

H. XXXII. G.



XXXIX, Hie-

XXX. Hierographia gemina.

PRimò. Quæ ſiniſtra eſt, ad dextram converto. Nam M. id eſt, Mariæ, (quod prima littera nominis ſit) ſola ſpes erat. M. id eſt, Maximilianus: in marito enim fida conjunx acquieſcit. 23.

2. Poſterior ergò re, quæ prior eſt ordine. Sed nec à proximo Numiſmate aliena eſt, vides enim intet frondes, frutices, pyra, id eſt, Pyramides, abſlato enim in acutum, quo pacto flamma deſinunt. Vides, inquam in corolla, quæ cingit meditationes Imperatricis, & hac notat ſobolem felicem: cujus, propter ætatem, tota ſpes erat, in frondibus, id eſt, in ſpe. Interiora ſunt anguſtiora. Tres Coronæ in medio poſitæ, media Imperatoria; dextra, Caſtiliæ: læva Aragoniæ deſignant abjectum omnem faſtum. Subjecta corona ſpinea, quam quinq; vulnerum Chriſti capitalium ſtigmata, diſtingunt, reliquam vitam in ærumnis, quæ tamen ad melioris vitæ ſpem erigunt, poſitam indicant. Atq; illa ſuperne fulgens ſpes ex Iride emicat. Corona clarum bravium, & certaminis præmium eſt. Quod etiam Poëtæ voluerunt Heſiodus & Horatius, Ariadnæ Bacchus dedit: & ea mortua, ut virtutis memoria non moritur, retulit in cœlum. Sidus eſt, ſupra humerum Arctophylacis. Oritur, cum Scorpione, Nonis Octob: occidit, exorientè Cancro & Luna. Habet ſtellas novè ordine, & in orbe. Si pictor ſubtraxit, ignoſcendum eſt: ſi Myſta, cognoſcendum eſt, octo ſpecies beatitatis deſignari. Sed & ſunt qui octo tantum ſtellas numerent.

XXXI. Ad ſuperius Numiſma te mecum converte duplex eſt.

Sempet ſecutus ſum ordinem. Hic non excedo, ſed in ordinem cedo, finem vitæ, & infinitam vitam Imp. Maximiliani II. Cæſaris.

1. Duo Hirci nitentes in contraria ſignificant, ille immortalitatem animæ: hic mortalitatem corporis: Myſtica interpretatione recepta antè.

2. Symbolum prius non expoſui: poſitum enim eſt in luce. In hoc nihil obſcuri. Et ſi quid eſſet obſcurum; id manifeſtum fit, ex Anno & Conſule, id eſt, inſcriptione interioris circuli: ſcribitur enim quo anno ex hac vita miſera & momentanea, in illam felicem beatamq; migrarit Imperator. Cæterum laurus cum baccis, immortalitatem patri, & immortalem gloriam liberis in hac etiam vita promittit. Certè & faſcia, qua devincitur, regiam, ſi non poteſtatem ſingulis: dignitatem omnibus.

XXXII. Hierographia duplex.

1. Calculi in abaco ſex (ſeptimus enim patri divinitùs obtigerat, ne miremur ſubſultare) concordiam ſuffragiorum exprimunt: tot enim reliqui ſunt, ſecundum Regem Bohemiæ, Principes in Imperio viti.

2. Semper parcò labori meo, & tuo lector, ſcilicet, Hoc eſt, quod Symbolum priùs, præterii ſilentio. Et hoc quid habet difficultatis? Aquila jam tùm meditabatur bellum in Turcas. Hinc illud telum, quod unguibus librat.

Romanorum Imperatores

Rudolphus ii. Imp: Rex Germ: Hung Bohe: Dal: Crou: Scla: etc Archidux Austriæ.

H XXXIII Gem:

Rudolphus ii Rom: Imp: Rex Germ: Hung: Boh: Dal: Cro: Scla: etc. Arch: Austriæ.

H XXXIV G.



Rudolphus ii. Rom Imp: Rex Germ Hung: Boh: Dalm: Crou: Sclu: etc Arch Aus:

H XXXV G.



XXX III. Hierographia gemina.

PRimò. Rursus Aquila volatile telum tenet, vibranti similis, sedens in fascia, cuius Symbolum est: Adsit, Supple, inquit de Schola aliquis: Dominus. Mysta singulas etiam litteras ponderat, ut in nomine Adam Peda secutus Græcos. A. Adjuvante. D. Domino. S. Superabo. I. Imperatorem. T. Turcarum. Ego piis votis applaudam: Quod faxit Deus præpotens, & immortalis. Versibus id variis expositum Seco Bervitio jam Pelsenæ impositi, ad Sac. Cæs. Maj. Hoc sum brevior. 24

2. Aquila hîc medium cœli tenet: quia dissipat Barbaros: ac tendit ad majora, quod cæsis fugatisq; hostibus spectet diadema illud ἀφθαρσίαν repositum in cœlo.

XXX IV. Hierographia gemina.

1. Mundus, Imperii orbis terrarum insigne est; sceptrum tuendi: ensis defendendi; utrinq; laurus, gloriæ paris bello & pace, inter mundum & coronam R. Rodolphi Princeps littera. Hæc poterant esse occulta. Quid apertius pia sententia? A Domino pendêre Regna & Imperia.

2. Aquila tota in Deum versa, quem hîc Sol ostendit, significat Imperatorem, pro salute publica, Deo vota nuncupare.

XXXV. Hierographia duplex.

1. Duæ Coronæ, hæc major, & quæ minorem cum nomine Rodolphi II. Cæsaris Augusti ambit: illa minor, diversæ sunt. Laurea quippe interior: palmea exterior. Hæc major, quod multitudinis, optantis pacem: illa minor, quod Cæsaris cum sagacioribus, qui semper numero pauci sunt, sperantis victoriam.

2. Sic itur ad astra. Qua, quæris, via? Virtute & constantia, Deiq; inprimis; ne tollamur inani virium aut rerum fiducia, incomparabili auxilio.

Romanorum Imperatores 25

Rudolphus II Rom. Imp. Germ. Hung. Bohemiæ Dalmatiæ Croatiæ Sclavoniæ etc. Rex. Archidux Austriæ.

H. XXXVI. G.

Rudolphus II Rom. Imp. Germ. Hung. Bohem. Dal. Crou. Sclav. etc. Rex Arch. Aust.

H. XXXVII. G.



Rudolphus II. Rom. Imp. Germ. Hung. Bohem. Dal. Cro. Scla. etc. Rex. Archi. Aus.

H. XXXVIII. G.

XXVII. Hierographia duplex.

PRimò. Sic aliena, qui invadit, quod huic, sub Equite, strato eveniat. Non vana imprecatio Imp. Maximiliani Regis Poloniæ designati. Nam Stephanus non fuit longævus, & agnati, suos quisq; patitur Manes. 22.

2. Victrix corona per Mundum & Diadema transiens Domino & Architecto Mundi, Regnum & Imperium refert acceptum: aut verò dignus ea corona Maximilianus, cuius Littera capitalis, medium obtinet. Nam ex Mundo, imperii insigni, arcus exit: cuius cornua ad peripheriam Numismatis, quæ hic extima cœli superficies est, tendunt: quod non alius sit potestatis regiæ tutor, quàm dator, Deus.

XXVIII. Hierographia duplex.

1. Simplex utriusq; & idem Symbolum, nec non pium. Nam de sua diffidit prudentiæ: & providentiæ fidit divinæ. Igitur Aquila, nunc insidens Mundo cancellato, (quod judicium est difficultatis regnandi) mordicus Anguem tenens, nihil aliud vult, quam Imperatorem, omnia & præterita, & præsentia & futura, Deo permittere. Hæc scilicet angnis licet hîc non in spiram actus, notat.

2. Aquila insidens globo terrestri, ætate, ut apparet gravis, exhibet Imperatorem, mole rerum gravem, nec levem ætate, in Deo, conditore huius Machinæ, totum acquiescere. Tenia autem circumfusa sine notis, notat Imperatoris, & non cuivis nota consilia.

XXIX. Hierographia gemina.

1. Cœnotaphium est hæc Pyramis: nihil enim simile est Pragæ in monumento. Ad imitationem veterum Ægypti Regum: quos etiam æmulata est Roma, in tumulando Cæsare. Luna infastigio deficiens, mortem designat, id est, animæ migrationem è corpore. Nam in scapo, Æternitas animæ impressa, dicam, an expressa est, piè à Christianis. Et Cyrus hanc viam ingressurus, graviter apud Xenophontem, de immortalitate animæ differit.

2. Romani Principes suos referebant in numerum Deorum. Pyra cremabatur corpus, in culmine Aquila erat retinaculis dextrè vincta. His adustis Aquila, altum cita tenebat ut pluribus, Herodianus. Et hæc credabatur, animam Principis, in cœlum vehere. Explosa superstitio est. Hic tamen Aquila, pro Imperatore, verba facit, ut quivis ex Symbolo intelligit. Nam insignia Imperii, & signa belli, humi posita, apertè clamant, depositam esse rerum humanarum curam, quæ nihil ad divinas.

52 Romanorum Imperatores. 26

Rudolphus II. Rom: Imp: Germaniæ Hungariæ Bohem: Dalmatiæ Crouatiæ Sclauoniæ Rex. et.

H. XXXIX. G.



Turcorum Imperatores.

Saladinus Sultanus Ottomanus Turcorum Imp: Babiloniæ Damasi Aegyp: Rex. prima.

Baiacet Sultanus Ottomanus Turcorum Imp: Babiloniæ Damasci Aegyp: Rex.

H. sim.

H. II. sim.

Selimus Sultanus Ottomanus, Asiæ Babiloniæ Aegyptiæ Rex: Turcorum Imp:

H. III.



Solimanus Sultanus Ottomanus Asiæ Babiloniæ Aegyp: Rex: Turcorum Imp:

H. IIII.



XXX. Hiero-

XXXIX. Hierographia duplex.

PRimò. Quid magis, inquit Justitia, ad Deum provocans, aut diutiùs præstolaris? nec subvenis mihi, cui tamen Imperium rerum humanarum tradidisti? cum terra & mari oppugnet? Fuit enim tempus, quo terra mariq; rem gereret Turca, hoc etiam bello.

2. Jam, Adsit, interpretati sumus anteà. Hîc boni ominis caussa, benè repetitur; Divinum enim adsit auxilium, ubi humanum deficit nos, necesse est.

I. HIEROGRAPHIA MAHOMETANORVM SIMPLEX.

SAladini, qui regnum nostrum Hierosolymis delevit, exuvias, vel suparum, vel sagulum vides. Moriens enim circumferri jussit, ne quis rerum successu insolesceret, dignus qui pro nobis staret: aut qui in Repub. nostra renascereturn. 26.

II. Hierographia simplex.

Hoc teste victoriæ Barbarus, perfidiæ nos arguit. Erant enim ea tempestate, qui fidem Barbaris datam violari posse, malitiosa juris interpretatione, censerent.

III. Hierographia simplex.

In cremento Lunæ, incrementũ Imperii signat. Sed & decrescit Luna; deleaturq; tyrannis illa opto. Supplicijs muliebribus non debellatur bellum. Quid igitur Cæsari opem non fertis, ô viri? ô Christiani? Sed & Deus in vota vocandus est: sine cuius ope, nostra habent arma.

IV. Hierographia simplex.

Quatuor candelabria, jam ante me interpretantur alij, totidem orbis plagas; & inscribunt Turcica lingua, Alla vere, id est, Deus dabit, ut religio Mahometana, reliquas orbis partes comprehendat. Quod non sinat Christus lux mundi. Certè æstuabat tùm temporis ut hîc lucerna una, Nunc incendium, proh dolor, latius serpit. Nullâ virtute Barbarorum, sed nostra partim ignavia, partim discordia, proh nefas ô Christiani vos appello. Et quod cæterorum opem nequidquam plorem, vestram imploro Germani.

Reges

Reges Hispaniarum. 27

Ferdinandus iiii Rex Legionis et Castellę qui Mauros in Beticâ pri: conclusit.

prima H. sim.



Alponsus x̄ Rex Legionis et Castellę Electus Imperator.

H. ii. s.

Sanctius iiii Rex Legionis et Castellę Alphonsi filius.

H. iii.

Ferdinandus iiii Benignus Rex Legionis et Castellæ.

H. iiii.



Alphonsus xi Rex Legionis et Castellę.

H. v.

Petrus ii. Rex Arragonię.

H. vi.

HIERO-

HIEROGRAPHIA REGVM CHRISTIANORUM.

Primùm Hiſpaniæ ſimplex.

PRIMA, eſt Ferdinandi III. Regis, ut vides, qui Mauris in Bætica concluſis, viſus eſt ſibi, non in Hiſpania tantùm, polliceri Imperium; ſed Gubernatore Deo, clavum orbis terrarum, 27.

II. Hierographia ſimplex.

Alfonſi hæc eſt litterati Regis. Pelicani meminit Ælianus. Storges nos antea. Celebris aliàs vulgò eſt. Vult intelligi, ſe devoviſſe vitam ſuam Religioni & Reip.

III. Hierographia ſimplex.

Laceſſentis & ad duellum provocantis imago & ſententia eſt, Ferocis ſit in acie militis. Regis non eſt momento temporis, de ſumma rerum periclitari.

IV. Hierographia ſimplex.

Tres volutæ ſunt, ſive, coronæ ſtatuarum: ars enim imitatur naturam. Artem docet Vitruvius. Supra has Diadema Regium. Quæri vult Rex rebus benè geſtis honores cùm humanos, tùm divinos, id eſt immortales. Nam quod in lemniſco circum lamberet per litteras diviſum; id Ferdinandus quodam die, in aciem educens militem, ſuſius expreſſit: Dia de mas valer. Dies, quò virtus magis eſt illuſtranda.

V. Hierographia ſimplex.

Muſtela fumo circumfuſa, mori malle dicitur, quàm tranſilire, ne pellem inquinet, & credit Jovius. Geſnerus tamen etiam flumina tranſilire continuatis ſaltibus, obſervatum ſcribit: nec metuere, ne tingatur. Cæterum Alfonſus Rex, eò ſpectavit. Nam admonitus, ut in conjuratos animadverteret, quorum Princeps erat unus ex agnatis, regiè reſpondit, malle ſe mortem oppetere, quàm gentilium ſanguine, manus inficere.

VI. Hierographia ſimplex.

Hic magni fecit Imperium: aut veriùs imperantem omnibus Deum. Nam & Jovis hæc ales eſt: & Imperii Romani inſigne, ut ante dictum. Verba nemo non intelligit. Sub umbra alarum tuarum Chriſte, quas pro nobis in cruce extendiſti.

28

Reges Hispaniarum

Jacobus I. Rex Arragoniæ qui Valentiæ et insulas Baleares occupauit.

Petrus III. Rex Arragoniæ Primus Rex Siciliæ eiectis Gallis et Insularum Balea:

Jacobus II. Rex Arragoniæ Valentiæ et Insularum Baleareum.

Alphonsus III. Rex Arragoniæ Valentiæ et Insularum Balearium.

Petrus IIII. Rex Arragoniæ Valentiæ et Insularum Balearium.

Martinus postumus Rex Arragoniæ et Siciliæ qui regna Ferdinando reliquit.

VII. Hierographia ſimplex.

FOrtuna dubia & ancipiti, animo & virtute opus. Sic ſcilicet eques equi- 28.
tem ſternit.

VIII. Hierographia ſimplex.

Murex tetragona forma à Vegetio deſcribitur, in quamcunq; partem incubuerit, gravis exiſtit. Hîc coronatur. Nam Regis Arragoniæ Petri eſt; qui Gallos è Sicilia ejecit. Magna de ſeſe opinio.

IX. Hierographia ſimplex.

Nota eſt Fabula de cerva æripede, & cornubus aureis, quam Hercules fatigavit & comprehendit. Hîc adjecit alas, & fabulantem fecit, Conſtas, id eſt, cum iſtis, auro & celeritate, ad cœlum enitar, ſi tu Deus faveris, calcatis & ſuperatis, potentiæ æmulis. Certè ubi opus eſt facto, nequidquam conſultamus: & auro omnia, hoc anno expugnari audimus, quod ut luctuoſum victo, ita nec pulcrum victori. Diffidit enim ferro, qui aurum fundit. Profertur oraculum Apollinis, quis Apollo? Factum Alexandri. Sed quod reſpuit Romana virtus.

X. Hierographia ſimplex.

Symbolum luce clariùs eſt: & quid obſcuri inſerto, ad firmitatem revincto? cujus inapice annulus eſt, velut arrabo conſtantis fortunæ.

XI. Hierographia ſimplex.

Deo ſceptrum ſubmittit Rex, ut par eſt, Regi Regum. Coronæ ſuæ orbem terrarum nihil modici promittens ſibi, Gubernatore & Adjutore Deo.

XII. Hierographia ſimplex.

Hic jam ipſe gubernaculum orbis terræ corripuit: & ſupra orbem in luce, non in tenebris ſedet: manu aut victoriæ aut pacis ramum prætendens.

Petrus Rex Legionis et Castellæ



Henricus II Rex Legionis et Cast.

Joannes I Rex, Castellæ et Insulæ Ballearium.

Henricus III primogenitus Castellæ Rex.

Henricus IIII Rex Castellæ et Insulæ Ballearium.

Ferdinandus Justus Rex Aragoniæ, Neapoli et Insularum Ballearium.

XIII. Hiero-

XIII. Hierographia ſimplex.

MAnus armata lanceam tenet. Et quaſi nullum aliud Regis eſſet officiũ; hoc opus eſt: inquit Rex Petrus, & opus quidem eſt, ut Rex regnum defendat armis, ſed multò magis legibus, quibus gubernet: & propulſet arma: multò magis conſilio, quo leges & arma gubernantur: maximè juſticia, & hac animi affectione: Ne quem violem. Nam juſtum Magiſtratum Deus juſtus tuetur, defendit ac gubernat. Cæterum lancia, unde lanciarii apud Tacitum vocabulum Hiſpanicum Feſto eſt. Et hoc telo noſtri Proceres ſæviùs in ſe, ad voluptatem, quàm ad neceſſitatem olim gladiatores concurrunt. 29.

XIV. Hierographia ſimplex.

Duæ anchoræ vel propter ſe, vel propter formam decuſſim firmæ ſunt. Hîc Rex duorum regnorum opes congerit, & egerit: diademate enim cingit, non malè, quod ducem bonum (hoc enim duæ voces Hiſpanicæ ſonant) optat, non impiè, magis piè, ſi non ducem itineris, ſed in omni actione ante ſignanum Deum optaret. Ineptè, quod cynoſuram intrà & non ſuprà collocat.

XV. Hierographia ſimplex.

Falconem quis primus domuerit non quæro: turpe enim ſi primus Cæſarum aliquis. Nam aliæ ſunt artes Imperatoriæ. Aucupio nimis eſſe deditos, quibus Imperium dedit Deus, argumento eſt Henricus Imperator cognomento, non abs re auceps. Majora cedere minori, ut falconi, id eſt, ingenio vim cedo. Et Principis eſt ingenium exacuere, non minus, imò magis, quàm exercere vim. Hac enim belluæ nobis præſtant: illo nos nobis.

XVI. Hierographia ſimplex.

Quercus eſt, &, ut ait Symbolum, ſemper eadem, id eſt, Regem decet, nec adverſis ſuccumbere, nec proſperis efferri rebus, quòd conſtantia maximè hunc deceat, quo Reſp. ſtat & gubernatur.

XVII. Hierographia ſimplex.

Cernis turrim, & quidem figura perfecta, ſed infecta eſt: & fruſtra laborant, qui cuſtodiunt eam; niſi Dominus dominans cuſtodierit eam. Hoc fertur dixiſſe Arragonus, regni Neapolitani Rex, quando ſuorum levitati, & Gallorum furori ceſſit. Nec falſo. Nam Carolus VIII. qui Gallos rexit & duxit, non toto vertente anno, verſis fatis, regnum amiſit. Et certè, ſi abſque cauſa nihil fit; quid facient ſecundæ cauſæ abſq; prima & principe?

XVIII. Hierographia ſimplex.

Natura detur, an induſtria comparetur virtus, quærit alicubi Plato. Et naturam arte eruditi, ac corrigi, uſu comprobatum eſt. Ferdinandus voluit videri juſtus natura, non arte, non cultu, non educatione. Fuerit talis beneficio Dei, qualis fuit, major eſt laus, ab his, quæ acquiſivimus, quàm quæ accepimus. Aliter Regi viſum eſt. Hinc Adamas paſſim ex rupe lucens, naturæ opera, non artificis.

Reges Hispaniarum. 30

Ferdinandus Justus Rex Arragoniæ et Neapoli.

Alphonsus Magnus Rex Arragoniæ et Neapolis sapientissimus.

Hier. XIX. simp.

H XX.

Joannes Rex Arragoniæ Neapoli etc.

Carolus Rex Valentiæ et Maioricarum.

H XXI.

H XXII.

Ferdinan: Mag: Catho: Rex Hispa: utriusq; Siciliæ. Hierusa: Sardi: insular. Bal:

H XXIII. Gem.

XIX. Hierographia simplex.

CRystallum Plinius nihil aliud vult esse, quàm glaciem, quod locis gelidis nascatur, imò Græcis glacies dicitur τὸ διὰ τοῦ κρύους συστελλόμενον. Quidquid est, genuinum hîc Rex non factitium de rupe ostentat, eadem, qua prius sententia, de Adamante, ut hisdem verbis sententiam explanat. Mutandæ autem imaginis causa, idem sentienti fuit: quod non modò in re gravi, quam refert Adamas; sed & in re fragili, id est vitrea, semper sibi constet, & quidem indole, non simulatione virtutis. 30.

XX. Hierographia simplex.

Sydus faustum, Hispanicè, faustum ducem appellat. Et hoc est, quod navim ex tempestate in portum revehat. Deus, inquam est, qui Principes variis fortunæ jactatos procellis explicet, & restituat in integrum.

XXI. Hierographia simplex.

Salamandra sive alitur igne, sive extinguit ignem, ut Plinius tradit, constantiæ indicium est Pierio. Et huic suprà, si non subscribit Rex Arragoniæ Joannes, ut legis.

XXII. Hierographia simplex.

Aves natura armavit. Nos in mutuam perniciem arma cudimus. Non est igitur Aquila, quæ sagittis confodit accipitrem; sed Rex legitimus, cui ut aquilæ in aves, in populum Imperium obtigit: qui Regulum aliquem, nequidquam rebellantem, vincit tandem, & castigat.

XXIII. Hierographia simplex, licet duplex.

Est enim eadem & scriptura & pictura ferè, præter basim. Atq; ut rem paucis perstringam. Gordianus nodus est, quem Alexander Magnus discidit, non distrinxit, ut apud Q. Curtium est. Fama erat, rerum in Asia potiturum, qui hunc nodum solvisset. Ubi juvenis ille nihil ingenio profecisset; acinacem expedivit, id est, ad vim confugit. Juvenem Regem, Principes juvenes & senes æmulantur. Tantum enim quisq; tenet, quantum manu tenere, & vi potest defendere. Quod quia majori opera nec eadem semper fit; basis alia atq; alia: diversas difficultates recludit. Rex Alfonsus profectò, motam de regno Castiliæ controversiam, armis dissolvit, increpans æmulum: ascende solum, si pluribus lubet experiri.

Philippus I. Catholicus Rex Hispan. ie Maximiliani I Imperator filius.

Joanna Regina Hispaniæ Ferdinandi Regis filia uxor Philippi I.

H XXIV simp.



H XXV

Philippus II. Catholicus Rex Hispaniarum utri: usque Indiæ Siciliæ. etc Archid: Aus:

H XXVI.

H XXVII.

Philippus II. Catholicus Rex Hispaniarum ut: utrusque Indiæ Siciliæ etc.

H XXVIII. Gem.

XXIV. Hierographia ſimplex.

BUrgundiæ Principem vides, & inſignia Burgundiæ. Campum etiam, ut 31.
ſit, interſtitio diremtum; ut equitum ſit, non equorum certamen. Provocat ad pugnam quem vis, more & audacia Majorum, nec ad duellum, ſed bellum magis. Laudat enim hunc ipſum Philippum Eraſmus, nec injuria laudat, ſed in juventa, ut præcoces fruges rarò ad maturitatem perveniunt, extinctus eſt.

XXV. Hierographia ſimplex.

Hujus uxor, ſub imagine Pavonis, omnia vana cenſet, etiamſi orbi univerſo imperaret, tanto Principe viduata.

XXVI. Hierographia ſimplex.

Belgæ Philippo II. Regi Catholico in auguratione non tantùm humanos, verùm etiam auguſtiores tribuerunt honores. Tanti fecere unicum filium Caroli. Inter hos, illud eſt, quod Philippo cum Jove imperium dividunt, Pagana aſſentatione.

XXVII. Hierographia ſimplex.

Huic conformis eſt Phœbus, imò Philippus, quem in quadriga Solis, ut plebs in omnibus immodica eſt, collocant: & poſt exterminare voluerunt.

XXVIII. Hierographia duplex.

1. Querneacorona donabatur, qui civem Romanum ſervaſſet. Donatus eſt Philippus, ſuſcepta tutela fidei, qua ſtat civitas Romana. Inſertæ Roſæ olent pietatem, quæ quod inter ſpinas pullulent, & pediculo ſint ſpinoſo, oſtendunt difficultatem patrocinii.

2. Reliquum orbis & delineatur & promittitur: ſed Dei ſolius eſt dare, ne miremur Regem cecidiſſe ſpe: aut aſſentatores Regis, opinione.

Reges Hispaniarū. 32

Philippus II. Catholicus. Rex Hispaniarum et Vtriusq; Indiæ Siciliæ

Hier. XXIX. H. XXX.



Philippus II. Catholicus. Rex Hispaniarum et Vtriusq; Indiæ Siciliæ.

H. XXXI. Gem.

Philippus II. Catholicus Rex Hispaniarum et Vtriusq; Indiæ Siciliæ.

H. XXXII. G.

XXIX. Hierographia simplex.

HÆC non est Regis Philippi, sed Belgarum quorundam qui rebus novis studebant. Gueseos appellant, id est, mendicos, à Gothis nomen derivatum Nonnius putat. Fidem Regi tamen se servaturos ad incitas usq; præ se ferebant. Hinc est illa mantica: & circum Gallicè scriptum, fideles Regi ad manticam, id est egestatem, & incitas, ut dixi. Dextræ junctæ societatem denotant. Ex hac societate natum est sociale bellum, inter Belgas & Hispanos, quò etiamnum flagrat Gallia Belgica, nec intacta est Hispania. 32.

XXX. Hierographia simplex.

Hæc Regis Philippi II. est, ut cernis ex diademate & insignibus Burgundiæ. Nam ad hanc pertinet titulus. Et planè oppositæ proximæ. Requirit enim in Principibus Belgarum, Majorum fidem, planè, ut Darius, interrogatus, quid maximè optaret, respondit, (aperiebat tùm forte Punicum malum) tot Zopyros, quot acinos recluderet. Zopyrus autem is erat, qui Babylonem Regi Dario nequidquam diu obsidenti, ausus in se hostilia, & transfugiens ad Babylonios, subegit, ut Herodotus memoriæ prodidit. Nituntur hercle fide parentium, procerũ inprimis, quos duces, ut pastores grex, multitudo sequitur, imperia Principum.

XXXI. Hierographia gemina.

1. Pace Cameraci facta, aut in agro Cameracensi inter Philippum II. Hispaniarum, & Henricum II. Galliarum Reges, hic nummus signatus videtur. Nam ut cum duobus de armento tauris, robore præstantibus, cæteri ferò mussant; ita horum Principum sectam, reliqui Europæ Principes sequebantur. Est autem Pax, quæ valuas lani geminis clausit, serto cincta ad festivitatem, cornucopiæ id est ubertatem quietis, manu ostendens, sed dextra nequidquam faces moliens: arma enim flammam non concipiunt, quod pacis non diuturnæ omen erat. Certè in pace utrobiq; natum est bellum, primùm in Gallia; deinde in Belgio, & furialibus armis prætendebatur religio, Stabat tamen inter Reges pax, donec frater Henrici III. Franciscus, tyrannidem in Belgio appetivit, fratris enim copias simul traxit: non clientes modò.

2. Uni Pellæo juveni non sufficit orbis. Pellæus Alexander Magnus est, à Pella, regia Macedoniæ. Hoc an tortum sit in Philippum Hispanum ab æmulis, quod ad Monarchiam tenderet: aut datum à suis, quod uni orbis terræ Imperium deberi arbitrarentur, in ambiguo relinquam. Equus effrenis & curtu, fusis jubis concitus, nihil Rege dignum hinnit; sed effrenem licentiam, & omnia occupandi libidinem: quæ procul fuerunt à Regis moderatione. Nam Gallis & juvenis & senex omnia reddidit, quæ belli jure occuparat, consilio magis laudabili, quam utili. De globo terræ nihil dico, est enim in conspectu.

XXXI. Hiero-

XXXII. Hierographia gemina.

1. Regum Christianorũ concordia, est temporis, quo servatur, felic itas Concordiam signant dexteræ.

2. Forma decussi Rami duo, truncatis frondib. lauri, Ducum Burgundiæ sunt. Coronantur quod extincta stirps, renata sit, in familia Austria: quæ jam & regio & imperatorio diademate refulget, Cæterum laurus, quod semper viret, victoriæ dicatur. Scintillæ, quas undiq; sparsas vides, micantem ex hac gente, gloriam sonant. Et est ex igniariis laurus, teste Plinio, quæ mutuo attritu, ignem fundunt. Quod si ad omem spectamus; felicitatem portendebat, si inter urendum fragraret, ut Tibullus quodam versu indicat, & interpres Homeri Eustatius, imò & Porphyrius Philosophus. Nugæ: semper enim fragrat.

Reges

Maria Regis Philippi II uxor Joã. III. regis Portugaliæ filia.

Maria uxor Regis Philippi II. Henrici VIII. Regis Angliæ filia.

H XXXIII. Sim:

H XXXIV.

Isabella Valesia Philippi II. regis uxor Henrici II. Francor. Reg. fil.

Anna Austriaca. comiunx Philippi II regis. Maximi: II Imp. filia.

H XXXV.

H XXXVI

Philippus III. Catholicus Rex Hispaniarum utriusq; Indiæ et Siciliæ etc Arch: Austr:

H XXXVII G

XXXIII. Hierographia ſimplex.

33. LVſitana Herois, veluti Sydus reſplendens, ſoli Regi Philippo dicata, & deſponſa eſt: qui tùm ætate & potentia, ut illud cœli jubar florebat.

XXXIV. Hierographia ſimplex.

Regina Angliæ Maria, inſtaurare religionem conata, quo tempore, Philippo nupſit, præmium & pœnam expedivit. Ita cæcis lumen voluit reſtituere: timidis relinquere quietem.

XXXV. Hierographia ſimplex.

Connubio pace firmata, omnia ſibi omnes felicia promittebant, quod Gallia, quæ hactenùs lumini Hiſpaniæ tenebras offuderat, haud ſecus, quàm Luna cauſſatur Eccliplim Solis, jam cum Hiſpania colluceret. Eſt autem inſigne Galliæ Regum creſcens Luna. Cæterum corona tot ſtellis diſtincta eſt, aut debebat eſſe; quot regna habet Rex Hiſpaniarum. Stellæ in circulis Lunæ & Solis ſparſæ, Principes & Civitates ſunt, alterutrius ſectam ſequentes.

XXXVI. Hierographia ſimplex.

Querneis ſuſpenſus ramis & in orbem ſe gyrans ſerpens, mordicus enim caudam apprehendit, & alatus eſt, non ita ſub mentem, ut viſum venit. Prudentiæ tamen ſatis eſſe conſtat, hoc ipſo; quod ſerpens eſt; Celeritatis; quod alatus: Diuturnitatis; quod rotundus. Quæ omnia cadebant in Philippum, erat enim longævus, & vel propter hoc, prudens. Ad agendum ſuppeditabant vires. Habemus Philippum, ubi conjunx? Num vides columbam in trunco arboris? Hæc Anna Auſtria eſt, quæ in orba viduaq; domo ſurculum gentilicium inſevit. Philippum, inquam, III. qui nunc rerum in Hiſpania potitur.

XXXVII. Hierographia duplex.

1. Duo ſunt globi, alter cæleſtis, alter terreſtris. Hunc patriæ conatur ſubdere: illum Deo. Non enim pro focis tantùm, ſed & aris pugnavit.

2. Oleæ rami ſerenitatem: fulmen, ſeveritatem notat, ut & alibi dictũ eſt, & temperare hæc inter ſeſe, boni Principis eſt. Nam ut pœnam delictis; ſic & præmia par eſt eſſe virtuti. Cæterum fulmen Vulcanus alatum Jovi fabricat, ut apud Poëtas eſt, miniſterio Cyclopum.

Reges Francorum. 34

Clodoueus Fran: Rex ex Phramontium familia.

Clotarius Fran: Rex ex Phara familia.



Childericus ultimus Francor: Rex ex. Pharamon: familia.

Ludouicus iiii Francor: Rex. ex Pipini familia. Caroli Simplicis F.

Ludouicus vi. ultimus Francor: Rex ex Pipini familia.

Hugo Capetus i. Francor: Rex. ex familia Valerij Hugi Comitis filius.

I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM GALLIÆ.

34. Ertè tutissimus eras, & nunc es beatissimus Clodovæe, & quivis tecum: qui manus in cœlum erigit: & spem in Deo figit.

II. *Hierographia simplex.*

Mente immota spectare & exspectare rerum vicissitudines, si mortalium quemq; ; Principes maximè decet. Decet enim sibi ipse imperet; qui aliis rectè imperaturus est, Agunt te injuriæ hominum & temporum, machinæ molaris instar. Quid tum? Tu tibi consta, Ac ut aquarum cursus convertunt non evertunt illam; sic tibi exercitio non exitio, qui & quæ tibi inprimis adversantur.

III. *Hierographia simplex.*

Consilio firmatam sibi Galliam, præpotentis Dei & dicit & ostendit Rex. Licet enim de gladio Corona pendeat; nequidquam defenditur Regnum: quod à Deo defenditur.

IV. *Hierographia simplex.*

Et Paulus Æmilius, & Crantzius Childericum scribunt fortunæ & Regno cessisse, amissa, qua regna stant, parentium benevolentia. Restitutum quoque in regnum fide familiarium Principis, Guimei. Nam mutatis civium animis (successoris insolentia, moverat desiderium exulis) dimidium Symboli (aureum erat) uti convenerat, Guimeus ad Childericum misit, quo agnito ex Thuringia in Galliam postliminio rediens, recepit regnum. Ita mutatio fortunæ Childerici, renovavit canam fidem Guimei. Vt aurum scilicet flamma; ita fortuna fides exploratur. Symbolum ipse divisum potes cernere. Tenent enim duæ dexteræ, suum quæq; frustum.

V. *Hierographia simplex.*

Rana est animal in terra & aqua, in cœno puta victitans, ut sibi non injuria vindicet, terram & lacus. Fortasse & hic Rex, impendentem calamitatem familiæ cernens, respectabat quò se recíperet, aut Insulam aliquam desertam, aut solitudinem, Vsus est Mecœnas antè, ut Plinius scribit, cum terrore Romanorum. Hoc enim signo signabat litteras, quibus absente Octavio Cæsare, imperaret pecuniam: coaxans non sibi, at Principi.

VI. *Hierographia simplex.*

Deside Domino suo, Hugo arma corripuit: & eo dejecto regnum occupat. Ab hoc originem trahunt, qui hactenus Galliam Imperio regunt. Symbolum, exprobratio ignaviæ Domini est. Sed & injusta usurpatio, Imperii herilis.

Francorum

Francorum Reges. 35

Robertus Valesius Rex Francorum. II.

Henricus I. Valesius Rex Francorum. III.

Philippus I. Valesius Rex Franc. IIII.

Ludouicus VII. Crassus Valesius Rex Francorum. V.

Ludouicus VIII. Valesius Rex Fran. VI.

Philippus II. Valesius Rex Francor. VII.

VII. Hierographia simplex.

35. Hic non majorem à bello, quàm pace gloriam petit. Præclarè Palma pacis: gladius belli insigne, quo nec utitur bonus Rex, nisi pacis causa, ut quies civium, non hostium spolia concupita videantur. Nam si tantum licet, quantum potes; quod scelus potentiori erit illicitum?

VIII. Hierographia simplex.

Cœlitus anguem tangi vides: & tandem præfractas cervices subdere iteratis ictibus. Ita aliquoties admonitum clementer, eum, qui viribus fretus luxuriat, tandem divina justitia perimit. Sed nos admonet tota Hierographia, ut contra hostem generis nostri, divinam opem sæpè poscamus. Tandem enim Dei auxilio ex insidiis eluctamur.

IX. Hierographia simplex.

Scorpius hominem vafrum repræsentat. Inter Principes eum hostem, qui aperto Marte non congreditur. In cauda enim vis nocendi inest. Dentem Plinius appellat, imò dentes. Nam quorundam caudam tribus dentibus horrentem scribit. Licet igitur eo ingenio hostis, paciscì nobiscum velit: & paratus sit tactis sacris jurare in fœdus; fidem non faciat, si sapimus: nisi sublata nocendi facultate: Per librum sacra intelligimus: per caudam, facultatem nocendi: per cultrum, unicam paciscendi legem.

X. Hierographia simplex.

Elephas ex cassibus sese explicans: & fortunam virtuti cedere, non tàm dicens, quàm declarans, bono animo jubet esse viros Principes & privatos. Nam multis hominum persuasum erat: Fortunam superiorem esse, quæ tamen si contrà nitendo nequit; superari quid ferendo.

XI. Hierographia simplex.

Sceptri apicem manus armata occupans, clarè sonat obediendum Regi. Non enim sine causa armatur.

XII. Hierographia simplex.

Lilium insigne Regni Galliæ, in rupe inconcussa, vellet regnum hoc esse perpetuum. Sed & concussum est nostra tempestate: & periodus regnorum fatalis dicitur circumacta. De quo autem nemo dubitat. Solius Dei Regnum est æternum. Quidquid ortum est, occidit. Et hercle Capetus Dominos suos redegit in ordinem: quemadmodum Carolini suos. Si per Lilium, humanam Christi generationem intelligit; do manus. Nam lilio Mystæ Virginem Matrem assimilant.

Reges

Ludouicus IX Miles Valesius Rex Francorum VIII

Sanctus Ludouicus Valesius primi qui Rex Christianissimi appellatus

Philippus III. le Hardi Valesius Rex Francor. X. Christian.

Philippus IIII Pulcher Valesius Rex Francor. XI. Christian.

Ludouicus X Hutinus Valesius Rex Francor. XII. et Nauarre Christia.

Philippus V Longus Valesius Rex Francor. XIII. Christia.

XIII. Hie-

XIII. Hierographia ſimplex.

36. AB annulo, cuius forma perfectiſſima eſt, exiens ſceptrum, figura obeliſci, quæ & perfecta, coronatum ſignificat Regem mitem, cogitare nihil mortale; ſed ad regnum cœleſte piis votis aſpirare.

XIV. Hierographia ſimplex.

Manus complexæ caduceum, pacem promittunt; & per internatas ſpicas, rerum copiam & ubertatem.

XV. Hierographia ſimplex.

Luna creſcens ſignificat hominem, dum ſpirat, ſperantem, quod non diffidetur. Rex inter homines, Philippus III. cui magnitudo animi, Audaci nomen fecit: fatetur enim, dum vixit, ſemper ſperaſſe rerum ſuarum incrementum.

XVI. Hierographia ſimplex.

Gladius bellum: palma pacē notavit prius. Igitur dùm hîc ipſe, utrumque, dicit, neutrum ignorari poteſt.

XVII. Hierographia ſimplex.

Teſtudo domi & foris tuta eſt: ſuum enim tegumen, gladio inpenetrabile, uti animad vertis, vehit. Hoc ferè pacto, quorum regna benè ſunt conſtituta. Reges civibus tutelæ, hoſtibus formidini ſunt. Transferunt enim quò lubet, copias & claſſem, animum inprimis juſticia armatum, prudentia munitum: ſine quibus animi præſidiis, nulla vis, quantumvis magna, ſatis valida eſt.

XVIII. Hierographia ſimplex.

Caduceum, virga Mercurii eſt: pictura verò virgæ Ægyptiorum; Indicium pacis. Nam ut Feciales indicebant; Caduceatores finibant bellum, Virtuti igitur comes (quod in Symbolo ſupplendum) pax eſſe conſuevit. Nam vera virtus, quæ vel prudentia eſt, vel ſororum Regina, aut dat, aut accipit, æquis conditionibus pacem.

Carolus V Pulcher Valesius Rex Francor. XIIII. Christianis.

Philippus VI Valesius Rex Franc. XV. Christian.

Joannes I. Valesius Rex Franco. XVI Christianissi.

Carolus le Sage Valesius Rex Fr. XVII. Christiani.

Carolus VI. Valesius Rex Franc. XVIII. Christianis.

Carolus VII. Valesius Rex Franc. XIX. Christianis.

XIX. Hic.

XIX. Hierographia ſimplex.

37. QVoties repetam, junctis dextris fœdius publicè, ut privatim amicitiam exprimi? Et in publica concordia ac pace, rerum omnium ubertas eſt: quam non hîc primùm Cornucopiæ exhibet. Radii Solis ſupra fuſi, Deum ipſum favere concordiæ declarant. Quod dicit alterum non deficere; de ſe dicit. Per ſe ſcilicet non ſtare, quin ſemel initia, ſemper pax duret.

XX. Hierographia ſimplex.

Vltorem ulciſcitur ultor, id eſt, laceſſitus ſæpè, laceſſentem vincit & illatas injuſtè, fortiter vindicat injurias. Galea enim & lancea, ut cæteta arma, ambobus communia ſunt.

XXI. Hierographia ſimplex.

Coruſcans Stella eſt id, quod apparet: Corona Regem, qui non apparet, ſignat. Ad Symbolùm accedo. Aſtra Regibus, ſic enim tres Magos ſalutant, viam monſtrarunt. Cæteris Regibus, ſuum cuiq; thema eſt. Qui verò aſtra regit Deus, longè clariùs piis & juſtis Regibus viam commonſtrat, quàm vllus Horoſcopus.

XXII. Hierographia ſimplex.

Magiſtratui eſt poteſtas gladii: Hic rectè utitur, qui non cæcus iracundia ſumit: at ſedatè, & facie, qua in hoc manubrio exprimitur, aut mente potius ad Deum, à quo accepit converſa, quemadmodum Luna, curva iſta facie in manubrio ſculpta eſt, quidquid lucis habet, à Sole, quem ſupra gladium vides, ut ſuperior eſt Principibus terræ, Princeps Vniverſi, accepit.

XXIII. Hierographia ſimplex.

Matthiolus Plinium reprehendit, quod malè intellecto Ariſtotele, ſcripſerit, viperam, Matris viſcera arrodere, ex Patribus tamen, qui de Invidia Græcè ſcribit, invidiam cum vipera comparat: quod ut hæc matrem exeſt, haud ſecus illa perimat invidentem. Ignoſcamus igitur huic Regi, qui ſubjectos at rebelles ſibi principes, qui jam ſunt filii, ut ipſe parens Reipub. viperis confert, utcunque enim tenet; & quamvis cum ſua pernicie, habet in poteſtate.

XXIV. Hierographia ſimplex.

Salamandra iterum in foco, ſed jam Italicè loquens: Me alo, nutrio. Si de virtute intelligimus, regiè: ſi de muliere leviter & amatoriè, utriuſq; profectò ingens flamma eſt, & illius clarior lux.

Reges

Reges Francorum 38

Ludouicus xi. le Hardi et Belliqueux. Valerius Rex Francor. xx

Carolus viii Valerius Rex Francor. xxi. Christianus.

Ludouicus xii. Valerius Rex Francor. xxii. Christianissi.

Fraiscus Valerius I. Rex Francor. xxiii. Christianissi.

XXV. Hierographia ſimplex.

38. HYſtrix eſt, quæ ſpinas ſagittales, ut Avicenna loquitur, id eſt, miſſiles, ut corrigit Geſnerus, in hoſtes, hi ſunt canes, mittit. Nam aſſiduis aculeorum nimbis, hoc animans, ut Solinus, paulò melius loquitur, obruit canes, Propius ad rem. Ex quo, non ſatis ſcio, Francus referat, porcum fuiſſe Trojanorum, & planè neſcio, an hic ſpinoſus, belli inſigne, quem Echinum Græci, Erinaceum Latini nominant. Vltus avos Trojæ, id eſt majores Trojanos Rex Galliæ eſt: quicunque Italiam defendit. Nam ut Romani; ita & Galli, à Trojanis genus derivant. Trojani autem, id eſt Trojugenæ Romani Italiæ, imò orbis domini fuerunt. Cæterum porcus inſigne Romanorum militare fuit, Feſto autore.

XXVI. Hierographia ſimplex.

Inventum eſſe Cervum, cum Millo (ſic appelletur collare cervorum, ex quo canum, nec habet aliud nomen) in quo inciſum eſſet Symbolum Cæſaris; credamus Regi Galliarum, aut Regum Galliæ Hiſtoriographo. Huius Regis Cervus immortalitati ſervit, aut cupiditati. Spectat enim coronam, quam ſi in cœlo cupit, ferendus. Neapolitani enim vix annum regnantem tulerunt.

XXVII. Hierographia ſimplex.

Crater in cœlo oritur XV. K. Martias. Fit ut inter Eccliptes. Qui uſurpat, Ludovicus XII. in Regnum Galliæ, Carolo VIII. ſine herede mortuo ſucceſſit: & Inſubriam capto Duce occupavit, Sic ad defectus Principum reſpexit. Fortunæ hîc, iſtîc naturæ.

XXVIII. Hierographia ſimplex.

Torquis eſt ordinis Procerum Regni Galliæ, ut apparet ex penſili bulla Archangeli Michaëlis. Erat inquam, jam enim abolitus eſt: & erat tremor immenſi Oceani: quamdiu illa concordia ſtetit contra Barbaros.

XXIX. & ſequens XXX. Hierographia.

Vtraq; alibi expoſita eſt.

Reges Francor. 39

Claudia filia Ludouici xii. regis Francor. Francisci regis uxor.

Heliónora ab Austria Regina Francip Francisci regis uxor

H XXXI simp.

XXXII

Henricus ii. Valesius Rex Francorum xxviii. Christianissimus.

H XXXIII G

Henricus ii. Valesius Rex Francorum xxviii. Christianissimus.

H XXXIIII G.

XXXI. Hierographia ſimplex.

39. CAndida candidis. id eſt, bona bonis. Digna Principe vox non fœmina tantùm, verùm etiam viris. Nam ut naturæ decet Principem eſſe facilem bonis; ita & ſeverum oportet eſſe præfractis.

XXXII. Hierographia ſimplex.

Si qua Phœnix eſt (fuiſſe perhibetur. Tacitus viſam refert, quæ tamen non viſa eſt ea eſſe, & jam fama non ſpecies tantum periit) viſa eſt Gallis Helionora, non tàm ad Solem, quàm virtutem ſolam converſis, & matronale decus, Nihil vulgatius, ex cinere, renaſci creditum.

XXXIII. Hierographia duplex.

Tres ſemilunæ, inter ſe complicatæ, cupiditatem Imperio occupandi tres orbis partes, aperiunt. Plenilunium verò, totius orbis. Examina utriuſque Symbolum.

XXXIV. Hierographia duplex.

Delphinus coronatur Principem Galliæ exhibet, cui fortuna Regnum deſpondit: ſic enim eum ſalutant populares. Suſtinens globum terræ, ad imperium terræ capeſſendum excitat, & quaſi arrham dat, clauſo intra annulum orbe, cuius pala Adamas eſt: quæ tàm invictum Regem fore, quàm ille, omnium victorem, ominabatur. Atq; hæc prioris explanatio eſt: poſterior non indiget repetitione.

Francor. Reges. 40

Henricus ii Valerius Rex Francor. xxiiii. Christianissimus.

H. XXXV. Gem.

Catharina de Medici Regina Franciæ Christianissima Henrici ii uxor.

H. XXXVI. Gem.

Catharina de Medici Regina Francię Henrici ii. uxor.

Franciscus ii Valesius Rex Francorum xxv. Christianissimus.

H. XXXVII. simp.



H. XXXVIII.

XXXV. Hierographia duplex.

40. VTraq; antè posita & expósita, præter H. quadruplex: quod toties est Henricus: quia coronatum, Rex: quoniam sparsa Lilia Galliæ.

XXXVI. Hierographia duplex.

Imò simplex, eadem. Symbolum enim idem planet: Feretlux ista quietem, serenitatem: hanc tempori, illam rebus interpretor. Hieroglypton antè declaratum, & idem est Corona istic, regiæ fortunæ; hic absq; corona idem, facultatibus privatorum, eadem Iridis imago promittit.

XXXVII. Hierographia simplex.

In Hastiludio (longè enim aliud fuit armilustrium ludus, aut agmen Troiæ, apud Virgilium) periisse Henricum II. Annales testantur, testabuntur, inquam, posteris. Nobis enim vivax memoria est. Lancea igitur rupta, lacrymas conjugi movit: consternata enim est cassidemariti refracta. Dolorem cuspis: Læthalis enim fuit.

XXXIII. Hierographia simplex.

Coronatum aureum nummum, ad Lydium lapidem dextra hæc explorat: & sic, id est, duris in rebus fidem explorandam docet.

Reges

Reges Francorū. 41

Carolus IX. Valesius Rex Francorum XXVI Christianissimus

H XXXIX G.m

Carolus IX. Valesius, Rex Francorū XXVI Christianissimus.

H XL G.

Carolus IX. Valesius Francorum Rex XXVI. Christianissimus

H XLI G.



XXXIX. Hierographia gemina.

41. PRimò. Samsonis forma, Hercules formatur: & utroq; majorem fore, Regem adolescentem, aula prædicat, si, ut Regem incendat gloria, benè: si ut depravet, malè.

2. Cervi odoris fragrantia, eliciunt abditas spileis serpentes, ut Plinius cum multis observavit. Et Reges, quod sciri volunt; nesciri nequit. Emunctæ naris sunt, omnia odorantur: Ne quis malitiosis consiliis obrepat, spe latebrarum.

XL. Hierographia duplex.

Vtraq; facilis & expedita. Prior introducit aut reducit veriùs Regem, qui duas columnas, id est, Religionem & Rempub. restituat.

Posterior, quæ declaret; illa puritati, hac æquitati restituta, rerum omnium abundantiam, & regni felicitatem: Non malè. His enim fornix & concameratio rerum divinarum & humanarum suspenditur.

XLI. Hierographia duplex.

Caduceum, pacis nuncium: Cornucopiæ, felicitatis indicium esse, quid toties repetam? Hæc tamen prior pars Hierographia est: posterior non impeditior. Nam duæ legum tabulæ apertæ sunt; Districtus gladius, qui hostes arceat; micat: Parma, quæ tueatur cives, prolata. Et hinc pax, quam signant Palmæ, in fœdere, cum Burgundis, decussii Burgundica. Operæ pretium facturus non sim; si diadema & insignia Regni Galliæ, facere coneril-lustriora,

Reges

Reges Francorum

Carolus IX. Valesius, Rex Francorū XXVI. Christianissimus.

H XLII Gem.

Carolus IX. Valesius, Rex Francorum XXVI. Christianissimus.

H XLIII G.

Carolus IX. Valesius, Rex Francorum XXVI Christianissimus.

H XLIIII G.

XLII. Hierographia duplex.

42 PRudentia, ſive prudens Rex: illa enim Regina eſt virtutum; us hic virorum, dùm rationes ſubducit; Læva tenet Apographa (Inventarium & Repertorium Vlpianus dicit) pacem reperit, imò habet domi, id eſt dextera; hæc enim manus, inſigne pacis geſtat. Repetundarum, & peculatus reis, è medio ſublatis; quos hic ſubjectos pedibus, flagrare juſto incendio videmus.

2. Duæ columnæ à ſtatuis, forma non re differunt. Nam Pietas & Juſtitia Rempub. ut tibicines, ruituram aliàs ſuſtinent, Illa quippe Deum veneratur, qui Reſpub. inſtituit: hæc homines tuetur, quorum ſocietas, Reſp. conſtituit. Habet illa lampadem, id eſt, cor ardens Dei tam boni, quàm magni reverentia; hæc enſem, vindicem ſcelerum.

XLIII. Hierographia duplex.

1. Spiram pilei agnoſcis, diſtinctam clavis, & offendicem fibula revinctum. In centro, duo C. quorum alterum clamat Catolum: Alterum verò Chriſtianiſſimum. Nam corona Regem aperte ſignat. Ad Symbolum oculos mihi jam attolle. Hoc vinculo & concordia bonorum compreſſa eſt, rebellium & facinoroſorum hominum ſeditio. Atq; utinam fuiſſet.

2. Inſigne Regni Galliæ, ac Monile ordinis coronatum, in conſpectu ſunt; & Regem regno incumbentem oſtendunt. Quod ne quis ignoret; Symbolum adjectum eſt. Conſilio ſcilicet, non impetu Reſpub. rectè gubernatur.

XLIV. Hierographia duplex.

1. Pales libram mutuata à Iuſtitia, quod nihil juſtius ſit Agricultura, juſtæ rerum diſtributionis ſpem facit.

2. Prudentia verò typham læva tenens, & fluentem plagam retinens, rerum etiam minimarum curam Regi commendat. Nam ut de plaga taceam, qualecunq; capitis ornamentum eſt; muliebre eſt: Typham verò, in paluſtribus ſtagnantibusq; aquis naſci, ſi non videremus, Dioſcorides nobis demonſtrat. Et Matthiolus pappos eius ab egenis expeti ad tomenta, & grabatos farciendos adjicit. Nec imprudenter res abjectæ ventilantur: quod leves interdum injuriæ, ut favilla neglecta, graviter exardeſcant.

Reges Francoram. 43

Carolus ix. Valesius Rex Francor. xxvi. Christianis:

Elisabetha ab Austria Caroli ix. reg. Fran: uxor Max. ii. fin. fi.

H. XLV. Gem:

Henricus iii. Valesius Rex Fran: et Polon: xxvii. Christian:

H. XLVI. G.

Ludouica de Lorenna. Henrici. iii. Regis Francorum. uxor.

Henricus iiii Borbó: Rex Franc: et Nauarrę xxviii. Christia:

H. XLVII simp.

H. XLVIII

XXX.V. Hie-

XXXV. Hierographia duplex.

43. PRior ſuperiori demonſtratione clara eſt, licet decuſſatæ jam ſint columnæ, quod indiſſolubilis vinculi argumentum eſt. Non omnes eadem religio Reſpub. continet; ſed quædam ſingulas neceſſariò. Diſſilirent res humanæ, ſi non ſuperni Numinis continerentur metu.

2. Poſterior re ipſa clarior, quàm hac imagine, non tantùm quòd Caroli conjunx, mortuo marito, Pragam rediit, & templum Deo, cui ſe conſecrarat, in Palatio condidit; ſed & quod mortua vivat: & Gallis non minorem ſui reverentiam, quàm deſiderium ſuis reliquit.

XLVI. Hierographia duplex.

1. Symbolo nil aptius ad Hieroglypton, nihil ineptius ad regnum imò ad omne vitæ genus. Amor enim ſemper amarus eſt. Cæterum Henricus III, amore ductus eſt, ut duceret, quam duxit lectiſſimam Principem Amoris teſtes ſunt dextræ datæ, ut Amoris non odoris tantum vertonicæ ſunt, inter pollices injectæ, & ſubjectæ liliis gratia omnium, quæ homini grata evenire, ab hac frutice, Antonius Muſa, Auguſti Medicus ſcribit.

2. Duorum Diadematum alterum Poloniæ, alterum Galliæ eſt. Tertium cœli, quod nihil in terris majus ſperare, vel nimis ſpectare deberet. Illud loco ſublimi & ſtabili: hoc in continenti, cujus littus verberant variæ procellæ. Balthicum mare Poloni attingunt. Gallia Oceanum & mare mediterraneum ſpectat. Sed aliud vult Myſta, Fluxa eſſe regna terrarum, & periculis variis, haud ſecus ac procellis expoſita.

XLVII. Hierographia ſimplex.

Buxus Palma eſt Belgica, quod hæc, infæcunda. Dioſcorides fæcundam, & Galenus Hericunte agnovit. Marem à fœmina diſtinguit, Fœminas Plinius negat fructum ferre, niſi prope marem conſerantur. Quò reſpicit Regina Rege vidua. Nos reſpiciamus fidem, quam Marito in tumulo etjam ſervet. Mortua enim Mundo, Deo, & ſecundum Deum, viro vivit.

XLVIII. Hierographia ſimplex.

Strutiocameli & Accipitris pugna expoſita oculis eſt: & ea à me non expoſita,

44

Reges Angliæ.

Guilhelmus Conquereux I. Rex Angliæ filius Ducis Normandiæ

Guilhelmus II. Rous Secundus (Rex Angliæ.

prima Hier: Gem:

Hendricus I. Rex Angliæ III. etc.

Stefanus Rex Angliæ quartus etc.

Hendricus II. Rex Angliæ quintus.

Richardus I. Rex Angliæ sextus etc

I, HIERO-

44

I. HIEROGRAPHIA REGVM ANGLICORVM DUPLEX.

NEutra difficilis. Posterior ante in luce posita. Nec obscurum est, quæ imago prioris est. Leonem per media tela ruere frequenter, quod Rex animosus respicit.

II. Hierographia simplex.

Scala in conspectu gestatoriâ est. Sunt & gradus. Per gradus autem, Rex inquit, velox esto: hoc enim dictum puta. Quid autem dictum, imò factum vult? inquies. Citius fieri, quod distinctè fit; quàm quod abruptè. Est quod dam principium, medium, & finis in omnibus rebus, quæ si commisces aut confundis; rem evertis: te; si non perdis, nequidquam fatigas: haud secus ac, qui ex scalarum gradibus, medios tollit; non ascensum aut descensum, sed ruinam struit.

III. Hierographia simplex.

Crista galeam ornari, Heroum ætate receptum fuisse ex Homero patet; expavit enim Astyanax, patris per Cancellos cassidis oscula. Nunc ornantur, si non gravantur tegmina etiam viatoria, & urbana. Hîc pennas, naturâ volatiles, venti non dissipant, licet agitent. ut aristas, culmina ad voluptatem. Facit hoc ordo & unio. Si tanti ponderis unitas & plurium ordo est, in re levissima; quanti rere momenti erit in Repub.? Hoc enim Rex sapientissimus colligi vult.

IV. Hierographia simplex.

Anchora est erecta, quæ jam parum differt à Cruce. Et hanc velle intelligi, nullo negotio capiet: qui leget attentè per ocium, Symbolum Regis. Per fatum enim voluntatem Dei, pietas intelligit: & Grammatici interpretantur Fatum: quod Deus ita fatus sit. In rebus desperatis, spem in Deo collocare reliquam, non tantùm pii, sed & prudentis viri est: solet enim divinum adesse, quando nullum apparet, humanis in rebus vel consilijs, auxilium. Quod Poëtas etiam non latet. Nam ubi actum est in Tragœdia, à Machina Deum adducunt, qui catastrophen finiat.

V. Hierographia simplex.

Duæ anchoræ decussi forma, quæ & crucis est, coruscantes centrum, pleno Sole, augustiores sunt, quam maritimæ. Diademati profectò, vel ornamento, vel præsidio sunt, quod aëre pendet, & sunt Regno tàm præsidio, quàm ornamento. Qui enim dicit, Christo duce, hoc vel insigne, vel signũ Christi Crucifixi vult. Tutum, inquam, se cùm mari tùm terra: hac jam una anchora, ex quo composita: & verè sacra, ex quo dolatæ duæ, ut ita loquar in salutiferum signum crucis.

Reges

Reges Anglie 45

Ioannes Primus Rex Anglię. VII.

Henricus III. Rex Anglię VIII. primus qui Hiberniam cœpit.

H VI simp.

H VII

Edouardus I. Rex Anglię IX et Hibernię.

Edouardus II. Rex Angliæ et Hibernię X.

H VIII



H IX

Edouardus III. Rex Anglię Francię et Hibernię, qui in bello uicit Regem Ioan. Francię.

H X Gem.





I VI. Hiero.

VI. Hierographia simplex.

45. HEcla in Hybernia, ut Ætna in Sicilia, Vesuuius in Campania quandoq; flammas eructat. Ad Heclam suam Rex alludit: dùm faces virtutis regiæ attollit: veluti de speculo, & ita prælucere popularibus virtute vult: ut præstat potestate. Felix profectò regnum; ubi non fortuna, sed virtus regnat.

VII. Hierographia simplex.

Longæva sit & pacis diuturnæ indicium Palma; mortalium omnium sunt mortalia. Nec ab hac conditione vindicant, aut ausa fortiter; aut consultata sapienter: aut deniq; eventa fortunatè. Quod si rerum dominis, à sapientissimo Rege persuaderi posset; næ sibi melius, nõ tantùm populo imperarent.

VIII. Hierographia simplex.

Sive casam istam, sive caveam mavis (quanti enim operis vel operæ fuerit, aut parietes addere? aut indere cancellos?) in Xysto potest exercitata esse, aut in carcere coacta Regis virtus. Principes Anglorum certè Henricum Regem suum, cum filio Eduardo, & fratre Richardo, Imperatore Romani Imperii designato, in carcerem conjecerunt: ex quo Eduardus feliciter elapsus, conjuratos fortiter vicit: & piè patrem cum patruo liberavit.

IX. Hierographia simplex.

Anacharsis dixisse non minus lepidè, quàm verè fertur: leges hominũ, esse aranearum telæ persimiles, quale ſt men hîc cernis, cum sua trama, & licio. Nam ut eam facilè perrumpant vespæ, in qua muscæ hærent; ita legibus, veluti vinculis teneri cõstrictas leves animas: quas potentia & impudentia vel fraude vel vi non difficulter perrumpat. Quod cui Regum, semel persuasum (huic videtur) is, nisi Deum legum vindicem metuat; ardentiùs & audientiùs ad scelus accingitur. Sed homines non ferunt dissolutam legib. potestatem: & Deus, ut differat, tandem coërcet, ac castigat.

X. Hierographia duplex.

1. Delphinus pæne ludit nobiscum. Trachilus illudit Crocodilo, ut lepidè Plinius commemorat. Hoc refero, quod horum alter, poterat adulatoris personam subire. Balæna magis Regem decet. Sed cui nec nos temerè illudimus: periculosa enim est navigantibus: neque nobiscum ludit: si enim dorso non evertit, navim, efflat imbrem, quo obruat ac mergat. Si non hoc est ludere nobiscum, cum ex gurgite in altum salit. Dicitur certè φάλαινα πρὸς ἓ εἰς φῶς ἁλέσθαι. Et cùm inconspectum venit, piscatoribus fit prædæ. Planè, ut qui se adulatoribus palpandũ dat, sive princeps, sive privatus. Sed ut istîc major prædæ; ita plures habet, quos in sinu quandoq; gestat, assentatores.

2. Hîc Symbolum impeditius est Hieroglypto. Nemo enim divinarit: utram statuat altera superiorem: Sapientiam, an fortunã? Ex Hieroglypto apparet Regis sententia. Statuit enim orbem fortunæ, supra orbem terrarũ. Sed Pace Regis dicam, nimis Regiè. Nam in regno Providentiæ, non est locus temeritati. Aliter multa eveniunt, quàm sapientia statuit. Nostra, fateor. Quam Divina, negõ. Nec sapientia nostra superatur malignitate sortis. Fert enim si quid secùs evenerit, qua ratione vincitur fortuna, patienter.

Reges

Reges Angliæ 46

Richardus II. Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XII.

Henricus IIII. Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XIII.



Henricus V. Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XVI.

Edouardus VI. Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XV.



Edwardus IIII. Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XVI.

Eduardus V Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XVII

XI. Hierographia simplex.

46. SErpens non serpens, sed in se spiris circumvolutus, animum variis curis exercitum, puta, significat. Dùm verò cœlum intuetur; animum, ut se & sua tueatur in Deum, qui cœlum habet, convertit. Ne efferatur rebus secundis, aut prematur adversis, Palma autem & laurus animum non cujusvis cingunt; sed aut benemeriti de Rep. aut imperantis. Quod autem cingunt; perfectionis est: quod simul; admirationis: quod deniq; ovali forma; spectaculi & auræ popularis: est enim forma theatralis. Cum his omnibus mirè congruit inscriptio: videtur enim non à Rege sumta; sed Regi virtutis ergò data à Populo.

XII. Hierographia simplex.

Quod Symbolum loquitur; mussat Hieroglyphicon. Vides. n. Aram, & Coronam, atq; inter hæc, Ensem pro utraq; strictum.

XIII. Hierographia simplex.

Henricus V. Angliæ Rex, Normandiam & Metropolim provinciæ, Rotomagum bello cepit, Caroli Regis Galliæ filiam, ea lege duxit; ut si quæ esset, ex ea soboles, succederet avo materno in regnum Galliæ. Dura conditio expressa Gallis: si vera, quæ impressa collectaneis Dresseri. Historia enim non erat ad manum. Dubitandi causa est, quod aliena à Lege Salica. Hic exponendi ratio est, quod Aquila, veluti à Jove, cujus ales est, Henrico V. Corollam mordicus offerat, in spem alterius regni, aut ut ipsa loquitur, Imperii.

XIV. Hierographia simplex.

Manus Deo non est incorporeo. Potestas manu denotatur. Nec potest Deus aliter ab homine intelligi, quàm intellectu humano. De fide taceo. Hic manus altipotentis Dei, catena suspensum tenet mundum. Quod autem hic pingitur; simile quid abs Homero scribitur. Catena certè Juppiter Deos tenet devinctos, nec dicam suspensos; exprobrat enim & minitabundus quidem Junoni. Nec aliud vult Rex Poëtarum; quàm Rex Britanniæ. Causas enim secundarias ille obligat primæ ac Principi causæ; hic dicit nihil in Mundo evenire, sine Deo; ex quo ipsa Mundi machina, à Deo dependet.

XV. Hierographia simplex.

Hoc quodcunq; vides utrinq; tenuatum; Fulmen esse, credere cogor Sculptori. Et quod studio properandi, Cyclopes Vulcanus, ab imperfecto fulmine, & massa ad huc rudi ad arma Æneæ cogit, apud Virgilium; credo non invitus. Non credo Regem Angliæ integra pietate, usurpasse fulmen. Nec jus, nec fas est, homini mortali, invadere potestatem Dei immortalis. Et qui olim fulmen, non dico, Jovi eripere, sed æmulari tonantem voluit; is, is graves pœnas luit apud Inferos. Lege Virgilium, imò Symbolum. Expiabit aut obruet. Quis? Deus. Quem? Orbem terrarum. Quo? fulmine, igne. Hoc. n. & Philo ostendit: & Hipparchus docet: & nostra deniq; fides nobis fidem facit. Rex fortè non huc prospexit; sed Deo vindictam in hostes & æmulos permisit.

XVI. Hierographia ſimplex.

Edovardus III. Rex Anglorum Gallos memorabili prælio ad Creſſiacum vicit. Omnia ſilentio involvit veruſtas. Cecidére Gallorum XXX. millia, præter ſocios & belli duces. Rem tantam vix abs olivione vindicant Annales. Et noſtri Heroes, qui perpetuare nomen volunt; litteratos contemnunt. Abſint querelæ, licet & in Rep. neceſſariæ, Edovardi nomen, Ordo Periſcelidis, incolume hactenus præſtat. Nam in tripudio, faſciam Virginis Adamatæ ſolutam, ut fit & labentem, humo ſuſtulit: ac collo circumdatam, torque quovis pretioſiorem habuit. Hæc illa eſt, quam hîc ſculptam cernimus Ac ut liberaret ab opprobrio Amicam, malè illi precatur qui quid ſiniſtri ſuſpicaretur. Ego, ne diris obnoxius reddar, amorem vel caſtum, vel ſecretum patiar. Silentio præterire me nec Rex patitur, nec Hierographia ſinit: hoc eſſe initium & inſigne Ordinis Britannici. At ſi quis Regum aut Reginarum mutarit ordinem vel aboleverit, ut in Gallia accidit; nonne periclitatur fama tanti Regis?

47

Reges Angliæ.

Richardus III. Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XVIII.

Hendricus VII. Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XVIII.

Hendricus VIII. Rex Angliæ Franciæ et Hiberniæ XX.



Bolonia Valesia Regina Angliæ Hendrici VIII. uxor.

Anna Regina Angliæ Hendrici VIII uxor, soror Guilhel. Duc. Cliuiæ

XVII. Hierographia simplex.

HÆc non est ancilla, licet succincta lumbos, at domina ni fallor, Prudentia. Nam prudentis est scelere animum purgare, imò Providentia: quis enim nostrûm videt, quid serus vesper vehat? aut quis, si non providens saluti nostræ Deus, mundum ab immundo discreverit, ac separarit? Non nostri præsidii est mi Deus; sed tui subsidii. Non nostræ prudentiæ, sed tuæ providentiæ Non nostræ imbecillitatis, sed tuæ misericordiæ. Sunt igitur æterna: quæ Deus ex massa (redigentur hæ in ignem omnia) subducet, & emundata Mundo restituet, hoc longè eminentiori. Ara est: & in ara, flamma. Supra flammam gyratur Anguis, hac forma; forma æternitatis, ut nihil à me dictum; quod hîc non pictum. 47.

XIIX. Hierographia simplex.

Non solum animans hoc rationis particeps, quod sibi Imperium vindicare in terris videtur, examans societatis; verùm etiam expers rationis, ratio ad societatem, & simul vivendi necessitatem cogit. Nos ratione præditi, & ab omnibus destituti animantibus, à plerisq; horum oppugnati, injuriis naturæ expositi, &, ut hæc omnia superemus, morti, velut noxæ dediti; qua humanitate ad societatem cogimur, ea feritate, omne commercium abrumpimus: & nõ modò abs humanitate ad feritatem, civili concordia, ad discordiam, vita ad mortem fugimus; verùm etiam odio consortium generis, in conditorem generis peccamus, ruimus, dicimus. Quod autem conditoris Majestas, omnem elidat oppositionem, non fulmine, quo possit, aut potestate, qua valet; at hoc ipso, quod est: in Magistratum, qui vices Dei gerit, iras condunt, & reliquum bilis evomunt. Miseri. Nunquam miseriarum, nunquã beatitudinis, nunquã conditionis humanæ ancipitis, mihi invenit; quin Deũ vana licet, gratianimi laude prosequar. Nam me liberavit, beavit, servavit denique utraq; fortuna, & quavis fortuna statuit superiorem. Hîc si de Deo taceam, homo non sim. Est enim Deus qui pro nobis aũt vetertio laborantibus, aut ignavia consopitis vigilat magis, quam dux gregis, grus, cujus gratia, tàm altè hæc repetita oratio. Grus, ut insomnem somnum suspendat, altera ungue saxum tollit. Nihil tritius vulgo. Christus saxum Ætna gravius sustulit; dùm ærumnas nostras tulit, & sontium insons luit peccata. Gruem cernis, super truncam arborem casu alicubi consistentem. Nec à me differtis. Sed non eadem sententia, quæ aure Symbolum, mecum accipies. Non dormit, qui vigilat. Quanquam enim hæc continuatio sit præconii divini; sunt qui ad Vicarios Dei transferant. Cedo per me, tu etiam transferas, licet. Non enim laxo frena procaci lingua in convicia; at reprimo, &, ut ferociores equos constringo habenis. Cùm nos stertimus; excubant; cùm delitamus; sapiunt: cùm nos dormimus, ut breviter finiam, vigilant. Abstineamus igitur maledictis; & ea in choëmus, quæ dicta & facta faciant, ad salutem Reip. & dignitatem Magistratus. Ut glomus generis solvitur ac dissipatur, ni duce incolumi; ita cum Majestate Regis, Regni salus coalescit: nec potest hæc, abs q; illa, diu salva permanere.

XIX. Hierographia simplex.

1. Catarracta, præter vulgatum receptumq; usum, cancellatæ portatum fores sunt, catenis supra pendulæ, quas & unus, in re subita, dissolvat: cùm tardiùs plures moliantur valvas. Hac elusus Annibal Salapiæ est:

Carbo ex lusius Roma. ut videre est apud Livium & Appianum. Et videre usum & formam portæ catarractæ in dies est. Delectatum credibile est Henricum VIII. Angliæ Regem: non enim sine causa coronavit, quanquam non eò tantùm spectavit; sed, ut adversus subitam hostium impressionem, probavit haud dubiè, machinam pensilem; ita non in uno, vel re vel persona, verùm in alio atq; alio præsidio, salutem suam collocandam existimavit prudentet: Nam ut res humanæ perpetuo motu feruntur; ita nec satis firma, quibus illas moderamur, humana consilia sunt. Quid igitur animũ despondeam, si hìc spe cado? Viri prudentis non est. Regem igitur, quem non minus prudentia decet, quàm potentia, capere aliud consilium, par est: & in re cita hoc probare, quod agile & dextrum, non impeditum. Nam sicubi opus est facto; diu opus non est consulto.

2. Rosas natura discriminavit, quod nemo nescit: Regum Angliæ aliquis, familias gentis regiæ coloribus Rosæ distinxit. Hæc naturæ æmulatio, successoribus capitalis extitit. Ita purpurati cum candidis semper certarunt, donec connubio coaliti sunt in eundem truncum, truncatis veluti stolonibus, ne Remp. in posterum turbarent, utriusq; familiæ omnibus. Hoc consilium Jovius laudat, & erat fortasse necessarium. Sed quantò salubrius erat, non excitare discordiam? quam atroci, licet sano curares consilio? Documento sit Regibus nostris, ne qua re excitent, sed quovis pacto fomentum discordiæ extinguant. Cæterum Rex Angliæ ad hoc consilium spectat, dùm spectandam exhibet rutilantem, ut ipse loquitur, Rosam. Nam sine spinis, loquitur, id est, sine gentilibus, qui spinarum instar pupugissent Rosam coronatam, Regem inquam, cujus gestamen erat coronata Rosa.

XX. Hierographia simplex.

Hic Reginæ Angliæ tribuit, quod Galli Reginæ Galliæ. Refulget autem Sydus, intra circulum, quem Anguis in se revolutus facit, Micans Sydus, virtus Reginæ est celebris per orbem terrarum: quemadmodum illud toto suo orbe, qui æternitatis sit, diffusis radiis collucet. Dictum est de Hieroglypto. Dicamus de Symbolo. Boëtius supra fatum Providentiam statuit: sub fato fortunam, ut verè prudentiæ major sit fato: & castrorum vim, sapientiæ robur elidat. Nam licet in corpus illa quandoq; sæviant; animus, cujus fax est sapientia, lumen prudentia, liber fato, id est, nexu causarum, quas primum mobile causatur; non enim primo Mobili, at primo subjacet Motori, major & superior est fato: quoties sibi ipse constat, & non rapitur ab hac norma mentis. Ne quid faciam injustè: etiamsi patiar infanda. Hoc animo, hac sententia, hoc decreto si fuit Regina; quo decet esse Princeps & Reges?

XXI. Hierographia simplex.

Panduram positam cernis: & audis, versa est in lacrymas. Audivisti autem, vel legisti Henricum VIII. Angliæ Regem plures duxisse uxores, quarũ alias necavit, alias repudiavit. Inter has est Princeps Cliviæ Anna quæ repudiata & relegata à Marito, cum Pandura, quod lætitiæ signũ est, lætitiam, id est exultantis animi motum posuit. Quanquam enim non indignè fortunam suam miserata sit; fortunæ tamen injurias constanter tulit.

Reges

Reges Scotiæ 48

Iacobus II. Stuardus Rex Scotiæ. IIIC.

Iacobus III. Stuardus Rex Scotiæ. IIIC.

Rubertus Stuardus Rex Scotiæ. IC.

Joannes Stuardus Rex Scotiæ. C.

Iacobus IIII Stuardus Rex Scotiæ. CI.

Iacobus V. Stuardus Rex Scotiæ. CII.

I. HIERO.

I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM SCOTIÆ.

48. ORONA humi posita, quod jam firmitatis est, rerum se potentem Jacobus II. Rex Scotiæ declarat: exeuntes autem intra radios crux & gladius Regi pietatem & justitiam commendant. Et ipse quasi arripiens, pro lege, inquit, crucem: pro grege ensem capio. Hæc ego non distinguo: pietas enim fundamentum justitiæ est; & bellum nisi justum, non est bellum sed latrocinium; at distinguo,

II. Hierographia simplex.

Gallina pollis incubat. Corona Regem refert, qui sub gallinæ simulacro, animum suum vigilem & devotum populo, significat Regiè. Nam Regum Rex Christus hac similitudine φιλανθρωπίαν suam, quæ omnē similitudinem excedit, nobis inculcat. Et Reges, per Christum, ni pro Rep. vigilent, cum Rep. occidunt, Ita laboriosa non delicata res, regnum est.

III. Hierographia simplex.

Si vanitas vanitatum est Mundus, & omnia quæ in mundo vana; quid nos mutuo incessimus mortales? imò lacessimus Deum immortalem. Est autem mera vanitas, auctore sapientissimo Rege Judæ, Salomone, non Machina mundi ita pulchrè à Deo facta, & numeris absoluta, nec enim hoc vult Salomon, quemadmodum furiosorum quorundam hominum opinio est: & cum omnia sint vana, nihil homine vanius est: cujus causa, Salomon vana asserit, quæ sunt tàm perfecta; ut nihil sit tàm exiguum, ex quo non, magna Conditoris laus resultet, qui etiā ex nostra vanitate gloriam suam collustrat: dùm ex malis, quorum nos autores sumus, elicit bonum. Audiamus igitur alterum Salomonem, Regem Scotiæ, conantem nos, ex tantis tenebris eripere: restituere in lucem.

IV. Hierographia simplex.

His ornari aut mori (gladios trajectos supra orbem signatum cruce vides) decorum Rex putat, fortiter magis quàm prudenter censet. Est enim bellum ex malis: nec alia ratione, quàm necessitate & justitia probatum. Malim igitur, quæ potiores sunt, & arma armant, ut ita loquar, & verè: (nam sine his valde debilia sunt, atque in hos, qui sumsêre frequenter vertunt) regibus dixisse, quarum minister est, qui rerum inter homines, dominus est.

V. Hiero-

V. Hierographia ſimplex.

Nomen Dei hîc magis honoratur corona, ut jam olim receptum eſt primitias frugum offerre Deo: & quoſdam flores ac frondes, ad uſum ſtemmatis ſecernere; quàm cingitur. Deus enim qui nomine terminatur, nullis terminis clauditur. Regem verò Deum intelligere, ex eo patet, quod in Symbolo dicit: In virtute tua, (ſupplebo, neſcio an potero explicare mentem Regis) Deus non mea, ſpem rerum mearum, & regni omnem collocavi. Nam cujus fidei tutiùs commiſero? hanc terræ portionem? qui orbem terræ univerſum, ut condidiſti; ita & gubernas. Sic Regem dicere putato. Atq; utinam idem dicerent ac ſentirent omnes Principes & Reges.

VI. Hierographia ſimplex.

Iterum Balæna: habet enim ora in fronte ex quibus nimbos, horreſco referens, & memoria repetens Oceani tot tantaq; diſcrimina, efflat, quæ notæ belluæ, etiam Plinio notæ ſunt. Et Muſculus in vada præcipitem, aſſequitur, & jam jam prævertit tantillum piſciculum cum tanta Bellua conjunxit Natura. Eſt autem huic ille oculus, ut loquitur Plinius: quando prægravi ſuperciliorum pondere, obrutis ejus oculis, infeſtantia magnitudinem vada, prænatans demonſtrat, oculorumq; vice fungitur. Hoc autē voluit natura: aut veriùs naturæ parens Deus; ut qui Dei vices in terra obeunt; non nimis ſeſe à grege hominum ſejungant. Nam in pannoſo quandoq; eſt, quod paludatum juvet, imò ſervet. Jam Reges Scotiæ, quam nec ipſi cum Gallia comparant, ſemper Regibus Galliæ ad majora tendentibus auxilio, præſertim contra vicinos, vel cum exitio ſuo extitere. Atque eò fortè reſpexit Scotiæ Rex, ſi non Britanniam ſibi deſpondit, in ſocietate tanti Regis.

Reges


Reges Scotiæ.
49
Iacobus III. Stuardus, Rex Scotiæ CIII.
Iacobus IIII. Stuardus, Rex Scotiæ. CIIII.
VII.
DVRABO.
VIII.
VTRVNQVE.
Iacobus V. Stuardus, Rex Scotiæ. CV.
Iacobus VI. Stuardus, Rex Scotiæ CVI.
IX.
ADHVC STAT.
X.
PRO ME SIME REOR IN ME
XXX
Reges Portugaliæ.
Alphonsus III. Rex Portugaliæ.
Alphonsus IIII. Rex Portugaliæ.
pri. Hier. Reg. Portu.
H. II.
NI VNDAS NIVI ENTOS.
VELVM VENTIS.
VII. Hiero.

VII. Hierographia ſimplex.

PER hos duos ſcopulos, Galliam & Britanniam intelligo: lego enim apud Jovium & alios, inter hæc regna, veluti Symplecadas, Reges Scotiæ jactatos. In Symboli explicatione, non tantum eſt difficultatis, quàm in obſervatione. 49.

VIII. Hierographia ſimplex.

Utrumq; fortè, contundam, dùm ambos inter ſe committam, Galliæ & Angliæ Reges: vel, obſervabo, ne hujus gratia, illius odium ſubeam. Quî verò mi Rex? ſi neutro loco, ſtabili gratia? Nam ut potentiorem eſſe oportet, qui bellum inter vicinos ocioſè ſpectat: aut eſſe tandem prædæ victori. Si utrumq; tempus intelligis, & ut alter Janus, ex præteritis futura conjicis; jam te non ſolum potentem, verùm etiam Regem prudentem agnoſco.

IX. Hierographia ſimplex.

Non injuria Rex hic Coronam in cuſpide ſtatuit, quàm tempeſtates undique viderentur deturbaturæ. Periit enim & pòſt uxor. Stat tamen adhuc, ut vaticinatus eſt; & Filio regnum Scotiæ manſit incolume.

X. Hierographia ſimplex.

Fama eſt Regem Scotiæ Jacobum VI. ſiniſtrum latus ſpatha eſſe, à Natura ſignatum. Et eà fortè hac imagine nummum ſignavit. Solent enim principes viri, ut de Alexandro Magno, & Scipione Africano accepimus, hujuſmodi ſermonibus delectari: & concitatam de ſe alere opinionem. Cæterùm, pro me, inquit, hoc gladio utar, ſi me ipſe, de quo nemo dubitat, reor in me eſſe. Anima enim in nobis eſt, quàm diu vivimus: etiamſi animus in cœlo & terra procul vagetur.

I. HIEOGRAPHIA REGVM PORTVGALLIÆ.

SILVE Quercus, ſive qua planta, tempeſtatem cœli & procellas maris deſpicit; Rex Portugalliæ, ſub hac imagine, imaginem invicti animi ſui, videri geſtit. Et quaſi improperans fortunæ, ſcalpturæ inſigni, vernacula verba adæquat. Nec undis terreor, nec ventis moveor, id eſt nulla res evenire mihi, aut objicere ſeſe perſona poteſt: quæ greſſum meum tardet, vel revocet à præclaris fortibusq; auſis.

II. Hierographia ſimplex.

Velum ventis pandi, imò vela, quæ ſunt Acatium, maximum: Thoracium, in ſummo mali faſtigio: Epidromus, ad puppim: & Dolon, ad prorani; quicunq; vidit, hîc videt. Sed omnia ventis credere; aut qua nihil certius eſt, tempeſtati permittere, Regis non eſt; ſed Regis eſt conſilio niti, & ubi conſuluerit, in tempore ad rem accedere. A conſilio ſi abeſt injuſtitia, quacum nihil fieri poteſt rectè: ſi ignavia, quæ omnia deformat; ſi iracundia, ſi amor, & id genus alia: quæ lumen judicii, caligine obducunt; & majores tenebras rectis conſiliis offundunt; quàm mari magno ullæ tempeſtates.

Reges

Reges Portugaliæ
50
Petrus Rex Portugaliæ. etc
Ferdinandus Rex Portugaliæ.
H. III.
MONSTRAT ITER.
IIII.
CVR NON VTRVNQVE.
Joannes I. Rex Portugaliæ, primus Fretu Herculeum transgress: Septa cæpit
Henricus I. Rex Portugaliæ qui Africæ littora classibus lustrare cæpit.
V.
ACVIT VT PENETRET.
VI.
PERRENNITAS LAVDIS.
Eduardus Rex Portugaliæ, qui Tingin et Arcillam cæpit
Emanuel Rex Portugaliæ Florentissim qui amplissimu in Idia Imperiu constituit.
VII.
LOCO ET TEMPORE.
VIII.
PRIMVS CIRCVN DE DISTIME.

III. Hierographia simplex.

50. OBservant nautæ cœlum, non ignari cœlestis, cum re maritima, cõmercii, &, Cynosuram sub hoc hemisphærio. Servarunt & de cœlo Magi. Unde tribus illis Paganorum primoribus stella serenior refulsit, ut, vel opinione artis suæ in certa scientia confirmarentur. Sive igitur Rex ad hos piè: sive ad illos, prudenter respexit; laudabilior eo est, qui fortunæ & ventis omnia credebat. Nam ut piè, ita & sapienter possumus, imò debemus rebus nostris consulere.

IV. Hierographia simplex.

Momus, Deorum parasitus, in fabrica hominis, desiderabat hians pectus: & per hiatum, patens ac recluſum cor, offensus haud dubiè, simulatione istorum: qui aliud semper dicunt, ac sentiunt, nec homines tantùm, verùm etiam, si possent, fallerent Deos. Sed nequidquam desiderabat. Nam Architectum suum, nullus Sinon fallit. Rimatur ille scilicet, arcana cordis, & penetralia plusquam Lynceis oculis terebrat. Unde etiam ab Apostolo nomen, laudem à Propheta invenit. At fallit nos, Conatur, fat scio. Sed quis sapientem fallit? qui tantum cuiq; credit, quantum expedit dicenti. Decipitur pactis: fallitur conventis. Si in Lysandrum incidit: qui ut aftragatis pueri, ludebat fide data cum jurejurando. Quasi verò sapienti illuderet vel Lysander vel Sinon; & non pejerarent in suam perniciem, qui fallunt jurati. Rarò igitur sapiens aut nunquam fallitur. Et Rex hic ut potens, ita prudens, videtur hominum corda penitiùs introspicere, ac scrutari. Aciem enim gladii, acumen judicii puta. Duo corda, exempli causa, trajecta statue. Nam si duo nõ idem sentiunt; multò minus plura. Nec hic Lilium florere: aut istic spicas tumere cogita. Telluris enim hæc fata sunt, non cordis. Cogita potius, aliud corde alium agitare: nec voto uno, ut ille ait, vivi, imò longè majorem esse animorum discordiam; quàm oris diversitatem. Hoc illud est, quod Rex sapiens rimatur acumini ingenii, ut dicebam, non ensis. Nec rimatur curiosè. Nam cùm in Rep. versetur, quæ ut Mundi machina, ex rebus diversis, ita ex variis ac discrepantibus inter se personis constat; rationem prudenter horũ init, quos aut in familiaritatem ascisceret aut Reip. gubernaculis admovet. Qui enim gratia, aut commendatione, non judicio ducitur; fieri non potest, quin aut ipse periclitetur, aut regnum exponat periculis. Accidit, ut cum Rep. extremum jubeat discrimen. Præstat igitur in tempore de unoquoq; cognoscere; quàm serò queri & quærere: Cur non idem utrumq; sentit? Cur non ut Balbus; ita & Brutus fidelis Cæsari? Si cognovit antè, sibi imputet, quam cõfilio avertere poterat calamitatem.

V. Hierographia simplex.

Joannes I. Rex Portugalliæ, exercuit se se minus periculosa primum expeditione, & ferrum, id est, militem ense armatum acuit atq; animavit: ut per filicem trajiceret gladium, imò classem benè munitam & instructam omni bellico apparatu, trans mille pericula transmitteret, transmisitq; non minori felicitate quàm fortitudine.

VI. Hierographia simplex.

Magnis in animis insita est quædam gloriæ cupiditas, nec ea reprehendenda, at laudanda & concitanda, ut in certo, applausu multitudinis, ſi ad veram

ram gloriam fertur : nec auram captet popularem. Hic Rex Africæ littora classibus lustrare cepit. Regiè: Regium enim est regni fines, sine injuria, si potest, extendere. At Barbari illi erant, ad serviendum nati : quos nisi presseris; premunt te jugo : & quod possunt, non quod licet, volunt. Jure igitur quodam sibi à gratis posteris, perennitatem laudis pollicetur. Huic animi Regii proposito respondet Pegasus: alis enim ad cœlum, ubi nihil mortale tendit. Calce autem calcat Leonem, id est, ingenio feras illas gentes subigit: & frenatas posteris tradit. Sumsit autem Pegasum à Bellerophonte (hujus meminit Homerus, illius Pindarus) qui vectore lapso, cœlum petiit, ubi Arcticum circulum spectat, pedibus æstivo orbi adnixus : extremo ore, caput Delphini tangens: & Aquarii manum dextram, cervici applicans. Sunt qui Historicè rem exponunt, à quibus Natalis Comes accepit, Pegasum navis insigne quondam fuisse, sic dictæ & pictæ, ἀπὸ τῆς πηγνύσης, id est compingendo. Ideò cupidius adjeci, quod à Regis sententia, rei maritimæ studiosi non abhorreat.

VII. Hierographia simplex.

Loco & Tempore bellum se gerere, id est, tempestive & consideratè dicit Rex, quem sequantur nostri. Reges & Principes : alterutrum enim prætermissum, in magnas præcipitat, cũ ipsos, tùm regna, ærumnas sæpè. Quod autem hoc velit Rex Portugalliæ, ex Lancea manifestum fuit: quæ quia belli, bellum notat. Anguis autem callidè circum repens, utrumq; ostendit. Abest enim qui gestet : & quoniam abest ; est occasio ac facultas obrependi. Jam astutiam vitantis cuspidem ipse cernis.

VIII. Hierographia simplex.

Hic circum orbem terrarum Oceanus fertur : & circumscribitur; Primus circumdedisti me, quæ Prosopopœja est Terræ, fatetur enim primos fuisse Lusitanos, qui Rege Emanuele, classibus Oceanum ingressi : (quod nequidquam tentarunt, quo tempore, opibus maximæ valuerunt Persæ) terræ non aliquem sinum aut partem, sed globum circumnavigarint. Terram parentem nolim offensam. Verùm enimverò, non hæc fortassis terræ; at terrigenûm imò Lusitanorum assentatio, non sententia est. Nam Hispani de hac dignitate cum Lusitanis contendunt. Et Drakii Angli, non tantùm Magillanis Hispani, magnum nomen est: Licet hoc tempore sit prior.

Reges Portugaliæ

Ioannes II. Rex Portugaliæ et India-
rum Orientalium.

Ioannes III. Rex Portugaliæ et Indi-
rum Orientalium.

Sebastianus Posthumus Rex Portugaliæ
à rege Fesæ in Africa cæsus.

Henricus II. ultimus Rex Portugaliæ
et Indiarū Orientaliū, antea presb: Card.

Reges utriusque Siciliæ

Carolus Rex Neapoli Dux Calabriæ
primo Hier. Rex Siciliæ

Robertus Rex Neapoli: Dux Cala-



IX. Hiero-

IX. Hierographia simplex.

SI Hyeme istic est æstas; quæ æstate æstas? id est, fælicitas, & rerum omnium ubertas? Dicit autem istic perpetuam æstatem esse Rex. Et nos si Regi Portugaliæ non habemus fidem; habeamus Regi cœli & terræ: qui terram & cœlum ita condidit. Quid enim toties eandem plantam decantabo? 51.

X. Hierographia simplex.

Crux cognitu facilis. Nec iectu difficile: tu hoc signo, quod est Crucis, vinces. Quæ sententia, quod signum sententiæ, cujus animum subit; is licet ab omnibus destitutus, de quovis sibi hoste trophæum statuet. Quis enim Christo repugnet? qui hoc signo Carnem Mundum, & Diabolum vicit atq; superavit? Sumsit à Constantino Magno.

XI. Hierographia simplex.

Concharum generis Pinna est Plinio, imò & Aristoteli, ex quo penè describit. Nascitur in limosis, subrecta semper: nec unquam sine Comite: quem alibi Pinnotherem, alibi Pinnophylacem appellat, planè, ut hîc, lib. Hist. Animalium V. Cap. XV. Is est squilla parva, & eà Cancer Plinio, καρκῖνος μικρὸς Athenæo dicitur. Hæc non ocio abundans scribo. Sed Concham video: & custodem ab hac forma differentem ac quasi deformem. Verùm enim vero sive Cancer hic, sive Squilla, sic enim à Ciceronе non tantum Plinio appellatur, cibi causa, societatem init, cum Concha, dapis, cujus partem auferat, assectator. Et Sebastianus Rex Portugaliæ non cibi, sed aliqua causa, fædus icit cum Regulo Fessæ profugo, cum Concha, id est Occæcato Principe, ut rebatur, ipse oculatus. Hoc ego conjicio ex hieroglypto: cujus gratia, ista recensebam ex veterum commentariis. Cùm nec me, nec ullum fallat, amicitiam ab Aristotele distingui: & Principes civitatesq; in fædere, utilitatem sequi. Sed non semper alios fallimus, si quando voluptatem aut utilitatem in concilium adhibemus. Multò sæpius ipsi nos. Hinc Tragicus iste exitus, belli Comici, Septentrionẽ vides. A Luna Conchas impleri, & exinaniri nemo ignorat. Quod si sciffet Rex juvenis, boni ominis causa plenam Lunam descripsisset. Nunc dùm crescere potentia, & proferre imperium vult; vitam cum regno amisit. Video enim quod & boni ominis causa, crescentem Lunam exhibeat. Nec ita illa serena & cælsa favebat consiliis; ut conatis luridus Cometes adversabatur.

XII. Hierographia simplex.

Regis eruditi, Symbolon eruditum. Accitus, imò à natura, ab aris ad solium regium coactus, multùm diuq; haud dubiè deliberavit secum ipse, & cum familiaribus. Nec ita agitatur navis in alto procellis & ventis (quæ causa est oneratiæ hîc velis pandendæ) ut ipse agita vita animo: succedendumne esset Nepoti, aut cedendum Philippo Regi Catholico, & ipsi Nepoti, sed non ex fratre. Genitus, n. erat ex Regibus, at non geniturus Reges, ea ætate. Profectò si cessisset; patriam servasset, & furiali bello, quod fatum eius excepit, liberasset. Nunc coactus, ut dicebam, popularium impetu magis, abnuentiũ proximæ gentis imperiũ, quàm consilio familiarium, ostendit se sapere: quid esset desipere. Nam cum dicit vel Oceano: vel Delphini; Uberes, & tuber, imò utriq;, nihil verius dicere potuit. Quoties. n. mare cõmodum quidem,

intumescit iracundia; toties periculum vitæ affert non tantùm fortunis, quæ tanto periculo petuntur. Et ipse ita blandiens generi nostro Delphinus, ut videatur esse consors generis, quemadmodum, præter Poëtas, Lucianus quodam loco refert, pinnam in dorso habet, quam ante cum Plinio cultellatam appellavimus, qua vel imprudens carinam perforet. Sumebat autem Card. Henricus cum regno Portugalliæ, maris imperium; ut utriusq; imagine, non inconcinnè, unam animi amxii sententiam expresserit.

I. HIEROGRAPHIA REGVM VTRIVSQVE SICILIÆ, SIMPLEX.

AUREA non Regia tantùm Sententia. Nam cui propositum est, omnia tolerare, & patienter ferre; hujus vitâ nihil moderatius. In moderatione autem, quemadmodum in temperamentò colorum, egregia pulchritudo, Venus ipsa, est perpetuus tenor vitæ, quo ecquid suavius? Debet autem sapienti esse propositum. Ferendum enim est, quod conditio humana vult: aut hujus arbiter statuit Deus. Jam multùm refert, cùm ad laudem, tùm ad rem ipsam: volens feras aut nolens. Cum sententia congruit pictura. Crux, id est ærumnæ, quæ tamẽ patientia altæ, in florem germinant oderatiorem Rosa. Et hæc inter spinas crescit, ne quis mihi in deliciis veram voluptatem quærat. Ad eandem sententiam pertinet scissa serra rupes, quanquam minori compendio, fecerit id Annibal, ut Livius commemorat, aceto.

II. Hierographia simplex.

His ducibus, inquit. Quibus, inquies, ducibus? fortitudine inquam, aut potius justitia, qua nihil fortius: utrumq; enim ensis sonat. Et prudentia, quam serpens notat. Rigida certè est, & injusta sæpè justitia: fera & immanis fortitudo: nisi prudentia gubernatrix accedat. Quid autem his ducibus aut quæritur, aut retinetur, sapienter anguis ostendit. Mordicus enim coronam fert regnanti: offert triumphanti.

Reges

Reges utriusq; Sicilie 52

Fridericus Neapoli et Siciliæ Rex. Ludouicus Andegauensis Neapoli Rex.

Renatus Andegauensis Neapoli Rex. Dyonisius Tyranus Neapoli Rex.

Volens Renatus Siciliæ Rex.

III, Hiero-

III. Hierographia simplex.

52. CRemavit librorum partem Sibylla, in conspectu Tarquinii Prisci. Prætor Romanus, omnes libros Numæ Pompilii: Athenienses, eius qui de Diis non divina scripsisset. Quem horum sequatur Rex, Oedipus divinet, ex eo, quod dicit: Recedant vetera, Prætorem videtur æmulari: qui post tot secula, Numæ commentarios deleuit incendio. Ego aliolor simultatibus, repudii libellum misisse: & optasse positis odiis finem discordiarum. Nam antiquitatis fuit studiosissimus, & cum de usu feudorum statuit; populi Romani jura non antiquavit.

IV. Hierographia simplex.

Digna Rege sententia, & quæ sententiam exponit libra, Sola enim justicia perpetuat regna & civitates.

V. Hierographia simplex.

Insignia sunt Andegavensia: quibus, sibi & posteris æternam pacem optat, à non cruce, sed Christo crucifixo, qui solus dare pacem, cujus rami circum surgentes sunt germina, & servare potest. Quod autem orbem terræ signent; ad dignitatem facit: Videntur enim cæteros Prncipatus obscurare.

VI. Hierographia simplex.

Ex Sicilia in continentem Imperium protulit Dionysius: & quas proferre aut non potuit aut nō voluit, regni ærumnas, familiarium alicui explicavit. Jusso enim lautæ mensæ, inter optatas formas, in rosa accumbere, gladium repentè, perforata testudine, supra verticem, de seta equina suspendit. Qua hic re expavefactus, cùm oculos à fornis, manus à dapibus cohibetet: furentiq; similis, ex sede, metu exiliret; Rex eum complexus, & leniter arridens: hæ meæ delitiæ, quas vulgò mirantur, & tu antè prædicabas, nec aliæ sunt, eoq; graviores, quòd non tantùm humanitùs; verùm etiam divinitùs multò atrociora impendent.

VII. Hierographia simplex.

Verba sacra, sed militis glorioſi, non Regis prudentis, ſi fiducia virtūm loquitur: & brachio armato, inermis ratione animis respondet, ſi verò fiducia Divini præſidii; nec ſe nec nos fallit.

VIII. Hierographia simplex.

Non præceps in consiliis Renatus, bovem non equum suis decoravit insignibus: quod ille pedetentim, & hoc Gallicè Rex, eò perveniat: quò hic, ſi citiùs, non feliciùs. Non malè, quod Gallus, cui nationi innata præcipitantia, ſis enim dicatur ille animi fervor, laudi non eſt, & ſæpè exitio. Malè, ſi quis diceret, inter eos, qui natura sunt cunctatiores. Alii enim calcaribus urgendi: alii coercendi habenis.

Reges

Reges Hierosolimitanor.

Godfridus Bullonensis Rex Hierusalem primus.

Balduinus de Burgo Rex Hierusalem secundus.

Balduinus Rex Hierusalem tertius.

Almericus Rex Hierusalem sextus.

Reges Hungariæ Bohemiæ et Poloniæ

Vladislaus Rex Hungariæ Poloniæ Dalmatiæ Croatiæ Sclauoniæ etc.

Ladislaus Rex Hungariæ Bohem. Dalm. Croat. Sclau. etc. Archidux Austriæ.

I. HIEROGRAPHIA HIEROSOLYMITANORUM, SIMPLEX.

53. GOTFRIDUS quod armis regnum comparárat; pace & legibus firmare ſtatuit, ut ex palmæ pacificæ ramis videre eſt, & quidem Volente (pietas enim manifeſta eſt) Deo.

II. Hierographia ſimplex.

Ad nos, laudis Amor. Quos? qui licet excelſo honoris gradu; (altior nullus eſt regio faſtigio) ad altiora enitimur; proferre, inquam nitimur regni limites: aut plura regna occupare, quemadmodùm hîc Capreolus ex rupe excelſa, in eminentiorem, ſalienti ſimilis proſpicit, ſi Rex non reſpexit ad Capram Amaltheæ, quam Juppiter, in cœlo collocavit. Certè Antipatridem, Cæſaream, Ptolomaidem, Tripolim & Berythum vi captas, cum ingenti Saracenorum ſtrage, accumulavit regno, præter Apameam & Laodiceam Syriæ: Carras Meſopotamiæ.

III. Hierographia ſimplex.

Omnibus gratus ſi hic fuit, nemo facilè & verè dixerit. Nam etiamſi Deo, ut apparet, apparente cum Stella, Angelo, & optimo cuiq; ; habet etiam Virtus, non vir tantùm mortalis, æmulos & hoſtes. Hoc ex annalibus conſtat non alio unquam tempore; ita res noſtras floruiſſe Hieroſolymis. Inſtituit Rex ordinem Equitum, qui Rhodum diu tenuerunt, nunc Melitem habent & tuentur adverſus Barbaros. Ne ſocietatem Templariorum & Teutonicorum militum aſpernatus eſt, licet ab aliis inſtitutam. Ita omnium fovens, nullius invidens virtuti, ſuperavit fortaſſe invidiam, ne non tàm explodere Symbolum; quàm tantum Regem allatrare videamur.

IV. Hierographia ſimplex.

Leonis effigiem in conſpectu locat. Nec celavit animum Leoninum. Nam cum Saracone, qui Ægyptum, redactis in ordinem Caliphis, occuparat; & ſucceſſore eius Saladino, non domi reſes; ſed Ægyptum invadens, fortiter magis, quàm feliciter dimicavit. Hinc illud, Cedendum fortunæ, quæ jam verterat ad hoſtes: non noſtra quidem ignavia aut ſocordia; ſed diſcordia civili, ac contentione,

I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM HVNGARIÆ, BOEMIÆ, POLONIÆ.

VLADISLAI Poloni audacia ingens contra ſocios & Barbaros ab Hiſtoricis colitur. Quibus ſi credimus; non tàm falſo, quàm ambitioſè dictum ab eo eſt: Me me vindice Hungaria reſtituetur in priſtinam dignitatem.

II. Hierographia ſimplex.

Ladislaum Auſtrium, Alberti poſthumum fata oſtendêre tantùm regnis hereditariis. Nam Imp. Fridericus impuberem educavit: puberem mors occupavit. Arcanum regiæ poteſtatis & voluntatis, quanquam adoleſcens, celandum ſcivit, Et ut Brutus in ligno cavo, ipſe in Danubio profundo, altum celavit.

Reges Hungariæ Bohemiæ Poloniæ 54

Mathias Hunniades, Rex Hungariæ Bohe: Dalm: Crou: Sclau: et Bosniæ

Wladislaus Rex Hungariæ Bohem: Dalm: Croat: Sclau: Bosniæ etc.

Ludouicus Rex Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ Croatiæ Sclauoniæ etc

Ioannes I. Schipusienus Rex. Hung: Dalmatiæ Croatiæ Sclauoniæ etc.

Rodulphus Bohemiæ Rex. Dux Austriæ fil: Alberti I. Rom: Imp:

Ioannes Bohemiæ Rex. filius Henrici VII Imperatoris.

III. Hierographia ſimplex.

MATTHIAS ex carcere, imò morte eluctatus penè, de ſe, Durat, inquit; & quod non tantùm viveret, ſed & regnaret, imò vinceret: Lucet, inquit, licet de Annulo videatur loqui, in cujus pala Adamas, quo non tacitè, invictum ſe eſſe gloriatur. 54.

IV. Hierographia ſimplex.

Huic natura & fortuna oppoſuerunt Uladislaum Polonum ex Elizabetha Auſtriaca, ferocem & ipſum, vel juventa, vel judicio Bohemorum, à quib. in regnum, Georgio Bojebracio ſubvectus eſt. Graviter id Matthiam tuliſſe ferunt, qui cum Auſtria, Bohemiam ſpe devorarat. Uladislaus nihil fortuna aut iracundia æmuli motus regnum ſuſcepit, vel in cœlum, ſi ſcanſile eſſet: aut ipſe non eſſet implumis, aſcenſurus. Nam cum Auſtriis, cognatis ſuis, quodam tempore, Hungariæ cauſa, ſimultates exercuit. Quocirca alatus ille Genius, qui ad apicem & coronam enititur; Angelus non eſt; ſed cupiditas, omnia, regni parandi amplificandi cauſa, tentandi.

V. Hierographia ſimplex.

Speculum in theca illæſum, ſignificat animi integritatem, in corpore, quo tegitur, integro. Hoc autem de ſe voluit ſentire vulgò homines; quod antè natus ſit, quàm natura cutem pelle tegeret, membrana, inquam, fruſtrà Nam ut ante diem natus; ita & mortuus in fuga, cum Turcis imparatus & imprudens congreſſus,

VI. Hierographia ſimplex.

Ita conatus eſt adverſarios pacare. Nam cum ab altera factione, & ſtudiis Turcarum adjutus regnũ Hungariæ invaſiſſet Zepuſius, Lupa gentilitia ſignavit Numiſma, forte hoc non cogitans; illud, quod dicebam, agitans magis. Nam ut Lupa non ſuos tantum catulos, generis pignora alit & lactat, verum etiam gemellos Martis nutrivit; ita ſe fore, omnibus Hungaris eundem, non his tantum, qui defenderant, ſed & qui offenderant, demonſtrant.

VII. Hierographia ſimplex.

Maſcula ſententia. Cura Remp. qui regnas. Et cùm alii quietem capiunt, tu vigila. Onus, n. Ætna gravius ſuſtines. Cæteris ſomnolentis: tibi quieto eſſe non licet. Somnus, tùm non ſomnians, apud Homerum. Agamemnoni conſopito ſimile quid in aurem inſuſurrat. Hic Rodolfus loquitur, non tàm aliis, quàm ſibi, imò & aliis rerum dominis. Rodolfo ſuccinit ales Martius, in Lituo diſplodens guttur, & ipſo ſonoro ac Marito. Et dormitis Chriſtiani Principes, Si vos non excitat tuba Imperatoris (ſcio de Rodolfo Alberti filio iſta nos accepiſſe) evolvat è ſtratis, quo, nescio, veterno graves, aut bello leves, terror Turcarum.

IX. Hierographia ſimplex.

Neminem, inquit Joannes, admitto. Tu intellige, ad regiam poteſtatem, quæ impatiens conſortis eſt. Nam ad Regni Bohemiæ delitias, quoſvis invitavit, non tantùm admiſit, ut taurus fuerit, qui cum tauro Regem munificum comparavit. Præſertim cum hîc nõ ſit de grege, at ſegete certamen. In paſcua n. totus eſt diffuſus. Quin & voluiſſe alicui Principum cedere, certis pactis, fama eſt, regno, quo indignior comparatio, & minus vera oratio eſt,

Reges Hungariæ Bohemiæ, et Poloniæ. 55

Cassimirus Rex Poloniæ Magnus Dux Lituania etc.

Sigismundus I. Rex Poloniæ Mag: Dux Lituaniæ etc.



Bona Sforcia Regina Poloniæ Sigismundi I. uxor.

Sigismundus Augustus Rex Poloniæ Mag: Dux Lituaniæ.

Catharina Regina Poloniæ Sigismundi II. uxor: Ferdinandi Imper: filia.

Elisabetha Regina Poloniæ Sigismundi II. uxor: Ferdinandi Imper: filia.

IX. Hierographia ſimplex.

55.

CASIMIRVS II. cognomen juſti invenit, cujus colo eum, multi Principum mentiuntur. Cur quod non ſimulant, non faciunt? Nam vera virtus altè radices agit: Simulata, citò areſcit nullo nixa fundamento. Cæterum Rex ſui ſimiles habere voluit plurimos. Hinc illa Palma adverſus pondera, exſurgens, ut intelligant, quos virtutis deſiderium tenet, difficultas deterret: Juſti, nequidem totum orbem, ſi collabatur, eliſurum caput. Nam vides mundi machinā Palmam premi non opprimi. Et ſupra Machinam, qui jam æternitatis index eſt, ſedere mulierem nudam, id eſt, veram non fucatam virtutem: quæ etiam laniat comas, ab æmulis irritata vel exacerbata; ſuperior tamen erit temporis & hominum injuriis.

X. Hierographia ſimplex.

Calvaries eſt mortis meditatio: quam Philoſophia, cujus liber ſubjectus magiſter eſt, plurimùm facere cõvincit, ad regiam cupiditatem comprimendam: & conditionem humanam, variis caſibus obnoxiam, ſapienter conſolandam. Igitur non injuria, ex cerebro, lampas lucet: quæ de oculis vanæ aut impiæ mentis, caliginem depellat. Quid agis? Eram, quod es. Quid moliris? Eris quod ſum. Quantò rectiùs, mortalis cum ſis, mortis memor, Deo pares immortali? Symbolum enim latinitate donatum, nihil aliud vult; quam nos meminiſſe in tempore, juſti judicii Divini.

XI. Hierographia ſimplex.

Cervam Hercules, quod Diana ſacra, nec in certamine violavit, Et quanti Trojanis conſtitit, cicurem pro feram Latio imprudentibus fauciaſſe? Hæc Bona vel fando acceperat, vel legendo didicerat. Induit igitur Cervæ perſonam, Regina cum eſſet: capiſtrum enim maritale, imò regale eſt, quo devincta Regi Poloniæ, aut hinnuli potiùs, ætatem tùm virentem & vigentem non celans: & ſub arboris pacificæ, Maritum pacis cuſtodem intelligens, umbra. Nemo me tangat, inquit, quod ex Petrarcha. Tutaq; inter exteros vixit reverentia maritali. Mortuo marito, fuerunt, qui ſimultates ſererent, ac fovérent: inter matrem & filium, quæ cauſa fuit in patriam, cum detrimento filii, reditus. Quod exemplum documento ſit Regibus & Principib. quadruplatores, regiæ peſtes, ab aula abigendi, ignavum fucus.

XII. Hierographia ſimplex.

Inſigne Regum Poloniæ, Aquilæ quædam ſpecies eſt. Et receptum eſt inſignia referri inter Hieroglyphica, nec malè: redeunt enim unde originem ſumſerunt. Mirum igitur non eſt Aquila Regem delectatum: & quod ſtudioſus eſſet pacis, ea: quæ pacem, parta victoris præſtaret. Hanc autem oculis objicit, quem roſtro tenet, ſurculus palmæ. Jam fulmine Aquilam non tangi Plinius aſſerit. Hic quadrifariam coruſcans fulgur Aquila non pavet, id eſt, quem jam dicebam Aquila delectari, iratos & armatos vicinos fert admodum ſedatè.

XIII. Hierographia ſimplex.

Uni Sigiſmundo ordine duas elocavit filias Imp. Ferdinandus, infelici utramq; fato, Catharina Anchoræ ſacræ, id eſt Cruci Chriſti innixa, velut ſcipioni, in Deo (inquit) ſpes mea. Nihil facilius dictione. Sed multi ſeſe impediunt in executione. Quis enim in Deo verè ſpem collocat? & non potius in bonis caducis? imò malis perennibus,

XIV. Hierographia ſimplex.

Nympha hæc, aut ſi quæ Nereidum, quam Triton, quo neſcio tranſportat prioris conjugis ſororem repræſentat: eamq; jam viduo Regi deſponſam. Fortunæ enim inquit, omnia committo, in regnum alienum, ſola Regis fide nixa, tranſiens, haud ſecus, ac qui, f. agili vitam & fortunas committentes rati, in vaſtum ſe precelloſumq; dedunt mare,

Reges

Reges Poloniæ.

Henricus Valesius, Rex Poloniæ fili Henrici II Regis Francorum.

Stephanus Bathorius, Rex Poloniæ Magn. Dux Lituan. Princ. Transil.

Anna Regina Poloniæ Sigismundi I. Regis filia Stefani Regis uxor.

Sigismundus III. Rex Poloniæ Sueciæ Gothiæ, Selandiæ Vandaliæ.





Reges Damarū et Suecorū.

Fridericus Daniæ Norvegiæ Selandiæ Gothiæq; Rex.

Christianus Daniæ Norvegiæ Selandiæ Gothiæq; Rex.

XV. Hierographia simplex.

56. QUos hîc subjectos Soli cernis; oculos esse mihi persuasit, qui scalpsit. Videre profectò oculorum est. Sed quid ex capite evulsi videant non video. Dicit autem Rex: Non cognoverunt præsentem lucem Eruit igitur Rex? Non cadit in tantum Regem, tanta crudelitas. Nam qui non cognoscunt; erudiendi sunt, non necandi. Pœna est præfractis & obstinatis ingeniis: Mitibus ad pœnitentiam receptus. Egò malussem vespertiliones esse, non quod alia desint animantia, quæ lucem fugiunt, Sed quod vespertilionum temeritas noctu invalescit. Tentant aërem, quot vix tellus sustinet. Et volitans, si Plinio credimus, geminos pullos secum deportat, sui similes, egregia genetrix Jam Alciatus debitores, scribit vespertiliones appellari, quod interdiu latitent: noctu prodeant foras. Si obæratos, vespertiliones rectè appellamus, qui metu creditorum latitant; cur non damnatos omnes? aut audentes damnanda? Noctu enim involant in bona bonorum: aut vitæ dolum parant, vim intentant, & majori longè, quàm illi, licentia grassantur, increbrescentibus tenebris. Cæterùm sive sint oculi extra corpus, aut in corpore tenebricoso; Rex quæritur, de temporis sui & civium malevolentia. Semper vulgò homines, mutationes rerum quærunt: & Principib, malè, si nequeant facere, dicunt. Horum lividos oculos Rex indignabundus perstrinxit. Quamvis enim Regum sit, teste magno Rege, benefacere & malè audire; dictu tamen mirum est, ut leviter dicta, iniquè ferant, & gravissimè frequenter puniant. Jam tempus, quo Henricus secundus, in Gallia regnaret, in novatores rerum illapsum est, quorum causas dùm cognosceret, in tanta claritate, non potuit obstupescere tantam, ac tam densam caliginem.

XVI. Hierographia simplex.

Papavera somnium conciliant: regni curæ depellunt. Illorum manipulum, & hujus signum vides. Symbolum ut parum latinum est; ita rudioribus non obscurum. Italicum est.

XVII. Hierographia simplex.

Mordet Regina hominem, non de plebe aliquem; sed qui amorem simulans, maximo & incredibili mœrore eam conficeret. Nam Crocodilus, quê inter fecit, huic illacrymatur. Unde tritum sermone vulgi proverbium: Crocodili lacrymæ.

XVIIX. Hierographia simplex.

Tres coronæ, totidem regna manifestè significant. Et quid certiùs, quàm cœlitus dari sublimia? cùm nihil boni sit, quod non à summo illo & æterno Bono, veluti perenni fonte manet? Erat Sigismundus eo tempore, Rex Poloniæ & Suetiæ. Et erant, qui illi Moschoviam despondèrent, ipse fortassis regnum cœli suspexit.

I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM DANIÆ ET SVETIÆ.

FIDES rara eſt, inquit, & fortunam vel occaſionem in pila volubili ſtatuens, ſentit hominum pleroſq; , leves, ventoſos & inconſtantes: qui ut illa velum cum vento, cum fortuna animos mutant.

II. Hierographia ſimplex.

Regni inſignia, Corona, globus, ſceptrum, enſis Regibus aut calculis aut natalibus obvêniunt; ſed niſi à vigilantibus, non ſervantur. Certè nec navis oſcitante hoc, qui clavum tenet.

Reges

57

Reges Daniarum et Sueciæ.

Ericus xiiii. Sueuiæ Gothiæ Vandaliæq; Rex

Gotfridus i. Sueciæ Norwegiæ Vandaliæ Gothiæq; Rex.

Christiernus ii. Daniæ Norwegiæ Zelandiæ Gothiæq; Rex.

Christianus iii. Daniæ Norwegiæ Zelandiæ Gothiæq; Rex.

Nauarrorum Reges

Carolus Borbonius Nauarroꝝ Rex.

Ioannes Borbonius Nauarroꝝ Rex.

III. Hierographia simplex.

DEus dat, cui vult. Quid bone Rex? Sceptrum, inquit, quod de cœlo vides, pendère. Sed mi Rex, hujus tibi ipse fidem facere potuisses, non è regno in carcerem illapsus, vitam cum morte commutasses. Cæterum non regni modò, sed omnium bonorum, inter quæ, fortunæ bona, infimo sunt gradu, Dator & præbitor est, rerum omnium dominus & omnium dominans Deus. Quod ad laudem Dei corollarium est; apud studiosos Divinæ laudis non necessarium: patet enim ut ab uno fluere numerum omnem; ita unum & summum Bonum, esse causam & originem bonorum omnium, corporis, animi, fortunæ, Et quæ his antè stant, cœlestium, immortalitatis & beatitatis Animæ. 57.

IV. Hierographia simplex.

Nequidquam, nisi emissem. Militaris vox Regis ut apparet, acris in bello, & prudentis in foro. Fruſtra certè in pharetra sagittæ custodiuntur: ni, cùm opus fuerit: exemtæ vibrentur. Et cui usui sunt Regi ignavo, & ut jumento, virium suarum ignaro, vires? viri? exercitus? classes? regna? civitates? Ac quod vox Regis latiùs audiatur: quid vecordi scientia? imprudenti, rerum & Historiarum cognitio? Nil magis, quàm impudicæ; formæ; latroni vires: prodigo res, & si quid boni aliis aliud, quo non re & è norunt uti. Ita à Regibus erudimur.

V. Hierographia simplex.

Aquilæ cum Dracone bellum esse perpetuum Plinius narrat. Nec opus est teste. Observatur enim & demonstrationi perspicuæ, congrua est ratio. Uterq; enim virium fiducia alteri, & quidem propter pabula, quæ Draco non tantùm infestat, verùm etiam funestat, natura inimicus est. Atrox igitur bellum sæpè exoritur, & quidem in aëre, crediderim, ut animantibus & inanimis voluptati sit. Cùm illis Aquila, his etiam Draco infestus sit, & contactu fœdet omnia. Hujus rei non ignarus Rex, Aquilam cum Serpente committit, hostium aliquem notans, quo cum bellum gereret, non cum Dracone, licet & hic Serpens sit, atq; appelletur, quod hostem viliorem duceret, licet strenuum, quem cum Dracone compareret.

VI. Hierographia simplex.

F. quod S. complectitur est Friderici Filius. Arctoi. n. Patronymica habent non nomina aut cognomina, plane ut Græci, præter paucos. Quid enim aliud? Æacidæ, quam Ajacis? Pelopidæ, Pelopidis filii? Christiernis autem III. erat Friderici filius. Son, enim ut Danis ferè, quemadmodum Germanis Filius. Hæc de Hieroglyphico. Gnome vera est. Nam pietas in parentes, non regna tantùm firmat, verùm etiam familias beat, ac perennat liberos

Debebat autem præ cæteris, parenti Christiernus plurimum. Nam
Rege, propinquo ac domino suo, in exilium exacto,
regnum Daniæ occuparat
Fridericus.

I. HIEROGRAPHIA REGVM NAVARRAE, SIMPLEX.

PALLAS videtur belli simul & pacis insignia præferre, quod Regi prudenti libera ferè electio sit. Nam parcit minori: cedit majori. Carolus bellum paci præferens; fortassis patùm honestæ, aut nimis cupidus armorum: Requies, inquit; hæc certa laborum. Quæ? Arma, arma, hinc inde posita. Si in labore requiescunt Reges, quandò tandem quiescunt? Nunquam: Imperatorem enim stantem mori oportere dicebat Vespasianus Imperator. Licet ab eo Carolus dissonet. Nam ille non armis tantum occupari Principem regium ducebat; verùm etiam legibus. Sed animus militaris extra bellum, castra, aciem, nullam vitam ducit. Hinc Alexander metuere: ne ocio torperet, subacto orbe terrarum, & illum lubenter audire: qui innumerabiles esse Mundos asserebat.

II. Hierographia simplex.

E navali erumpit navis: solent enim navigia in navalia hyeme subduci, & succlamat Rex, sub Sole, id est, in alto: sub umbra, id est, tecto: sed quid clara obscuro? virens: id est non situ putrens, aut dilabens vetustate. Se, inquam, clamat, licet, ut navis, fortunæ fluctibus jactetur, nec adversis frangi, nec prosperis extolli; sed patientem quietis esse juxta ac laboris, si per hostem liceat.

Reges

Reges Nauarrorum.

Ioannes. II. Borbonius Nauarrorū Rex.

Iana Elberta Nauarrorum Regina Henrici I. uxor

Henricus I. Borbonius Nauarrorum Rex.

Henricus II. Borbonius Nauarrorum Rex.

Margaretha Valesia Nauarorū Regina, uxor Henrici II.

Henricus II. Borbonius Nauarrorū Rex

III. Hierographia simplex.

58. DVæ urnæ, (altera ignem efflans, altera aquam effundens) duo hominũ genera in scenam introducunt, quorum alii in cælo, mente versantur: alii in terra hærent, non corpore solum; verùm etiam toto animo, in agendo occupantur. Neutri quidem reprehendendi, si studiis moderarentur. Prudenter enim Plato cum Musica Gymnasticen conjungit. Et Socrates Philosophiam è cælo reduxit: & inter homines, hominum sapientiam collocavit, non modo quod scire vires pænè amittat & torpeat: nisi scire te, alii sciant; sed quod theoria, utamur enim eorum vocibus, à quibus accepimus, si non in praxim transeat, mutilis, imò & manca sit, ac ut in corporibus ociosis accidit, suo cum vigore, tùm nitore destituta. Jam capere videor, quod urnæ non capiunt. Quid autem vult Rex, cum ait? Parobitus. Non aliud, quàm Rex & Prophera David: Stultus & sapiens peribunt. Mortales inquam esse, omnes mortales. Nam fama post fatum interris: & sedes extra terras differunt.

IV. Hierographia simplex.

Cœlo septentriones, Mari cymbam aut lembum cernis sine clavo, velo, remis, remige: Horresco cernens. Nam si qui in carina forte cubat; quanto cum periculo, Deus bone, cubat? Et tenim satis à ventis, & procellis, rostratę navi & rebus omnibus instructæ, periculi est. Majori animo Rex: Quo fata trahunt, sequar, inquit: si tamen magni animi est sponte se in discrimen conjicere. Aut non intelligimus Regem: qui non fortunæ temerario arbitrio se permittit, quod navim compegit nobis, & in navi, agitationem animi & rerum suarum exhibet; sed res suas ac vitam Providentiæ commendat divinæ. Si hoc sentit, ego à Rege non dissentio. Prudentiam enim nostram mancipare Divinæ Providentiæ jus & fas. Incidunt etiam ea tempora, ex quibus solus nos Deus eximat. Me certè à regum potestate, solus Deus, Regum Rex liberavit, quod semper gratè refero: hîc præterire nequeo.

V. Hierographia simplex.

Columbas simplices natura genuit, & socii amantes, ut studiosas pullorum. Hinc columbæ Nomen, cuius speciem gerebat, ad sponsum lana detulit, priori columba orbum: & sponte sub plagas, id est, in mariti potestatem concedit.

VI. Hierographia simplex.

Calvaria cum Angue, quem ex cadavere nasci tradunt, mortem hominis vel cæcis ostendit. Regis vox audax: Nunquam te timui. Christus en immortem expavit, non ignarus, quid esset, separatio Animæ à Corpore. Nec contemnere pœnam peccati: nec nimium angi necessitate, hac enim conditione nati sumus; humanum est. Hîc scio quid audiam: Non philosophari Reges. Ad quid magis regium. Non medius fidius delirare.

VII. Hiero-

IX. Hierographia simplex.

MArgaretthæ Valesiæ oratio ad Regem Navarræ, verbis subcincta, re- 59.
gravis & prolixa est. Me ambiens, non secutus es, inferiore genere, ne quid gravius addam, sed Regibus Galliæ sanam & genere conjunctam. Abrumpo orationē, ne oratio, exprobratio sit: aut muliebris cavillatio. Marito viduata & dictum servavit, & confirmavit facto. Calcham enim auro puro insculpsit: & in duram putamq; materiam, amoris sui constantiam incidit. Nam ut Solem aureum, flos aureus sequitur: eoq; oriente oritur: occidente occidit; ita se occidisse cum marito, præ se fert: nec lucem aliam exspectare, quàm qua maritus è tenebris resurget. Hic autem est Iesus Christus vita mortuorum, lux vivorum, salvus Beatorum, spes ærumnosorum. Hæc nos Regina docet, quantò potentior fortuna, (quæ nos cum beat, dementat) tantò imbecillior sexu, & lascivimus. O nos miseros! Me miserum!

X. Hierographia simplex.

Lilium & Bellis, à Dioscoride illud, hæc à Plinio describitur. Mystæ Lilium florem regium asserunt, proceritate adducti, sed & colorem. Nam si rubet, Regem decet: si albet Reginam. Reges Galliæ usurpant in Triade, non absque singulari mysterio. Hic ex uno lilio, geminæ Margaritthæ ascendunt; alludit enim Mysta ad totidem Reginas, eodem nomine, ut virtute insignes. Herbaria enim Margaritha, Bellis vocatur latinè & bellius flos: Græcè βάλλις, quasi βιαλλίς: quod algore hyberno invictus, quasi vi redivivus in auras irrumpat. Quid Margaritthæ herbariæ, cum Reginis Margaritis commune? Hoc commune, imò proprium & peculiare: quod ut illa fert, imò vincit hyemis vim; ita hæ superant, potestatis licentiam: & imbecillitatem sexus.

I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM AVSTRIÆ.

IN Ægypto certamen ortum fuisse Herodotus narrat, de potentia Deorum. Vulcano palmam magna pars tribuit: quod ignis latè populetur & vastet omnia. Huic illusit, & opinionem sectæ extinxit; qui congressus cum igne, informi statua: sed ventre projecto, atq; fistulato (Cera. n. qua erant foramina obstructa diffluente, vi caloris) ignis, aqua, qua venter testaceus tumebat, suppressus ac quasi suffocatus est. Minori compendio Rex, ut Regum edicta & dicta vehementiora sunt, ostendit, facibus in aquam conjectis, elementorū, non Deorum (Christianus. n, est) Aquam esse potentissimam. Et de Elementis quæstio à Poëtis mota à Pindaro inter cæteros, à Philosophis excepta & subacta est. Quid ambages quæro? & nō respondeo, ad Regis propositū? Omnia vincit Aqua, vincat, quid tū postea? Calore

cor tumet: frigore subsidit. Non est aqua, mihi credite, quæ judicio Regis vincit omnia: quid enim ad Regem elementa? quorum natura & investigatio, ad homines ociosos pertinet; sed patientia, quam lentæ aquæ frigus aqua clariùs haurit: aut quid rerum & hominum victrix? Sapientia herclè non est: ubi non est patientia. Hujusmodi Reges cùm habemus; quid parentes desideramus? aut Magistros quærimus? Benè olim dicti sunt Magistratus, qui Remp. tenebant. Regebant enim & mores.

II. Hierographia simplex.

Leo manibus hastam tenens, ferienti similis & iracundo, Væ illi, inquit, quem feriam. Nondum tamen jaculatur: & dum hastam mordet, iram refrenat. Quæ hæc imago? cujus sententia? Gidelberti Regis Austriæ sententia: & animi ejusdem Leonini imago, digna Rege. Irasci enim peccatis Regem decet: sed tardè succedere ad vindictam, & generositatis suæ non oblivisci: cùm recordatur imbecillitatis aliorum.

I. HIEROGRAPHIA REGVM CYPRI, SIMPLEX.

AQuila ad rapinam: Lepus ad prædam videtur nasci. Et hunc venatur illa, à ventre stimulata quoties autem capit, despuit, non pari hoste congressa. Hoc autem à magnanimitate proficiscitur. Et Regem fortasse puduit, quos non conjicio, imbelles hostes bello subegisse.

II. Hierographia simplex.

Pyxis Hesiodiana exhalavit omnia: nec quidquam reliqui fecit miseris Mortalibus præter spem, quem licet sæpe fallat, semper nos comitatur: & non discedit, quàm ubi conclamatum est, quod quando fiat Aristoteles alicubi docet. Hæc Jacobum Regum Cypri ultimum lactavit diu vana. Et ipse nec spei vanitatis, nec conditionis humanæ imprudens, arbore sterili & arescente, animi sui sententiam, quasi bilem evomuit. Nam quod gaudium, cujus radix, spes est? incerta? fallax & illudens sæpiùs nobis? quàm nobiscum colludens. Miseri mortales. Nam cùm speramus; timeamus simul, necesse est. Animo igitur non constamus, sed jactamur, & licet speremus magis secunda, quàm metuamus adversa, (quod non est prudentis) animus vacillat, & spe pendemus, ut spe frustrati, majori ludibrio simus inimicis.

Reges

60

Reges Burgundię Siccambror. Metensiu. et Abissinor.

Contramus Rex Burgundię.

Hier. prim. Reg. Varior.

Bassanus Sicambrorum Rex.

H. II.



Sigobertus Primus Metensium Rex.

III.

Dauid Maximus Abyssinor. Aethiopu. Rex.

IIII.

I. HIEROGRAPHIA REGVM BVRGVNDIAE ET ALIORVM SIMPLEX.

60 SOmniorum Macrobius quinq; genera distribuit: & me repetendi, te lector, hic legendi onere levat. Non semper nos ludi insomniis certum est. Ego in Suecia cum essem in custodia, & nulla humanitùs fulgeret liberationis spes; somniavi cùm inem tùm ordinem. Nec hîc dicerem, de Regis somnio dicturus. Sed cogit non invitum, Rex Regum Deus, qui me solus restituit in libertatem. Cæterum Rex Burgundiæ Contramus, de venatione fessus, & præventus tempore, in saltu alicubi cubans, cum armigero, dictu mirabile, somniat se subire specum: & istîc gazam ingentem, magni precii invenire. Hæc videns, æstuare, movere, voluere sese, ut animi affectum, corporis motus sequitur. Armiger aut nondum consopitus, aut motu heri experrectus, egrediens ex ore herili, minutum quadrupes videt, hæsitare autem, & vadum quærere, ubi ad rivulum pluvia aqua fluentem venit. Miraculo rei is attonitus (Luna pernox erat) & misertus animantis, gladio districto rivulum sternit: quem transiens animans aut anima domini, in spileum proximum, hiabat foramen exiguum, ingreditur: nec multò pòst regressum per os herile in herum sese recipit. Quo viso consternatus exclamat armiger & Regem excitat. Rex ad se rediens somnium, armiger visum commemorat. Divinum, ut erat, id ostentum ratus Rex operas tempestivè cogit: & perfosso colle, subjectaq; specu thesaurum invenit, quem non in regiæ delitias, sed Dei honorem vertit. Ædes sacras à fundamentis erigit: aut vetustate collapsas restituit. Fabulosum sit, quod vera narrat Historia. Pium est, sic uti à Deo datis facultatibus. A quo enim accepimus, grati animi est, bona ei referre accepta.

II. Hierographia simplex.

Sicambros Bassanus Imperio tenuit, & jure gubernavit. Nam & in filium capitali supplicio animadvertit, superante, amorem patris, reverentia juris. Cum prodiret in publicum, apparitor ensem strictum flagro involutũ antè ferebat, terrori sontibus; insontibus solatio. Hæc res vel à Rege in tabulas relata: vel admiratione lustitiæ, Regis memoriæ, à posteris consecrata. Nam Symbolum ex Æneide Virgilii sumtum nemo ignorat: Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

III. Hierographia simplex.

Draco Mystica disciplina Sabasiorum, Jovem repræsentat: quod hac specie,

ſpecie, ſtuprum obtulerit Proſerpinæ: Romanorum verò non occulta ſapientia, poſcit vigiles & ſemper in actu milites, quod ea natura ſit. Hinc ab illis ut Deus colebatur; ab his inter ſigna militaria, quæ ſanctius colebant quàm Deos. Hic igitur manibus orbem, ſive manus unguibus, tenaciores enim ſunt, tenens, admonet pari virtute cuſtodiendum eſſe Imperium, qua comparatum. Nec immeritò. Nam niſi multis excidit: hisdem artibus ſervatur, quibus paritur regnum. Quid ſententiam fundo? Ipſe Rex, cum Poeta loquitur: Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri. Cui ſi quidquam credimus; fortunæ eſt quærere; artis ſervare.

IV. Hierographia ſimplex.

Leonem, de Tribu Juda, Chriſtum à Myſtis appellari & ſcimus, & diximus. Hic Leo, non alius crucem tenet. Quid igitur non, ut Leo injurias vindicat? Quod à patientia dictus ſit Leo. Et profectò, Philoſophorum, non Chriſtianorum modò ſententia majoris animi eſt, ferre quàm inferre injurias. Lege Platonem, imò hinc Regem: quid enim intra cancellos me non contineo? Veritas perſuadet. Nam ubi veritas fidem facit; vis, quæ plerunq; injuſta eſt, hîc non eſt neceſſaria.

SOLI DEO LIBERATORI
MEO GLORIA.

INDEX ALPHABETICVS, IN QVO SYMBOLA ET EORVNDEM EXPLICATIONES VNA CVM NUMERO FOLIORUM IN-VENIUNTUR.

Symbola S. et ado. Euchariſtiæ ſunt XV. fol. 7. 9. 11

Symbola S. Crucis, ſunt XXVII. fol. 13. 16 18. 20. 22

A.

Adolphus Rom Imp. fol. 38
Albertus I. Rom. Imp. 38
Albertus II. Rom. Imp. habet II. 42
Alexander V. Pont. Max. 24
Alexander VI. Pont. Max. 28
Almericus Rex Hieruſalem. 119
Alphonſus X. Rex Legionis. 60
Alphonſus XI. Rex Legionis. 69
Alphonſus Rex Arragoniæ. 62
Alphonſus Magnus Rex Arragon. 66
Alphonſus III. Rex Portugaliæ. 108
Alphonſus IV. Rex Portugaliæ. 108
Anna Regina Hung. Ferd. Imp. uxor. 48
Anna Auſtriaca, uxor Philip. Regis. 73
Anna Regina Angliæ Henrici VIII. uxor. 102
Anna Regina Poloniæ. 127

B.

Bajazet Sultanus Imperator Turcar. 58
Barbara uxor Sigiſmundi Imp. 40
Baſſanus Sycambrorum Rex. 139
Blanca Maria, Maximil. I. Imp. uxor. 44
Bolonia Valeſia Regina Angliæ, Henrici VIII. uxor. 102
Bona Sfortia Regina Pol. Sigiſmundi I. uxor. 124
Bonifacius IX. Pontifex Max. 24
Balduinus de Burgo Rex Hieruſalē habet duo. 119

C.

Caliſtus III. Hiſp. Pont. Max. 26
Carolus IV. Rom. Imp. 40
Carolus V. Rom. Imp. habet VII. 44. 46
Carolus Rex Valentiæ. 66
Carolus V. Pulcher Rex Franco. 81
Carolus le Saga Rex Franc. 81
Carolus VI. Rex Fran. 81
Carolus VII. Rex Francorum. 81
Carolus VIII. Rex Francor. 83
Carolus IX. Rex Fran. habet XIII. 89, 91. 93
Carolus Rex Neapoli. 114
Carolus Borbonius Navarræ Rex. 130
Caſimirus Rex Poloniæ. 124
Catharina Sigiſ. Reg. Poloniæ uxor. 124
Catharina de Medici Regis Henrici II. uxor, habet III. 87
Childericus Rex Franc. 75
Chriſtianus III. Daniæ Rex. 127. 130
Chriſtiernus Rex Daniæ. 130
Claudia Franciſci Reg. Franc. uxor. 85
Clemens VII. Florent. Pontifex Max. habet tria. 30
Clemens VIII. Flor. Pont. Max. 36
Clodoveus Rex Franc. 75
Clotarius Rex Francor. 75
Contramus Rex Burgundiæ. 139

D.

David Max. Aethiopum Rex. 139
Dionyſius Tyrannus Neapoli Rex. 117

E.

Eduardus I. Rex Angliæ. 97
Eduardus II. Rex Angliæ. 97
Eduardus III. Rex Angliæ, habet II. 97
Eduardus IV. Rex Angliæ, habet II. 99
Eduardus V. Rex Angliæ. 99
Eduardus Rex Portugaliæ. 111
Eliſabetha Caroli IX. Regis Francorum uxor, habet II. 93
Eliſabetha Regina Poloniæ, Sigiſmundi II. uxor. 124
Emanuel Rex Portugaliæ. 111
Ericus Rex Suetiæ, Gothiæ. 130
Eugenius II. Venetus Pont. Max. 26

F.

Felix V. Allobrox Pontifex Max. 26
Ferdinandus Rom. Imp. habet IV. 46. 48
Ferdinandus III. Rex Legionis. 60
Ferdinandus IV. Rex Legionis. 60
Ferdinandus Iuſtus Rex Arrago. habet II. 64. 66
Ferdinandus Magnus Rex Hiſpa. habet II. 66

Ferdi-

Ferdinandus Rex Portugaliæ. 111
Franciſcus Valeſius Rex Francor. habet duo. 83
Franciſcus II. Rex Franc. 87
Fridericus Pulcher, Rom. Imp. 40
Fridericus III. Rom. Imp. 42
Fridericus Neapoli Rex. 117
Fridericus Daniæ Rex. 127

G.

Gidelbertus Rex Auſtriæ. 136
Gotfridus Bullone? Rex Hieruſalem. 119
Gotfridus I. Suetiæ Rex. 130
Gregorius XII. Venetus Pont. Max. 24
Gregorius XIII. Bonon. Pont. Max. 34
Gregorius XIV. Mediol. Pont. Max. 36
Guilhelmus I. Rex Angliæ. 95
Guilhelmus II. Rex Angliæ. 95

H.

Hadrianus VI. Pont. Max. 30
Helionora Regina Franciæ. 85
Heinricus VII. Rom. Imp. 38
Heinricus II. Rex Legionis. 64
Heinricus III. Rex Caſtellæ. 64
Heinricus IV. Rex Caſtellæ. 64
Heinricus I. Valeſius Rex Franco. 77
Heinricus II. Rex Franc. habet V. 85, 87
Heinricus III. Rex Franc. habet duo. 93
Heinricus IV. Barba Rex. Franco. 93
Heinricus I. Rex Angliæ. 95
Heinricus II. Rex Angliæ. 95
Heinricus III. Rex Angliæ 97
Heinricus IV. Rex Angliæ. 99
Heinricus V. Rex Angliæ. 99
Heinricus VII. Rex Angliæ. 102
Heinricus VIII. Rex Angl. habet II. 102
Heinricus I. Rex Portugal. 111
Heinricus II. Rex Portugal. 114
Heinricus Rex Poloniæ. 127
Heinricus I. Rex Navarræ. 133
Heinricus II. Rex Navar habet II 133
Hugo Capetus Francorum Rex. 75

I.

Iacobus I. Rex Arragon. 62
Iacobus II. Rex Arragoniæ. 62
Iacobus II. Rex Scotiæ. 105
Iacobus III. Rex Scot. habet duo 105, 108
Iacobus IV. Rex Scot. habet II. 105, 108
Iacobus V. Rex Scot. habet II. 105, 108
Iacobus VI. Rex Scotiæ. 108
Iacobus Rex Cypri. 136
Iacobus Rex Cypri ultimus. 136
Iana Elberta Navarrorum Regina. 133
Innocentius VIII. Pont. Max. 24
Innocentius VIII. Pont. Max. 28
Innocentius IX. Pont. Max. 36
Ioannes X XIII. Pont. Max. 24
Ioannes I. Rex Caſtellæ. 64
Ioannes Rex Arragoniæ. 66
Ioanna Regina Hiſpaniæ. 68
Ioannes I. Rex Franco. 81
Iohannes I. Rex Angliæ. 97
Ioannes Rex Scotiæ. 105
Ioannes I. Rex Port galliæ. 111
Ioannes II. Rex Portugaliæ. 114
Ioannes III. Rex Portugal. 114
Ioannes I. Rex Hungariæ. 122
Ioannes Bohemiæ Rex. 122
Ioannes I Navarrorum Rex. 130
Ioannes II. Navarrorum Rex. 133
Iſabella Regina Portugaliæ. 46
Iſabella Regina Hiſpaniæ. 73
Iulius II. Pont. Max. 28
Iulius III. Pont. Max. 32

L.

Ladislaus Rex Hungariæ. 119
Leo X. Medices Pont. Max. habet duo. 30
Leonora Friderici III. Imp. uxor. 42
Ludovica, Heinrici III. Regis Franco. rum uxor. 93
Ludovicus Rom. Imp. habet duo. 38
Ludovicus IV. Franco. Rex. 75
Ludovicus VI. Franc. Rex. 75
Ludovicus VII. Franc. Rex. 77
Ludovicus VIII. Franco. Rex. 77
Ludovicus IX. Franc. Rex. 79
Ludovicus S. Franc. Rex. 79
Ludovicus X. Franc. Rex. 79
Ludovicus XI. Franc. Rex. 83
Ludovicus XII. Franc. Rex. habet II. 83
Ludovicus Andegavenſ. Neapoli Rex. 117
Ludovicus Rex Hungariæ. 122

M.

Marcellus II. Pont. Max. 32
Margaretha Navarræ Regina habet tria 133, 136
Maria Maximil. I. Imp. uxor. 44
Maria Maximil. II. Imperat. uxor habet duo. 52

Maria

Maria Reg. Philip. II. uxor. habet duo Symbola. 73
Martinus V. Rom. Pont. Max. 26
Martinus Rex Arragon. & Siciliæ. 62
Matthias Rex Hungar. 122
Maximilianus I. Rom. Imp. habet II. 42
Maximilianus II. Rom. Imp. habet XI. Symbola. 48.50.52

N.

Nicolaus Pontifex Max. 26

P.

Paulus II. Venetus Pont. Max. 28
Paulus III. Pont. Max. habet duo. 32
Paulus IV. Pont. Max. 32
Perinus Rex Cypri. 136
Petrus Rex Portugal. 111
Petrus II. Rex Arragoniæ. 60
Petrus III. Rex Arragoniæ. 62
Petrus IV. Rex. Arragon. 62
Petrus Rex Legionis. 64
Philippus I. Rex Hispaniæ. 68
Philippus II. Rex. Hisp. habet X. Symbola. 68.70
Philippus III. Rex Hisp. habet duo. 73
Philippus I. Rex Francorum. 77
Philippus II. Rex. Fran. 77
Philippus III. Rex Franco. 79
Philippus IV. Rex Francor. 79
Philippus V. Rex. Franc. 79
Philippus VI. Rex Franc. 81
Pius II. Pont. Max. 26
Pius III. Pont. Max. 28
Pius IV. Pont. Max. 32
Pius V. Pont. Max. habet VI. Symb. 34
Pius VI. Pont. Max. 36

R.

Renatus Neapoli Rex. 117
Richardus I. Rex Angliæ. 95
Richardus II. Rex Angliæ. 99
Richardus III. Rex Angliæ. 102
Robertus Rex Franco. 77
Robertus Rex Neapoli. 114
Robertus Scotiæ Rex. 105
Rudolphus I. Rom. Imp. 38
Rudolphus II. Roma. Imp. habet XI. Symbola. 52.54.56.58
Rudolphus Bohemiæ Rex. 122

S.

Saladinus Turcarum Imperator. 58
Sanctius IV. Rex Legionis. 60
Sebastianus Rex Portugaliæ. 114
Selimus Turcarum Imp. 58
Sigismundus Rom. Imp. 40
Sigismundus I. Rex Poloniæ. 124
Sigismundus Augustus Rex Polon. 124
Sigismundus III. Rex Polon. 127
Segobertus I. Metensium R. 139
Solimannus Turcarum Imp. 50
Stephanus R. Angliæ. 95
Stephanus Rex Poloniæ. 127

T.

Theodobertus Rex Austriæ. 136

V.

Vrbanus VI. Pont. Max. 24
Volens Renatus Siciliæ Rex. 117

W.

Wenceslaus Roma. Imp. 40
Wladislaus Rex Hungariæ. Polon. 119
Wladislaus R. Hung. Bohemiæ. 122

X.

Xystus IV. Pont. Max. 28
Xystus V. Pontifex Maximus habet duo Symbola. 34.36

INDEX SYMBOLORVM.

A.

Amore tantum 11
Alit. 13
Abluit. 13
Ascendit in ludibrio. 4
Ardua virtutem. 28
Aquila electa justa omnia vincit. 46
A Domino Regnū venit Impiiq; potestas. 50.54
Adhuc stat. 40.108
Augusti optimi Principi animæ æterna. 50.52
Adjutorium Domini sit inimicis timor. 52
Adsit. 54.58
Aeterno conjugi. 73
Aeterna quæ mundi. 102
Aequa durant semper. 117
Abundantia publica. 89
Amor vincit omnia. 93
Ardentior ibi. 97
Assentatione mortor. 97
Acuit ut penetrat. 111
Ad nos laudu amor. 119
Adversus pondera surgo 124

B.

Buenaguia, 64.66
Bonæ spei. 91

Secura veritas. 9
Serenitatem affert. 9
Sitientibus. 11
Scientiam viarum tuarũ nolumus. 18
Sitivit in te anima mea. 20
Sic oĩs mundi Gloria. 26
Suave. 30
Spes non confunditur. 34
Scio cui credidi. 34
Sub ducendis rationibus ſtabilitas. 91
Sub ducendis rationibus. 91
Sic in perpetuum. 48
Sic aliena. 50
Sola ſpes mea. 52
Saluti publicæ. 54
Sic ad aſtra. 54
Sub umbra alarum tuarum. 60
Semper eadem. 64
Sola dicata luci. 71
Sic ſpectanda fides. 87
Sapientia fortunam. 97
Securitas Altera. 102
Serena celſa favent. 119
Sua alienáq; pignora nutrit. 122
Simul & ſemper. 133
Sub Sole ſub umbra virent. 130
Sic ſuper irrepat. 139

T.

Te nunquam timui. 133
Terriculum noxæ. 11
Tuetur. 13
Thronus tuus in ſeculum ſeculi. 16
Temperantia. 18
Tentanda via. 28
Tu autem idem ipſe es. 32
Tolle moras. 38
Tempeſtati parendum. 40
Tu ne cede malis. 56
Te gubernatore. 60, 62
Tarda Dei vindicta. 66
Tanto monta. 66
Tot zopyro. 70
Tutiſſimus. 75
Tutiſſima jura. 77

V.

Vadunt ſolida vi. 56
Viderunt oculi mei ſalutare tuum. 18
Voce mea ad Dominum clamavi. 20
Veritas perſuadit. 24
Victrix caſta fides. 26
Vi & virtute. 30
Vt ipſe finiam. 30
Vigilat ſacri theſaurus cuſtos. 36
Vtrum lubet. 38
Vtrumq;. 56, 79, 108
Victoria teſtis. 58
Valer. 60
Vanitas. 68
Virtuti fortuna cedit. 77
Volo ſolidum perenne. 79
Virtuti comes. 79
Vltorĕ ulciſcitur ultor. 81
Vt cumque. 81
Vltus aves Troiæ. 83
Vnus non ſufficit orbis. 83
Vnica ſemper avis. 85
Vi nulla invertitur ordo. 95
Verſa eſt in lachrymas. 102
Vanitas vanitatum & omnia Vanitas. 105
Vrget majora. 105
Velum ventis. 105
Vber & tuber. 114
Volente. 119
Velſic enitar. 122
Vndiq; illæſus. 122
Vigilantibus. 127
Vælli. 136
Veritas perſuadit. 139

W.

Wie Gott will. 56

FINIS.

Imprimebat Anno Chriſti
M D C XIII.

PIETAS.
ÆTERNVM BONVM.
IVSTITIA.
FELICITAS CIVILIS
VNICVIQVE HOMINI SVVM
SYMBOLA
uaria Diuersorum
PRINCIPVM
Sacrosanc Ecclesiæ
& Sacri Imperij
ROMANI.
Cum uberrima Isagoge
Iac Typotij Familiaris
Aulæ & Historiographi
Sacræ Cæs. R.Q.M.
RELIGIO
POLITIA
TOMVS SECVNDVS
Ex museo Octauij de Strada
Ciuis Romani Simbola
desumpta sunt
CVM PRIVIL SVMMI PONTI
ET SAC. CÆS. M.tis
S. C. M.tis sculptor Ægidius
Sadeler excudit Praga
M. D. C. II

Cardinales S. Romanæ Ecclesiæ.

Alphonsus infans Portugaliæ Presb
Cadinalis S. Xysti Frater Jo: III.

Henricus Presb: Card: III Coronator
Episcop: Zagitanus Frater Jo: III. Re Por



Ludouicus Aragonius ex regio sanguine
ortus Diacon: Card: S. Xysti.

Theobaldus Arragonius presb: Card:
S. Sabinę. Episcopus Valentiæ.

Carolus Arragonius ex regio sanguine
Diaconus Card: S. Mariæ.

Carolus de Vendosme Gallus nepos.
Regis Franc: presb: Card: S. Sabinę



I. HIEROGRAPHIA. CARDINALIVM.

Sſe in Hierographia, plus in abdito, quàm promptu, vel ex hac prima purpuratorum, ſatis patet Nihil Symbolo manifeſtius, nihil notius Hieroglypto. Quid autem velit Cardinalis, non omnes peræq; intelligunt facile. Erunt enim qui contendent, eſſe deſperantis: erunt qui ſperantis. Nec deëſt cauſa diſcrepantibus ſententijs. Pedum deſtitutum deſperantis eſt. Statutum, non abjectum, ſed fixum, eſt ſperantis. Atqúe in hanc me ſententiam, cùm rei veritas, tùm auctoris dignitas inclinat. Nam qui terram & mare cernit, & audit, ut nihil juvat; ex Pedo non difficulter colligit, Virum non minus pietate, quam genere inſignem, certiori loco ſpem, quam humano collocaſſe. Non enim ille tumulus, in terris licet, terreus eſt; ſed eius, qui in terris verſatur, ſpes celeſtis, cujus ſi cui fidem non facio, is oculos tollat: & videbit manum, cum manubrio; non eſſe humili aut preſso loco, quanquam non elato, ſed humili animo, Celum adiatur. Alfonſus igitur, in regia familia natus, & Rep: Romana conſtitutus, ſecundum rerum variarum uſum, ac tædium omnium, cum actum ageret, hoc egit, quod videmus, & pedum ſive ſcipionem imo pedem, certo loco fixit. Quis ille? Spes in Deum. Hinc enim ut cetera deficiant, facit, quæ rogatur, imò ſupplicia fæde noſtra placabilitate & gratia antevertit: ſi ex te noſtra eſt, cujus cauſa & nos ipſi, & alios fatigamus.

II. HIEROGRAPHIA.

Videre & hic eſt omnia vulgo nota: audire non ignota his etiam, qui à limine viderunt Latium. Ab auribus incipio: Bonæ ſpei Neutra vox obſcuro. Ad oculos venio. Libram, qui unquam vidit, ſimul ac videt, norit. Ita de anſa, jugum: de jugo bilances pendent quod æque, non ita apparet examen. Apparet tamen cuivis Libram eſſe. Nec quisquam eſt tam cæcus, qui non videat, ſublibra corbem decerptarum, cum frondibus, frugum multijugum. Quod autem Cardinalis non ſit propola, dubitarit non injuria quispiam: quid ad libram corbis? Deinde, cum bonæ & ſpei, voces tritæ ſunt, hiulca autem oratio; nota etiam ignoramus: cogimur ſaltem circumſpicere, quó referantur, aut, ad quem pertineant. Ego ariolor ſpectare ad ipſum Cardinalem, videor enim dum hæc meditaretur, muſſantem audire. Multi & multa me ſpe mea fraudarunt, vel quod rara hominum fides ſit, rerum omnium perpetua viciſcitudo, & inſtabilis conditio: vel quod ego ea ſtatuerim firma, quæ erant infirma, & his fiderem imo palpandum dederim, qui rei meæ gratia, verba, mihi darent, grata magis, quam vera, Maior itaq; in me reſidet, quam in alijs hæreat culpa. Quid me miſeror? aut alios criminor, mutanda conſiliorum ratio. Et nihil optandum, quod juſtè non licet. Conſilia juſta & modeſta, bonæ ſpei ſunt. Juſticiæ libra eſt. Modeſtiæ Corbis. Non ſatis autem eſt deliberationes noſtras, juſtas eſſe: niſi & ſint modeſtæ, imò hoc antè etiam, quam illud cogitanti, primum occurrat. Nam ſibi quisq; pravo ingenio aut inſtituto, longe plus juſto indulget.

Hinc

Hinc illa non in homines tantum, verum etiam in Deos immortales, indignatio Animi insolentis, non à ratione profecta, sed cupiditate stolida, inani, molesta. Quid enim huic cæno debetur? Non præmium sed pœna. Hæc enodatio Hierographiæ, digna est Principe Viro, Cæterum & bonæ spei annona est: quæ in justo commertio versatur.

III. HIEROGRAPHIA.

Vitem dictam Varro putat, quod ad uvas percipiendas inuitet Vinosi, quod sitam in ea Vitam existiment. Nec abs ventre omnino, quibus vivere est bibere, Si Vino tantum mergeremur, Nunc vitis latex non est, quod Vinum hordeaceum Herodotus appellat. Et quot alia sunt poculenta? quæ non tantum ad sitim, necessitatem, verum etiam ad voluptatem & furorem hauriuntur? Cæterum Vlmo maritatur propter raritatem foliorum, ipsa Luxurians vitis, cùm pampinis, tùm capreolis, in quas nuptias intentum M. Ciceronem, non solum spes generosæ sobolis verum & culturæ suavitas, naturæ dexteritas oblectant. Ita claviculis, v eluti manibus, maritum circumplexa, felicitate sua gaudet, & quasi alacritate diffunditur. Hinc iste frondes, instar porrectæ frontis, quas vinitor coërcet, &, ut prudens gubernator, plebem à luxurie ad moderationem ipsam castigat, ac cogit à frontibus ad fruges. Quid igitur se ipsa sustinet? ut in Symbolo est? Quod in nuptiis unum ex duobus fiat. Non se vitis sustinet, sed vitis & ulmus, sive, ut in connubio maneam, ulmi vitis. Accedit cura Vinitoris, sed qui adiuvet, non afferat naturam. Quod verò, ad cælibem, nuptialis Hierographia? Aragonius est, regali prosapia Lodovicus. Inter purpuratos coöptatus, veluti in aliam familiam transijt. Atque hinc est, quod gentilibus sua remittens, & de jure suo cedens, audacter dicat. Res Lodovici vestri, vobis habetoté: Nam se ipse sustinet, jam Ecclesiam ducit: qui repudiatis mundanis & vanis, rebus sacris sese mancipat.

IV. HIEROGRAPHIA.

Inter potulenta, sive poculenta, est vinum mali Punici, quod Rhoitem Plinius, quemadmodum hordeaceum cerevisiam Lactantius nominat. Cæterum hoc ad proximam propius, quàm hanc Hierographiam pertinet, si tamen non & ad hanc. Nam liquorem maturiùs ex pomis expresseris, quàm vaporem expectaris, præsertim, qui Iridem coloribus suis referat, ut Scalptor vult. Erumpere liquorum in altum posse non nego. Vis enim ea est, contra naturam, & ea de causa, momentanea, aut non diuturna saltem. Flos satinæ Mali Punicæ Cytinus dicitur: balaustium silvestris, Dioscoridi Huius distincta coloribus genera reperiuntur, condidum, fuluum, puniceum. At Mysta, sub cortice, inquit, hæc tego, sub putamine, quod Malicorium Plinius cum Dioscoride appellat, non flore. Sub cortice verò, quæ Malum Punicum continet, sapore non colore discriminat. Ille quidem dulcia, acria, mixta, acida & vinosa: hic verò, quinque ista in tria redegit fastigia, ut Matthiolus declarat. Vni dulcia: alteri acria & acida, tertio mixta & vinosa tribuens. Propius ad Dioscoridem Mysta accedere videri posset: si

ſub unius cortice hæc eſſent omnia. Nunc ſaporum varietas, eſt ſpecierum diverſitas. Quod. ſi membranam candidam, qua intra corticem, veluti ſupparo, Malum tegitur: acinos puniceos: & quid per interſtitia, vernans, neſcio, conſiderare lubet; hæc natura non exhalat: putreſcit enim & malum fit malum, ſimul ac quidquam exhalat. Obſervo autem hos colores, Iridis cauſa, cui aſſimilat Scalptor. Eſt enim in Iride, puniceum quid, viride & purpureum, ut Ariſtoteles obſervat. Flavi enim apparitio eſt non exſtantia, orta ex comparatione Punicei & Viridis. Quod autem mille, id eſt, infinitos colores trahere Iridem Virgilius facit; facit ad ſcenæ & multitudinis opinionem, ac plauſum. Si tantum ſculptori tribuo; quantum tribuemus auctori? Fecit triculor intercus Malum. Si tale non eſt naturale; factitium reperietur, quale præter naturam vult: & erit Pyrobolus, Mali Punici forma quod totidem colores evomat, quot ſapores illud diverſis ſpeciebus continebit. Erit, inquam, Malum Punicum; ſi non conforme genuino prorſus; congruum tum ſententia Cardinalis. Nam colores animi ſui boni, non Mali ullius pandit. Et ſe auſterum præfracto, placabilem miti, ſuſpenſum medio ingenio vult declarare. Hæc mea ſententia eſt de ſententia Theobaldi Cardin. Aragonij: Nec obſtat mihi, pios Manes teſtor, quod cum naturali factitium recepi, cum educatio ſit altera, & quandoq; potior natura.

V. HIEROGRAPHIA.

Suus cuiq; Planetarum color eſt, uti Plinius notat. Saturno candidus, Iovi clarus, Marti igneus, Lucifero candens, Veſperi refulgens, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli, cum oritur, ardens, poſtea radians. Quos verò & quot, aera ſubintrans cauſatur colores? Idem tamen eſt, & ſolus, licet ex repercuſſu plures appareant Soles. Magnum Mundi miraculum. Et cum hoc mundi miraculo, perſpicuo ac magno, Architectum Mundi Deum Opt. Max. comparat. Nic. Cuſanus. Quemadmodum enim aliter, in cæno & cera operatur ſol; ita Deus in inſanabili & ſano pectore. Et non videtur aliud ſentire Myſta hîc noſter, cum ait: Idem per diverſa. Nam ut idem Sol per diverſa eſt, licet media varient lucem Solis; ita & Deus, ſolus, idem & unus eſt; quamvis per diverſa appareat longè diverſus. Quod ſi de ſe ipſe loquitur, & vitæ rationem aliam atq; aliam purgat: ne à ſe ipſe diſcrepare videatur, ut enim ætas alia, alios mores poſtulat: ita & tempora incidunt, quæ non unius ſolum ætatis, verum etiam momenti conſilia varient, citra levitatis notam, aut labem inconſtantiæ] audiendus eſt æquis auribus, non ſua tantum, ſed & noſtra cauſa. Homo enim erat, nos homines ſumus, à quibus humani nihil eſt alienum. Et pertinax ſæpius eſt, quam conſtans, qui ſui in re privata, aut inſtituti majorum tenacior eſt in Rep. Nec injuria Aeſchynes Demoſthenem reprehendit, Athenienſes exemplo majorum, ad bellum inciſis nervis. cohortantem: Quid enim hoc aliud erat, quàm equum, ad ſtadium, in quo florens ætate vicerat, annoſum reducere? Verum nos nolo. Volo ſcientes uti foro. Alcibiadem ſua dexteritas tandem de-

ſtituit.

ſtituit. T. Pomponium Atticum virtus ſervavit. Ita, ſi abſit fraus, & laudi & ſaluti eſt, eundem eſſe, inter diverſos: aut huic commodare, ſine illius injuria.

VI. HIEROGRAPHIA.

Locum non eſſe infinitum, Ariſtoteles ex loci natura oſtendit. Sunt enim Loci differentiæ, ſurſum, deorſum: antè, retrò: dextrum & ſiniſtrum, non modò, ratione noſtri, ſed & reſpectu totius determinatæ quod infinito ex diametro adverſatur. Si locus non eſt infinitus, nec herclè corpus, quod nullum me imaginari quidem poſſumus, extra locum. Hac præfatione, hoc loco utor, quod cernam, ex orbe univerſi, alium orbem exire, quem Anguis extricans ſeſe, & in ſe reflexus facit. Non tamen in ceſſo, quem interpretor, Myſtam. Non enim ſtatuit in rerum natura, Infinitum. At ſupra Naturam Æternitatem ſcilicet, quam Anguis Myſtica paſsim denotat. Et hoc eſt, quod de diametro Æternitatis, Mundi Machina dependeat. Nam tempus eſt menſura Motus: & cum primo Mobili incepit, quoo quia compoſitum eſt non poteſt eſſe æternum; ſed quia temporis eſt prius & poſterius; eſt aliquod primum, ſuperius tempore: quod jam aliud non eſt, quam Æternitas. Ita & Naturæ, pro loco: & Myſtæ pro dignitate ſatisfactum ſit. Nunc ad rem accedamus, in qua jam nihil obſcuri reliquúm eſt. Dicit enim gloriam eſſe immortalem. Non eſſet autem talis, ſi anguſtiis Mundi coërcet uri finiretur onim tempore, quod rerum omnium Mundi edax eſt. Quod autem Myſta dicit, aut de Nominis, aut de Animæ gloria dicit, ſi de Animæ gloria, nihil verius potuit dicere. Nam Æterni omnia ſunt æterna. Talis autem eſt Anima Hominis. Menti enim qui oculus Animæ eſt, nihil mortale, ſed Verum, quod jam immortale objectum eſt. Si de Nominis gloria, ea tenus verè; quatenus Nomen ab interitu eloquentia vindicat. Nam non modò rarum præclarè geſtarum, verum etiam ſcriptarum licet prudenter monumenta, temporis interca pedo, non admodum longæva intercipit. ſi deſtituantur eloquentia. Et id ſentit Plinius, cum ait (Minorem dico) facienda, quæ ſcribantur: aut ſcribenda, quæ legantur. Averſamur enim magis ineptè ſcripta, quàm improbè facta ubi affectus ſubſedêre.

Cardinales S. Romanę Eclesię.

Carolus a'lotharingia de Valdemon Presb: Card: S. Mariæ in

Carolus Borbonius Diac: Card: S. Martini Frater Regis Henrici. 3. Naua

Ludouicus Borbonius Episco: Card: S. Sabinæ Portuensis. nepos Reg: Na:



Georgius Radqiuil. Presb: Card: S. Xysti Epis: Vilnęs. gener Sigis: RPol:

Andreas Bathorius. nepos Reg: Stef: Pol: presb: Cardin: S. Hadriani.

Claudius de Guisa Diaconus Card: S. Clementis frater Ducis Caroli.

VII. HIEROGRAPHIA.

Sive λαμπτὴρ sive φανὸς est, inflammata ista flamma de cuspide; Persarum Reges non procedebant, absq; igne, ut videre est apud Herodotum, in expeditione Xerxis. Et si majorum nostrorum, juniores enim Persis sunt, recordari lubet, erat qui ex Græcis in exercitu, ignem præferret, dictus abs re, Pyrophoros aut πυρφόρος Erat, qui Romano Magistratui, non tantum in bello. Atq; hoc quidem nobis numismata testantur, ut in vita, in augurationéq; Gordiani liquet. Illud in Genial. Alexander ostendit: hoc Eustatio, imò tritum vulgo proverbium: οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη quod Erasmus in Paræmiis uberrimè enarrat. Nihil absq; causa refero Persæ ignem sacrum habebant, & eà alebant perennem, quemadmodum Argivi & Romani. Ita non poterat aboleri, ignis super holocaustum celitus diffusi memoria. Et sacrorum caussa reliqui, habuerunt in promptu ignem. Græci inquam, & Romani, non illum ignem perpetuum. Nec sacrorum modò caussa; sed & Sacrosancti Magistratus ergò Romani, ut intelligeret se ille, in oculis, in conspectu, atq; adeò, in luce versari. Huc profectò Lampas de hasta refulgens, omninò respicit. Vita Principum certè omnium oculos in se convertit, & longè potentior est, ad æmulationem. Lege. quam tamen ut in obelisco lumen Aristoteles in civitate collocat. Xenophon clarissimus imperator, & sagacissimus Philosophus, duci militiæ censet & sensit labores admodum graves; sed hoc levari, quod videat se ab omnibus videri & conspici. Et ex re alia, quàm publica voluptatem capient? qui militiæ, togæq; dominantur? Aliud sine controversia est sceptrum, aliud plectrum. Quare si Rex es; te rege: & quæ Regem decent; face. Lux enim Principis, quod publica, ingens est, ut legis in Symbolo, & ita malo legere, quàm ignes Principis. Quid enim hic ignis ad Principis lucem? Et si ignes, veluti igniculos M. Tullius, dotes & animi Lumina intelligis; legis mecum: & diligis Principem, non Lucernæ prælucentis, sed animi virtute relucentis gratia.

VIII. HIEROGRAPHIA.

Non exploditur voluptas, amica inimica, quod voluptas sit; magis hoc culpatur, quod ærumnas caussatur, & quidquid non est volupe id omne in malis ponit. Contra virtus laudatur, & probatur sanis, non tantùm, quod rectè facta sequatur voluptas vera, atq; genuina, verum etiam, quod comitetur, imò antecedat, animi in se ipso, velut theatro, exultantis, cum motu quies, & gloria. Quemadmodum enim verum est uberrimos esse fructus virtutis; ita falsa est ipsius Virtutis, cum amara radice comparatio. Delectatur sudore & labore suo, qui agrum suum colit. Qui excolit ingenium, aut animum exercet, non servilibus ministeriis, at virilibus officiis; cedet Agricolæ? Non reor Mascula sententia, At multos sinistra depravat opinio. Cedo: nec enim numeramus, sed ponderamus, ut viros verè viros decet, sententias. Et jam tritæ, omnium manibus, Origenes Mosis, ex ocio Majoribus nostris, nata, quæ etiamnum nos fatigant negotia, convincunt. Cujus auctoritati, si quid

nostri

noſtri temporis impudentia derogaret, omnium temporum memoria ſuffragatur. Ita nihil boni facimus, cum nihil facimus, neceſitasq; eſt, quæ extudit, ut loquitur Virgilius, & conſervat, ut ego adijciam, artes. Quorſum hæc tam longè repetita oratio? Ad Symboli confirmationem. Ex omnibus enim liquet, Virtutem infirmitate perfici: ærumnis exerceri: rebus & hominibus adverſis efflorescere: ſecundis remitti: feruidioribus torpere: ocio deniq; intermori: & quaſi ſublato nutricio, ſine antagoniſta, concidere. ut patet, ſi non antè ſatis patuit, in Rep. Romana. Quamdiu populum Romanum ſamnites, Pyrrus, Carthaginienſes oppugnarunt; tamdiu iſtic virtutis lumina viguerunt. Victis verè ſuperatiſque hoſtibus imperij æmulis; pullulare ſenſim vitia donec non mole rerum. ſed mutatione morum, à fundamento ruerent, florentiſsima omnium civitas: & prædæ his eſſet, quibus antè fuerat terrori. Myſta non Romanos, aut qui antè rerum potiti ſunt, Macedonas, Perſas Aſyrios adducit; ſed adoleſcentem, ut videre eſt, quem non in curru, ſed humi: non in civitate, ſed ſolitudine: non ſereno, ſed pluvio celo: non undum quidem, ſed nec ſuperbè amictum: aperto, non operto capite: & ſolo deniq; ſcipione, id eſt, ſola virtute, & mente ſupra ætatem conſtanti ſtatuit. Plane ut Herculem Prodicus Chius, niſi quod illum hic inter virtutem & voluptatem: Plane ut Homerus Ulyſsem, omnibus malis preſsum non oppreſsum, nudum tandem abjicit, Ita ex oricis utor pigmentis; quod ſordeant nobis in noſtra Repub, natæ Chriſtianæ Virtutes. Unus Jobus pulchrior fuit tolerantia, quàm ullus Paganorum, non dico, fuit, ſed fingi potuit, ab ullo, vel Poëta, vel Hiſtoriographo, licet eloquenti. Nullus enim eſt, in quo non ſit nævus, nec ille quidem, qui deceat, ſed deturpet ac deformet formam Virtutis. Et huic uni Jobo palmam eripiunt, Martyrum non unus aliquis, ſed multi exercitus.

IX. HIEROGRAPHIA.

Tabulam hîc raſam cernis: & legis, Melior fortuna notabit, Ergò ſcribenda, & memoriæ conſignanda, læta modò & jucunda? nec commemoranda ſimul adverſa? Non ea Myſtæ mens eſt. Liberam enim & veram eſſe oportet rerum narrationem præſertim. quæ ad poſteros tranſmittitur, manca aliâs futura, cum oporteat in utramq; partem propoſita lectori exempla, ut habeat, quæ ſequatur, quæ vitet. Juſticiæ enim exitus aut optabilis eſt & tolerabilis. Licet ſucceſsus plerunq; minus ſint proſperi & optati, Poëtæ, quemadmodum pictores inumbrant quædam, ſilentio, ne offendunt, multa involvunt, & quibus aſſentantur, his placita magis, quàm aliis probata ſcribunt. Sed ab horum levitate & adulatione, multum ab eſt Cardinalis tanti gravitas. Quid igitur vult nuda ſua tabula? Fortè quod Seneca, Beneficiorum nunquàm maleficiorum citò obliviſcendum. Nam Ariſtoteles mentem noſtram, ad imaginem raſæ tabulæ dolat. Quod ſi penitius in animum Myſtæ lubet deſcendere; præceptum nobis animadvertemus, Mentem ærumnis fractam, ſpe meliorum erigendam: & adverſitatum tantum modò recordandum, ne inſoleſcamus. Jucunda enim eſt præteriti laboris recordatio.

X. HIE-

X. HIEROGRAPHIA.

Altare tibi demonſtrandum non eſt, Ardet quippe, non fumat. Nec Agnus ad victimam: faces enim lucent, & ſecuris in truncum hæret impacta. Quid igitur Cardinalis? ſacrificijs non delectaberis. Non aliud haud dubiè quàm David, cujus ſunt verba ad Deum. Fuit ex inſtituto Moſis, quem æmulatum Cacodæmonem Romæ Tertullianus ſcribit, varius ſacrorum, apud Iudæos. apparatus. Agni immolatio longè vetuſtior Moſe. Nam & in Ægypto renovatum eſt ſacrificium Abeli. Et cum cætera aliò tenderent, in illa umbra; Agnus repræſentabat Chriſtum. Hæc ego, non referò, ut nova, vel in audita; at Symboli cauſa. Tempus enim fore divinabat David, quo Chriſtus, uno ſacrificio, omnia eſſet antiquaturus quàmquam & ea tempeſtate, qua vaticinaretur, & regnaret, Deum animaduerteret, peccatis impiæ gentis offendi magis, quàm victimis placari. Qua de cauſa, non abolet quidem, ſacrificandi ritum, ſed puræ menti imperat, purius ſacrificium laudis Divinæ. Aut me omnia fallunt, aut hoc etiam Cardinalis vult, Vult inquam, pietati Chriſtianæ, vitam conſonantem.

XI. HIEROGRAPHIA.

Phœnix, Græcis, palma eſt. Atqui hinc non nomen modò fabuloſæ Avi datum eſt, verum etiam nomini ratio, ut vult Plinius. Sic enim dictam avim vult, quod, ut planta, ex ſe renaſcatur: Res magna & memorabilis. Avi tot ſeculis conſtitit fama. ex quo, doctorum hominum fabula conſtituit famam Avis, quam volebant ἀπάτορα & ἀμήτορα Fama verò, aut fabula verius erat, ſexcentos amplius annos vivere & non vitæ tædio, ad deſiderio prolis, in voluntarium tranſire incendium. Pyra ſcilicet congeſta, quam eminentiori loco Sol incendat, ardere ſponteam: ex cujus cineribus ipſa repueraſcat. Ita, ni fallor, Herodotus, & qui omnes falſos ſcribit, Tranquillus. Liberum enim erat, longævo ævo, mendacium. Sequens ætas, aut minus credula, aut majorum inſipientia ſapiens, fabuloſa cenſet, quæ falſa ſenſit. Batthorius Phœnicem in foculo collocat ut vides: & rei magnæ, magnifica adjicit verba, ſe necat, ut vivat. quod de Phœnice dictum, in ipſum quadrat. Nam hic ipſe Cardin. Batthorius, dùm ipſam Tranſſylvaniam appetit, cum Principatu amittit, prælio ſuperatus, à Michaële, Vaivoda Valachiæ. Ita ſæpe neſcimus, quæ præſcimus.

XII. HIEROGRAPHIA.

Hanc Paradinus Cœnobio cuidam tribuit: & adventanti Guiſio, qua vides ſpecie, Pyramidem erectam. Nec evoluit, ſed carmen Gallicum ex baſi exſcriptum, in litteras retulit, quo animus Cœnobij explicatur. Id ne malè: vertam, paucis ſi expoſuero, tuo etiam labori parcam, prolixius enim eſt. Rex eſt Pyramis, & herclè Regis Hieroglypton, δικοτόμω ſive creſcens Luna. Hedera verò, Card. Guiſius. Hæc ferè ſunt Epigrammatis, ſcitu digna. Nam his cognitis, cuivis manifeſtum eſt Symbolum.

bolum. Te, ô Rex, ſtante (ſtabis autem, pyramidis inſtar, ſemper incolumis & inconcuſſus) ego, qui te obſequio & benevolentia obſervo, atque amplector, in morem hederæ, nec poſſum à te auelli, ego vivam & florebo: nec marceſſam ætate, ſed in ſenecta etiam virebo, tuis Rex honoribus, non meis opibus: Vt enim humi nata, paulatim aſſurgit, & radiculis obrepit arboribus & muris, non modò ſuis diffitâ viribus, ſed altiorum amans hedera; ita ego longè infra Majeſtatem illam Regiam genitus, tueri tua beneficia, ſine tua benevolentia nequirem. Cæterum Hedera in oculos paſim incurrit. Quæ extra oculos ſunt, Dioſcorides, Plinius & Theophraſtus in commentarios, velut in pænu abdita, ſtudioſis Hiſtoriæ Naturalis conſervarunt, coaceruaruntque. Cætera quid perſequar? Creſcens Luna, ſignum militare Turcarum etiam eſt, non modò proteruè, verùm etiam imprudenter ſumpta. Nam quæ creſcit, ſeneſcit quoque Luna. Et cùm ſit inſtabilis, ab alio, lumen mutuatur. At ſigna, felicia ac fauſta, ſagacitas Principum ſumit: & omen infelix privatim etiam auerſamur.

Ludouicus de Guisa Lotharingius Gallus Diaconus Cardinalis S. Iuliani.

Aloysius de guisa Lotharingius Gallus Diaconus Cardinalis S. Laurenty.



Ferdinandus Medices Presb: Cardi: S. Eustachy Protector Hispaniarum.

Ioannes Medices Presb: Cardina: iiii. Coronator F. Fran: M. D. H.

Alexander Medices Presb: Card: S.S. Quirici et Iulitæ. Archipis: Florentię.

Ioan: Angelus Medices Presb: Card: S. Stephani in Cælio monte Epis Sypentin?

XIII. HIEROGRAPHIA.

Symbolum Gallicum est, Meo commodo. Hieroglypton, Ciconia. Quæ quo pacto inter se concordent; alius fortè melius me dixerit. Nam Ciconiæ in societatem publicè consentiunt, ut Plinius refert & nos videmus, commeant enim gregatim quotannis: & privatim parentibus gratiam referunt, atq; nutricamenta, justè persolvunt. Vnde πελαργικοὶ νόμοι. Meminit Aristophanes, imò ad Ciconiarum institutum, Solon pubem Atticam instituit. Et ultimò adventantem reliquæ, in expeditione interficiunt, discerpunt. Quæ omnia, non privatum commodum, sed publicam salutem redolent. Serpentem rostro tenet. Teneat, per me licet, sed grandævis parentibus, hunc ipsum pastum, tanto discrimine comparat & non suo commodo, sæpe enim suo exitio deglutit. at nostro emolumento, cum serpentibus bellum gerit. Quæ causa erat Thessalis vindicandi ab injuria Ciconias, uti Plinius narrat: & capitali supplicio, non secus in eum animaduertendi, qui Ciconiam, ac, qui hominem necasser. Non ignarus naturæ Ludovicus Guisius, vidit sibi bellum esse, cum turbulentis hominibus, si dignitatis locum tenere, & tueri vellet; haud secus ac Ciconias cum serpentibus Natura committit. At si Ciconiæ non omnia, ventris gratiâ faciunt, sed officij, pleraque, uti jam demonstratum est; nemo est benè natus, aut rectè institutus, qui suo commodo potius, quàm publico, ad rem præclaram accingatur.

XIV. HIEROGRAPHIA.

Σωρίτης est captiosum disputandi genus. Nam ab evidenter veris, ut Vlpianus tradit, per breuissimas mutationes, disputatio ad ea, quæ manifestè falsa, perducitur. Nomen invenit, quod in acervum sensim crescat, uno velut, ut M. Tullius loquitur, addito grano. σωρεία enim vel σωρὸς, acervus est. Symbolum hæc omnia explicat: Hieroglypton sub oculos adducit. Sunt enim grana novem, quæ per se nihil sunt, Nondum enim sunt decem, sed si minimum, quid, addideris, unum puta, sint decem. Denarius autem numerus, radix est, & jam non per minuta, ad summam rerum, ascendendi principium. Quocirca ut nec pertinaciter repugnare, ita nec temerè omnia, instituto de re seria sermone, concedere debemus. Si hoc in verbis cauendum est, ne nos irretiamus ipsi; quantò magis, in re cùm publica, cum priuata? Certè minima interdum præterita, aut neglecta, ærumnarum gravium causa existunt. Atq; hinc est sublatus, è medio, Athenis, puer infans licet, cornicum oculos configere solitus: & neglecta cura Alcibiadis, curæ posteà fuit, omnibus Græcis & Barbaris, Ita nos nobis nostro malo: & delitijs suis Resp. & Rerump. Principes, suo periculo, indulgent. Leuis jactura Auiculæ est, Atti puer ille, in virum euasisset ausus essèt, cùm in ciues, quod ante in aues. Et siauiculam, quam in curiam intulerat Alcibiades, parùm memor ordinis, sollutam fortè senatus non collegisset, sed castigasset leuitatem hominis; moderatius foret & Senatu & Populo usus. nec accendisset bellum, quo patria conflagrauit.

XV. HIE-

XV. HIEROGRAPHIA.

Crux Florentina aut Pisana verius tam Coronata, quàm pileata est. Corona non regia, sed principali: & pileo non servili, sed Cardinalitio. Res nec nova, nec stupenda, in familia Medicea. Symbolum licet vetus, pium: & in hac impietate stupendum quoq;. A Domino factum est, istud. Refert enim Cardinalis, à quo accepit, acceptum Domino Deo, genus & honores. Meritò inquies. Sed quotus quisq; ea est gratitudine animi in Deum? Et si omnes sunt, quos veluti è grege legit, & ad honores, subvexit Deus. cur non meminêre beneficij divini & conditionis suæ? Aut si meminerunt, cur voluptates suas sequuntur, & non obsequuntur Legi, id est voluntati Divinæ? De Magistratu instituta est quæstio si in nos institueretur: ne nos quidem purgare nos nobis possimus. Tantum abest, ut Deo. Quamobrem non injuria admirabar, in summa fortuna, summam moderationem.

XVI. HIEROGRAPHIA.

Adolet hîc non Aäron. sed Ioannes Mediceus, thus Deo: & magna cùm pietate, tùm admiratione, inquit: Quò sum vocatus? Et meritò inquit. Non enim leve est, servire Deo non Regum alicui, cui vel vitiosa assentatione, vel simulatione virtutis, operam probes; sed quem nihil fugit, Regi regum Deo, Cujus cui in mentem venit, non potest, non animo turbari, & corpore toto inhorrescere, quoties ad Altare accedit.

XVII. HIEROGRAPHIA.

Eclipsis Lunæ est defectus luminis Phœbei in Luna qui accidit, cùm ipsa Soli ex Diametro, opposita, vel cum exigua latitudine vel tota, vel aliqua sui parte in umbram terræ intermediæ. incurrit, lumen enim tàm diu amittit, dùm suo ipsa motu ex umbra terræ eluctetur & collustretur, quo solo lucet, iterum a Sole. Sub hîce tenebris Lunæ, celat Mysta, & velut caligine involvit animi sollicitudines, quas quod P. Iovius non declaret, per me non eliminabuntur. Nam si tempus aperuit tùm animo recordita; me Mystagoga non est opus. Si non aperuit tempus; falli qui possum, nolo fallere Lectorem. Verùm enimverò non animi tantùm anxietas, sed & fortunæ anxiæ difficultates per Eclipsin intelligi possunt. Et virilis animus vel sua virtute fretus, vel spe in Deum iecta, non minus verè, quàm graviter dixerit: Hinc aliquandò eluctabor. Multa profectò sunt constantiæ humanæ exempla, plura documenta fiduciæ divinæ. Marius quantis ex periculis evasit? Revertere ab exilio Demosthenes & Cicero. Danielem ex morte eripuit Deus. Et me majori miraculo idem Deus in custodia, non Leonum, sed hominum efferatorum sustentavit: ac tandem à potentioribus æmulis servatum liberavit, & vindicavit in suam solius potestatem. Deus bone & potens; quàm bonus? quàm potens es? Divinæ Laudis gratia hæc adscribo; sed & consolationis humanæ. Nam ferre qui potest; superare & potest injurias: Deus autem & vocatus & invocatus, duris in rebus, subsidio venit celerior vocatus. Ita vult, quod volumus, si ritè volumus.

XVIII. HIEROGRAPHIA.

Sive de arbore, Myſta, ſive de Hedera loquitur ; verum eſt Symbolum: vix nata ſuſtentor. Nam arborem Sol à ſtirpe fovet : Arbor Hederam. Nec obſcura eſt, clara imago, aut latens ſententiæ ſententia. Nam ut ſol arborem, & arbor hederam ſuſtentat ; ita ſe à Pont. Max. provectum, hunc à Deo ad illud honoris faſtigium, intelligit evectum. Cæterum Hederam Feſtus dictam putat ab hærere : alij ab edere. Prima quidem brevis eſt, & arbores exeſt. Mira tamen adhærendi vis & natura. Nam thyrſis ad id inſtructa, Theophraſto videtur, & non modò circum arbores, & muros repit ; verum etiam in cornibus cervi enatam (ego fractam alicubi & adglutinatam puto, non enim marceſcit interciſa, ut docet Plinius) naturam animalium perſequens, Ariſtoteles ſcribit. Miratur Plinius Hederæ, ſive ederæ locum eſſe, non dico in ſacris, verùm etiam profanis in locis, quod commoda conjugis ad ſe trahat, & exſugat, quaſi id non facerent, qui facere non deberent, præditi ratione homines. Quod autem lubenter ſerpentes ſerpere, ſub umbra Hederæ queritur ; injuſtè queritur. Semper enim ſub umbra bonorum, mali latent. imò Lucent, & fulgent honoribus. Hæc pro Hedera imò Myſta dicta ſunto. Licet enim florens inventa, prudens Herdera utitur, qua Liber ſe, Alexander exercitum, vulgò olim templa coronârunt. Semper enim virens. majus quid, quàm animo anticipemus, promittit.

(§)

Hippolitus Medices Florentinus Clementis VII. P.P. frater Diac: Card:
S. Laurentij. Archiepis: Auinionen: et Montegalen: S.R.E. Vicecancel:

Hippolitus Medices Diac: Card:
S. Lau: Archiep: Auinionen: et Monteg:

Ludouicus Estensis Presb: Card: S. Aga:
Episco: Ferrarien: Alphó: ī Ducis Fra:



Alysius Estensis Diaconus Cardinalis S. Eusthchij: Frater Herculis
Ducis Ferrariæ.



XIX. HIEROGRAPHIA

Ingreſſus inquit, & haud dubiè, ſpeculam iſtam, à fundamentis, ex vivo marmore, ad tantum faſtigium ſubductam. Et non regreſſus. Speculam dixi, propter Hypæthrum & perforatum etiam feneſtris ſupra culmen. Non Pharum, quod hæc maritima ſit. Non Carcerem: patet enim Et nemo ſapiens malè ſibi ominatur. Quò igitur aſpicit Myſta, qui nos de turri deſpicit? Ad animi conſtantiam, ſodes. Semel enim meliora, licet ardua ſecutus; nunquam debilitate animi, aut difficultate negotii territus deſtitit ab incepto. Tantum animi robur propoſitum nobis ducamus, non modò ad intuendum, verùm etiam ad imitandum. Nam animo in rebus magnis difficere, & velut, de alto ſpectantibus, ſuffuſa oculis caligine ac horrore, mente collabi; puſilli non virilis animi eſt. Eſt quando fortuna vim ſuam frangi non vult, quo tempore, cedere impotenti rerum dominæ, non magis in vitio eſt, quàm de adverſanti ſub mittere, & in tempore contrahere, vela tempeſtati. Vi, inquam, de ſtatione, depelli poſſum, de honeſto nec volo nec poſſum.

XX. HIEROGRAPHIA.

Emergit preſa, quæ? Pila in conſpectu pugillaris imò ſalit, exultat, ad aſtra fertur, impulſa, Nec minus minor licet, palmaris pila. Sed ventoſam illam Myſta exhibet. non modò quod familiarior ſit Italis, verùm etiam, quod, ut hæc vento, ita homines vulgò, aura populari ferantur, nec ventos nacti ſecundos, cupiditatum voragini ſtatuant modum. Atq; de hoc hominum genere loqui Myſtam, mihi perſuaſi: quod Pila tomento fulta & quaſi durata conſtantiæ propior ſit, quæ de compluvio excepta nunc palma, nunc plaga expenta ſublimius & longius excutitur, nec inflanta toties, ut illa, velut refocillanda, in deliquio. Nam hoc ipſum ad fractos & degeneres animos pertinet? ut nunc caſtigentur, nunc conſolentur.

XXI. HIEROGRAPHIA.

Quanquam ſtella hîc perlucida ſit, & ſola inter omnes appareat; Iouius tamen, rem totam obſcuram Multitudini, & paucis, quos Litteratos vocat, intellectam putat. Nam verba Horatij ſunt, & rapta, ut fit, ex integra ſententia quæ eſt: Micat inter omnes, Iulium ſydus. Et jam micare incipit, Symbolum: ac quaſi illato igne, obſcuritas inclareſcere. Sed quod Iulium ſydus? quod velut Luna, inter minores ignes lucet? C. Iulius Cæſar natus eſt ad I V. Id. Quinctiles: Hæc clara natalitia Menſi poſtea nomen dederunt. lege Svætonium, & conſule Mathematicos, quo Horoſcopo, Noſter enim Myſta, Iuliam Gonzagum, miratur: & ut Venerem Horatius ceteris ſtellis, quæ, cum Solem antegreditur, Lucifer: quando ſequitur, Heſperus dicitur, ſic ipſe omnibus matronis anteponit, Malim in alio occupatum tale & tantum ingenium: quid enim cæno muliebri, cum cœleſti lumine? Nam poteſt comparatio extendi ad digniora. Indulgeamus amori & ætati: ſemel enim ſic non pluries, omnes in ſani-

insanivimus. Revocemus modò in memoriam ἐυφημίαν meam in proxima Hierographia, si tamen mea, quam Græci & Latini facere tanti; ut nihil magni aggrederentur priùs, quàm sibi suisq; precarentur benè. Plato sanè cum frugalitatem Spartanorum, in sacris probat; cum munificentia Græcorum, comparat eorundem, imò antefert, vel nomen vel omen. Non enim minùs fuere parci verborum, quàm rerum. Hippolytus certè Mysta hic noster non natalicium, at funebre sydus Iulium inauspicatò servans; vel acceleravit, vel auguratus est fatalem diem. Cometes enim Cæsaris funeri, ut pleruuq; magnorum Principum illuxit. Et in tabula pictus, quod in cœli fictus, Hippolyto portendit. Extinctus enim paullò pòst in fundo Iuliæ, ut Pindarus in genibus pueri adamati.

XXII. HIEROGRAPHIA.

Q. Smyrnæus, duodecimum certamen Herculis, ut cætera breviter cum Dracone insomni commemorat: Præmium victoriæ fuit, Mala Aurea. Hoc Symboli gratia scribo. Non enim Palma ab insomni Draconе custoditur, sed virtute paritur, & cum tui simili. homine non portento, tibi te palma, de decore, de victoria res est. Palmam pro victoria non primus accipio. Nam ferre palmam, usu jam olim receptum est. Et si tibi cum potentiori hoste res est, ne trepides: sæpe enim exigua manus, maximas hostium copias fortiter fortunateq; profligavit. Nec hercle Luxuries, etiamsi bellum sit cum debiliori: nunquam enim hosti deest, voluntas nocendi, & tua securitas dat facultatem. Hoc à Mysta dictum, à nobis non malè intellectum puta. Quid verò Palmam sterilem proponit? Meo, quod sentio, quam exiguum sit, judicio: quia Virtus se ipsa contenta est. Id quidem Zeno non omnibus peræquè probat. Romani tamen recta natura & institutis, non operosa doctrina, quamdiù illa valuerunt, Laurea corona triumpharunt. Ac ne principes modò decus spectasse existimes, ne civica quidem aut muralis, quæ tanto periculo pararentur, erant pretiosiores. Ita Romæ, ne nimirum istic tamdiù imperium fuisse, pensabantur omnia. non utili, sed honesto.

XXIII. HIEROGRAPHIA.

Altiora citimo cœlo, est ipsum cum orbibus suis undecimum cœlum. Quis verò supra nubes Latus altiora petit? & accensò funali quid scrutatur? Non internuncius famosi Iovis Mercurius: nec enim pedibus alatus, aut caduceo armatus est. Mihi videtur esse Animus Mystæ. Nam virorum pietate illustrium animus in cœlo, non in terris versatur. Et quid nos versamus terras, aut in terris? Quærimus, quæ perdamus, aut servata nos perdant. Meliora quæso. Et cum me ipsò admoneo verarum & dignarum homine Christiano meditationum, quanquam in exemplo, documenti satis sit. Funale autem manu tenet, non quod luce opus sit, ubi omnia collucent syderibus; sed caritatis vim & ardens desiderium, summi & Æterni Boni non potuit clariùs explicare. Ac ne nimium nugemur, Prometheus est, qui non ascendit cœlum, sed descendit cum fatali igne: ne quæ supra nos, rapiamus ad nos.

XXIIII. HIEROGRAPHIA.

Sic tua nos virtus (quemcunq; tandem Myſta affatur) trahit, retinet, devincit ſibi ; quemadmodum Scambrus Alauſas ducit, & quò vult amore ſui, ductas rapit, Quod ſatis cauſæ viſum eſt Gallis, ut narrat Bolonius, has virgines meliùs meretrices, illum Lenonem ſi dignè, appellandi, quanquàm nonnulli dubitent, ſicnè idem, qui in Gallico mari capiuntur, & per propontidem qui Plinio teſte in Pontum influunt. Gallorum nomenclatura eſt noſtræ interpretationi commoda. Num & Socrates ſæpe à corporis amore, in admirationem animi, cuius bellum domicilium exarſit. Nec Plinij teſtimonium à vera ſententia alienum eſt. Nam Byzantinis, Regem Scombrorum videre, quod felicis augurij foret, in optatis erat, credo propter ubertatem. Cæterum videre unum ſemper ex omnibus præ cæteris, excellere : nec ex Scombris modò: latè enim hoc per omnes naturæ meatus patet ; argumento eſt, Vni in Natura & ſupra Naturam deberi principatum Deo. Magnum naturæ miraculum. Quanto admirabilior, qui naturam ita condidit ? imò venerabilior, ut in natura tota, & omnibus naturæ partibus, quo, neſcio. modo appareat, & ſeſe benignè comiterq; oſtendat ? Maxima pars hominum, unius imperium ſequitur. Et ſi Scombros non tantùm conſortes generis, verùm etiam alieni ſequntur, non leve momentum accedit ad maieſtatem Regis. Natûra enim expetere
videtur imperim unius, non in unam
tantùm nationem.

Aloysius Estensis. Diac: Card. S. Eustachij. Frater Herculis II. Duc Ferra:

Hippolitus Estensis. Card: Diac: S. Marie in Aquino. Fr: Alponsi II. D. F.

Hercules Gonzaga Diac: Card: S Marie Noue Epis: Mant: F. Lud: D. M.

Franciscus Gonzaga Presb: Card: S Agathe Epis: Fanen: Nep: Duc Mat

Perinus Gonzaga presb: Card: S Agathe Epis: Mant: Nep: Duc: Mant

Joan: Vincentius Gonzaga presb: Card: S. Marie in Cosmediae. Mag: Prior Barletae.

XXV. HIEROGRAPHIA.

Teſtudo, licet tardet, adrepit tempore, quo ipſam ducit natura. Quid hîc diſtinguam teſtudinum ſpecies? quod fecit Plinius? ſed ſunt aliæ terreſtres aliæ aquatiles, quanquam & hæ in terram exeunt. At harum rurſus aliæ, marinæ: aliæ, fluviales: aliæ lutariæ. Omnes enim tardæ ſunt. Terreſtris autem eſt, quæ in conſpectu eſt. Si luberet multa potiùs, quàm commoda ad propoſitum congerere; ex Plinio, Dioſcoride, non modò vera, ſed et veriſimilia poſſem exſcribere. Iam hoc nobis non eſt propoſitum. Et ſi luberet aliorum mendacia cõacervare; malim aliquid novi ipſe comminiſci. Celeritas actioni neceſſaria eſt: conſultationi inimica. Igitur, dum nobis Myſta teſtudinem proponit; vetat præcipitare negocia, quod faciunt, qui deliberationem expeditione antevertunt. Sunt autem qui in facto conſilium capiunt malè, niſi in re ſubita & improviſa, cujuſmodi in bello, & medius fidius in pace interdum multa eveniunt. Sunt qui poſt factum, imprudenter: ſerum enim eſt, re perdita, pœnitere. Quamobrem optime Caius Saluſtius, ex Iſocrate ni fallor, ſine libris enim ſcribo: Priusquam incipias conſulto: at ubi conſulueris maturè opus eſt facto,

XXVI. HIEROGRAPHIA.

Myſta Italus, Hiſpanice loquitur: Non plus tollo, quàm ſim ferendo: & ſimul Camelum humi ſternit. Tollo in belluam intuens dicto quod ille ad animum converſus dicit: Tolero. Ferre potui vertere: eſt enim tàm corporis, quàm animi. Nunc volui diſtinguere corporis & animi moleſtias. Multum enim intereſt. Et ſunt huius, quàm illius, longè graviores. Ad rem propius accedamus. Camelus ſponte ſe, ad hoc ſe natam intelligens; ſternit ſtratori: nec enim fruſtra gibboſus eſt. Et cum A ricis datum ſit ad onera ſuccolanda, ut ita loquar, unum tuber; geminatum eſt Bactrianis, ut Plinius ſcribit. Hanc Dromadem, illum Camelum appellant. Ariſtoteles nomine non diſtinguit. Ac ut intelligas intelligere Camelum, tantum oneris ſuſcipit, quantum ferre poteſt. Et ad hoc alludens Myſta, deprecatur graviorem humeris molem. ſive quem Apollinem ſive quam Venerem. Nihil humile ego, de viro principe ſentio. De venere conijcit Iovius. Et nos venerem Apollinem moleſtiorem ſenſimus. Nam quam moroſæ ſint, mulieres impudicæ, vel uſu vel auditu cognovimus. Extra Iocum, his dictum & repetitum non tantùm ab Hippolyto Eſtenſi, qui patientia alterius abutuntur: laſa enim ſæpius fit furor.

XXVII. HIEROGRAPHIA.

Ne nos nimiùm miremur, aut ægrius quæramur: privatim nobis eſſe ſimultates, publicè bellum; Natura inter animantia etiamſi bruta, diſcordiam ſevit. Ac ne abs re, de re loquar. Plinius narrat. Cygnis Aquilam eſſe infeſtiorem natura, ſive magnitudine corporis, ſive formâ offenſus, ut ferè magna potentia, alienam horret virtutem. Quid enim in

Cygnis

Cygnis mali? quos volucres ceteræ omnes diligunt & obſervant; Pythagoras ab animantium eſu ſuos revocat. Et ſine diſciplina Cygni ab omnibus ſeſe abſtinen. Sed nunc amorem ceterarum avium, Aquila perſequitur odio pluſquam Vatiniano. Vtinam inter Homines, inter has aves certè, ut ſcribit Aelianus, vincit juſticia. Hinc eſt, quod Myſta Symbolico: Sic repugnant. Malim, repugnat: Nam ſi ne Hercules quidem, cujus nomen refert Cardinalis, contra duos; quid novi à duobus diſtineri, ſuperariq; Aquilam? Repugnant tamen legendum eſt: quod duo Cygni, alas Aquilæ, ſingulæ ſingulas, mordicus ſtringant, & ipſam enecent dolore. Et paulatim capio, quid velit ipſe Card. Hercules ſe quidem amantem pacis, ſi tamen cogatur, non de futuros gentiles & ſocios, qui contra potentiorem libidinem, arma & animos coniungant,

XXVIII. HIEROGRAPHIA.

Bella gerant alij. Verba Helenæ Ouidianæ ſunt, quæ in quem torqueat Franſc. Gonzaga, Oedipus divinet. Roſcellus exfonte non ſumit, forte ut ab ex probratione lectorem, ad probationem ſententiæ ſuæ traduceret. Ipſe, licet pacis ſtudia eſſet amplexus, vigere tamen in ſe patritas avitasq; virtutes, oſtendit: dum Aquilam, ſub qua vicerant, in ſurculo aut ramo Palmæ collocat, inſigne gentilicium, & ſignum militare Imperatoris, ut ut colore vel forma variam. Non enim degenerem columbam Aquilæ generant. Ego me ſacris, & ſacrorum præſidi Deo devovi. Si tamen laceſſeris, reviviſcere in filio patrem cognoſces. Deſine bilem mihi & tibi perniciem movere. Hæc loqui ab elato animo virum memorabilem exiſtimo. Quem verò increpet, ego non magnopere indago. Sciat per me quæ ad laudem bonorum ſpectant, Lector. Quæ ad vituperationem, ignominiam, labem ullius pertinent; obſcurare malim, quam declarare.

XXIX. HIEROGRAPHIA.

Hercules cum Hydra congreditur. Nota vulgataque fabula. Nam licet Naucrates Erythræus, ſeptem: Zenodotus Epheſius, novem: Heraclides Ponticus, quinquaginta illi capita fuiſſe tradiderit; belluam multorum capitum extitiſſe, omnes fabulantur, & uno truncato, renata confeſtim eſſe dupla, ni concidum colli thyrſum, ignis voraſſet. Ad hanc difficultatem acceſsit camer. Pereundum igitur Herculi erat, duorum violentiæ, ſolo expoſito: ſi non Iolaus prope opem tuliſſet. Explicemus nos fabulæ cautibus. Myſta & ſe & ſui ſimiles viros animat exemplo Herculis, adverſus quamvis & licet monſtroſam, horribiliorémque humana vim, quod ſi non ſatis eſt, ad colligendos erigendoſque animos, aut lapſos metu, aut difficultate conſternatos, gravem illam ſententiam, veluti Scipionem adhibet: Tu ne cede malis. Noſti quæ ſequuntur apud P. Virgilium. Ita præter exemplum fortitudinis, habemus documentum ſapientiæ. Licet & in ipſa lucta plus ingenij ſit, quàm virium. Motum enim malum, tollendum eſt: aut non movendum. Ac ne puerorum hæc primùm audientium inſtar, in fabula hæreas; plebem Demoſthenes, belluam

belluam multorum capitum nominat, ut Magistratui diligenter videndum sit, quid agat: quo in loco versetur: & quibuscum deniq; habeat negotium. Desinit quoq; esse fabula, hæc de Hercule fabulosa narratio, in vita privata, si oblivione, veluti igne obruamus quas nequidquam exercemus simultates imò omni in re sive publica sive privata. Nam fibræ malæ, sunt in omnium malorum radice.

XXX. HIEROGRAPHIA.

Hic scapus est, sic enim Vitruvius appellat columnam perpendiculariter basi insistentem: & sub basi stylobata fulcimentum illius: epistyliumdeniq; modulus, qui scapo imponitur. Non hæc docendi, sed notandi caussa à me dicta sunto, ut nobis expeditiora sint, quæ Mysteriis involuta cernimus. Sic immortalis sum, inquit Mysta. Qui verò? ut scapus stabilis. Quo iterum pacto stabilis est scapus? stylobata. Videor sensim capere, quod Mysta sub columna recondidit: se lucem illam celestem, quam collucens stellis Epistylium declarat, & vitam beatam sibi promittere, à stylobata hoc est, fulcimento salutis omnium nostræ Jesu Christo. Nullum enim aliud fulcimentum esse immortalitatis, vel excogitari potest. Ita omnia Mundana sunt vana: & ipsa mundi Machina non potest esse æterna, quod composita. Nam ante compositum, est simplex. Columna autem hoc voluit ostendere, quod conspicuo loco posita, conspicua sit & non omnino dissimilis similitudo. Sub Pyramide autem Reges Ægypti, supra columnas conditi sunt Imperatores Romani.

Cardinales S: Romanæ Ecclesiæ

Scipio Gonzaga. presb: Cardinalis et Patriarcha in Hierusalem:

Rainutius Farnesius. presb: Card: S. Angeli. et maior pœnitentiarius:



Alexander Farnesius. presb: Cardinalis. Episc: Ostiensis et Velitrensis. S. Collegij: Decanus. S. R. Eccl. Vicecancellarius. Legatus Patrim: Protector Arrag: Lusit et Pol.

Rodericus Borgia Valentinus Diac: Card S Praxedis Alex: VI. P P. nepes:

Hieronimus Rouereus Frat Duc Ioan Mar: presb: Card. S. Petri ad Vinc:

XXXI. HIEROGRAPHIA.

Potiùs mori, quàm fidem fallere. Magnifica verò vox & tanto viro digna. Fides autem est duplex, altera Theologica, altera civilis. Nam de Historica, & rebus in alijs credulitate, Mysta non loquitur. Et quàmquam manu signum Crucis tenens, Theologicam, ut dignum est persona, quam gerit, clarè prætendat: & hoc ipso, fidei præferat civili; est tamen hæc maximum ornamentum fidei Christianæ. Et quis inter Christianos meritò referat? quorum doctrina, nihil, quod non mitè fit, suadet, vel adversario nostro, teste Marcellino? qui fallere, mentiri, peierare, & violare, ut breviter finiam, audet fidem, justiciæ fundamentum? cùm ne inter homines quidem numerandus sit, qui pacta humana violat: & justiciam, sine qua res humanæ stare nequeunt, evertit, funditus. qua collapsa, pietas, ubi se stustinere possit, non invenerit locum, Deo igitur, in cuius verba adacti sumus sacramento, servemus, ut par est, in primis fidem; sed & his, quibus cùm consortio generis Deus conjunxit, & in hoc domicilio orbis terræ sociavit, non tantùm datam, sed & debitam, etiamsi non datam redintegremus. si debemus, quibus non obstringimur peculiaribus pactis; quantam debemus, quibus obligamur, Dei vicarijs, terræ dominis? Longius non profero lumem in tanta luce.

XXXII. HIEROGRAPHIA.

Suave lego: & video spiritum, supra non aquas modò, sed aquas & terram, imò Machinam, quæ terram, aquam, aërem, & ignem, nec elementarem modò, verùm etiam cœlestem uno eodemq; ambitu complectitur Mundum. Quæ cùm video; audio discordis Naturæ (quid enim tàm disonans, quàm elementare & cœleste? mortale & immortale?) suavem oppido concordiam. Si quis non audit, fit familiaritate concentus. Nam ut his qui ad catadupa habent, obsorduerunt aures; sic & nobis evenit, quibus cœlestia venerunt, ex quo familiaria, in contemtum Celare tamen nefas est; quæ fas audire, Sed ex quo, Spiritus, qui implet orbem non terrarum modò, quem vel cernere, vel audire, suave est; animi recessus, non hircos oculorum recludamus. Et videbimus confestim quæ expetit animus, animanta omnia Spiritu, Concordiam & Ubertatem. Nam annonæ felicitatem discordia elementorum: corporis sanitatem, humorum inæqualitas, animi tranquillitatem, meditationum diversitas: Reipub. sanitatem opinionum discrepantia, sola non alia causatur caussa. Mysta, cuius longe augustior mens est, non hæc levia aut mundana consectatur, ex quo S. Spiritum supra verticem Mundi collocat; sed primæ rerum originis meminit: & cum Materia ac forma, vnionem, non Privationem, sub aspectum adducit. Eodem enim, quo coalverunt, Spiritu res conservantur. Suavis autem est S. Spiritus cùm recordatio, tùm operatio. Ita nihil est, sine Spiritu: nihil vivit sine Spiritu, nihil spirat sine Spiritu: nihil sperat deniq; sine Spiritu. Hanc suavitatem non aurium sed animi percepit aut præcepit Mysta; sed & aurium. Nam quæ menti suavia sunt: sunt suavia & jucunda auribus quoq;.

XXXIII. HIE-

XXXIII. HIEROGRAPHIA.

Homo non eſt, quem hic vides, parma ſuccinctum; at ſcopus hominum, de dexteritate certantium, qui alia, atq; alia forma, hoc etiam tempore formari ſolet, ut pubes ferire rectè diſcat. Quod Græce audis; aude & fic feri, ſi audis & audes. Sunt enim Agomemnonis Homeriani verba duo ad Teverum, latentem ſub ſcuto Aiacis, & feliciter ferientem Troianos. Non enim ad hunc pertinent modò, quem ea tempeſtate pietas pro Græcia in Barbaros amarat; verum etiam ad omnes, quos ſi non neceſsitas, pietas communi periculo involuit, ſed & verſantem togæ non militiæ tantum. Nec enim aliud dicit, quàm: Hoc fac & vives: & tibi, ſi ſic feceris ut maximè cades, ſupererit Reſp. Hæc ego de meo largior. quod prodigi animæ ſint, quorum animi ſunt ſtudio gloriæ inflammati. Non quod ſitiam horum ſanguinem qui ſe Diis Manibus pro Rep. devoverunt; ſed velim latere ſub ſcuto Aiacis: & injuſtam vim, juſto præſidio propulſare, imò velit Reſp. Non enim omnes ſumus Aiaces, ſed quidquid ſumus; Reip. debemus. Et quidquid ſumus; eius maximam partem Reſp. debitam repoſcit. Quid non Deo? qui nos in Rep. & hac luce collocavit, alios Teucros, alios Aiaces? Nos & noſtra omnia ſine controverſia. Verùm enimuerò, ut multum eſt, & non illaudabile, in arduis audere: ita temeritas & impudentia quarum illa rebus, hæc nomini obeſt, ſemper abſit. & noſtram ſtationem tueamur, ſi Rem tueri publicam, & non noſtram evertere volumus.

XXXIV. HIEROGRAPHIA.

Cùm viderem Hierographiæ faciem hanc ab illa vix differre, aut ſententia, velut animo convenire; contraxi utramq; & brevitati ſtudens. appellavi libro ſuperiori Geminam. Hanc brevitatem meam officere lumini ſuo ratus ſculptor rogavit, ut ſingulas illuſtrem. Quod prece non pretio adductus, in hoc otio, lubens feci. Quamobrem eiuſdem Symboli non diverſum, ſi non figura, Hieroglypton aggredior. Scopus enim eſt quem in ſuggeſtu (ſic appellare lubet murum iſtum ex vivo aut viridi ceſpite, non latere aut ſole aut flamma excocto, propter ſagittas) medium vides, ad quem collimant jam olim, vel exercitij, vel præmij Cauſſa. Nec tàm differt forma ſcopus hic, à priori; ut alió flecti poteſt idem Symbolum. Diverſis placent diverſa, nec ita palato, ut ſententijs diſſentimus. Hos belli illos pacis ſtudia delectant. ne perſequar diſcrepantium ſtudia & inſtituta. Ac cùm non minus plectro ſuo gaudeat Muſicus, quam ſceptro Rex; convenire poſſunt in eadem civitate, qui non conveniunt in diſciplina. & ſemper magis concordes ſunt, qui ſtudijs diſſentiunt. Nunquam enim idem ſentiunt, qui eadem ſtudia conſectantur. Acuit quidem animos mutua æmulatio, hactenus non reprehendenda: ſegnitiem quippe fugat, & quaſi concitatis ad laudem ſubdit calcaria verum ſi hæc in ambitionem exardeſcit; odium non civile oritur inter privatos, & pluſquam civile bellum, inter cives. Huic malo occurrit Myſta, cùm inquit; Huc collima vult enim quo te natura trahit, aut diſciplina ducit. Sed quod debili ætate & judicio, non quod ſemper de-

 bemus,

bemus, vitæ genus ingredimur; ut M. Tullius, in præclaro illo opere de Officijs observat, id pete, vnde Laus petitur. Honestas enim est aut deberet esse principium deliberationis, terminus actionis.

XXXV. HIEROGRAPHIA.

Si Pictorum eadem licentia est, vel Ovidio vel Horatio judice, quæ Poëtarum; quid averſemur informem hanc formam? qui Hydram paullo antè, deformiorem multò accepimus, Traduximus Hydram ad usum publicum & privatum. Et fortasse in hoc capite aliquid erit, quod Magistratum, caput Reip. & membra, Populum vel juvet, vel delectet. Intendamus oculos modò. Tres oculos habet nyctantes imò clausos: totidem lucidos & apertos. Quid hoc monstri est? Quasi verò non centum oculis Poëtæ Argum donarint, ut minus monstrosum sit hoc caput quod quia non fabulosam, sed Mysticam est; intueamur paullò accuratius. Primus oculos & quidem videns frontem occupat non procul à cerebro. videt itaq; clarè istic, ubi recte videntium plurimi cæcutiunt. Qui suo loco sunt, id est in specula & quasi custodia corporis humani; horum siniſter patet & læva sede cor est, arbiter animi humani. Item habitus est oculorum intra ingulum & pectus, quo scilicet loco videndum est, ne luxuriæ fomentum iugeratur: & simul, ne laxemus frena iracundiæ. Hoc autem unus, non minus benè, quàm duo curat. Nam & nos dùm collimamus; altero oculo connivemus: quasi dissipatas ac divisas videndi facultates in unam contrahimus. Hic videor aliquem videre, à Capite in me conversum. Quid igitur clausi oculi? quod horum officium? si mutiles? quid ficti? si ficti non indoctè; doce & explica usum. Quis ego sodes? Ad speculandum, non docendum veni. Docet nos usum oculorum, quos studio clausit, Mysta, Hispanice. Clausos non mirare (id est non censè clausos) à rationis causa. Sic Symbolum interpretor. Nam Agricultura oculos apertos requirit. Qua igitur de causa censemus oculos esse obductos? Alexander unam aurem pandebat accusatori, alteram claudebat, quam scilicet reò servaret calumnia intactam & impollutam. Cui hic finguntur, qui pinguntur oculi obserati? Curæ non servili, sed liberæ atq; graviori. Videmus enim sæpe eos nihil videre: quos de rebus gravioribus meditationes occupant. Quos cùm videmus; videmur intelligere, quid oculis non tantùm apertis, sed & clausis Mysta velit. De Numero autem nulla relinquitur dubitatio, propter Trinarij Numeri religionem atq; celebritatem.

XXXVI. HIEROGRAPHIA

Huic nihil mortale in optatis est; cui optatum: Duret in ævum, ut ex Symbolo liquet. Quid igitur optat durare ævum, & existere sempiternum? Non vitam hanc, quæ mortalis est. Non ornamenta vitæ, quæ non possunt esse diuturniora vita. Non memoriam, quæ Mortalium non potest esse immortalis. Purpureo Galero Montem inumbrat. Et ex hac umbra lucet, se dignitatem suam deferre digniori quæ pietas etiam non in pietate nostra viguit. Nam C. Iulius Cæsar diadema sibi oblatam,

Ioui

Iovi erat delaturus, ſi per Pontium Aquilam licuiſſet. Quis verò hic? præter Montem enim nihil cerno cui Myſta quo ſe ſpoliat, decus conſecrat Chriſtus ſine controverſia, ut de Chriſti Antiſtite, & ex re ipſa, conijcere debemus; aut quod Chriſtus montem plerunq; aſcenderit vel docendi vel orandi cauſa. Symboli κωφ ſuſcitans nos à terreſtribus & perituris curis, ad cœleſtes, digniores hac forma corporis in celum erecti, imò Anima hominis ad imaginem Dei, facta: aut quod Chriſtus ipſa Petra fuerit, quæ comitaretur Synagogum. Si Chriſto honorem defert, ut debet, Montem intelligit, in quo Chriſtus docet, non Petram aut ipſum Chriſtum. Dam immortalitatem precari Non immortali, abſonum à fide atq; ratione eſt. Monti autem, id eſt Eccleſiæ militanti felicia optare, non modò pium eſt, ſed & neceſſarium. Nam ut Mons omnium ventorum flatibus, ita hæc omnium hoſtium, externorum & internorum obiecta in iurijs eſt.

Cardinales S. Romanę Eclesię

Carolus a Lotharingia Episc: Card:
Ostiensis et Velitrensis S.R. Imp: Princ:

Matheus Laugus Presb: Card. S. Alba.
Arch. Salzburg: et Rom. Imp. Protector.

Otto Truchsæ Presb: Card: S. Balbinæ S. Rom: Imp:
Princ: Episco: Augustensis.

Christopherus Madrutius presb: Card: S. Martini.
S. Rom: Imp: Princ: Epis: Tridentinus.

XXXVII. HIEROGRAPHIA.

Manus Sacerdotis eſt, ut extenia cruce ſignata, ſtolam vocant, patet: quæ gladium flammantem geſtat. Audacie pluſquàm ſacerdotali adiecit verba Card. Lotharingus nihilo abiectòra: Auctor ego audendi, cujus tandem? Annales conſule. Gladiùm Spiritus permiſſum Sacerdotibus nemini dubium eſt. Et hic videtur Myſtibus gladius vel acceptus ab excubatore Paradiſi, vel eidem debitus. Sed cùm Elias, cum Samuel expediverunt arma non Myſtica, adverſus impios & Dei hoſtes. Negant Sacerdotibus gladium: qui gladios in Sacerdotes ſtringunt. Quod ſi idem hoſtibus noſtris perſuadere poſſemus; ne incruenta victoria ſubigeremus omnes gentes, atq; nationes. Nunc difficulter eius fidem ullè facimus. Nemo enim ferè eſt, qui non ſit vim vi, ſi poſſit, propulſaturus. imò omnes ferè vim alijs illaturi, ſi liceat impunè; tanquam aut facere aut pati iniuriam neceſſe ſit.

XXXVIII. HIEROGRAPHIA.

Perfoſſa hæc non eſt, ſed oculata Manus, digitis attingens obeliſcum. Novæ dextræ, nova ſententia eſt: Fide & vide. Si tamen dexteræ nova. Blandienti enim adoleſcenti multa, Plautianus leno reſpondet: ſe manus habere oculatas. rem pro verbis flagitans. Et ſententia etiam tota, non ita nuper nata eſt. Epicharmus enim vetat fidere. Tantùm ſobrietatem commendans. Ita nova non ſunt, ſed renovata. quæ alicui nova, prima facie videbantur. Hoc autem jure inquiret aliquis: quid? quod moneat Myſta: Fide & vide, ac non potius, è diverſo: Vide & Fide. Nam Lenoni fidem factura erat, viſa & contacti manu Pecunia. Mihi videtur Lango aliud, ut par erat, quàm Nenoni propoſitum. Hic enim de qneſtu, & quidem ſordido laborat: ille de, non ſuo, ſed aliorum commodo. Quid cum pernicie adoleſcentium, ſalùtem civitatis comparo? Mat. Langus inter opinionum varietates, jactari veritatem, & veritatis ſtudioſos ſimul periclitari animaduertens, Fide, inquit, & vide, Nam qui fidit, & de Chriſtiana pietate nihil dubitat; videt ſingula capita, etiamſi rationem ſuperare videantur, rationi eſſe conformia. ut præter alios Nic. Cuſanus pluribus docet. Nec alienem eſt à veterum doctrina, principia quædam ſcientiarum ſtatuere prima & ἀμέσα imò ſi Mathematicis ſua axiomata negaris, non poterunt ſua tueri, quæ ſola volunt ſciri poſſe. Nos etiam de vera Religione, ſcripſimus unda ratione: ex quo inclinatis rebus omnibus in ruinam. ſacrarum literarum vacillat auctoritas.

XXXIX. HIEROGRAPHIA.

Quam difficile ſit duobus Dominis ſervire; Chriſtus rerum omnium ſciens & dominans, exemplo declarat. quanquam auctoritas, ſatis momenti afferret, ad rei probationem. Eſt igitur, & ſemper erat laudi Card. Truceſio, retinuiſſe benevolentiam Pontificis ſimul & Cæſaris. Quanquam enim deferbuit illa, de dignitate, Hiſtorijs celebrata contentio; magnæ tamen integritatis eſt, in quam te ſemel, inſinuaris; vtriuſq; reti-

nere amicitiam. Mæcenas & ſiquis alius apud Horatium conciliabat ſæpe Antonium Auguſto. Sed eo perdito, huius quoq; gratiam aliquando perdidit: & in Vrbe, velut in exilio vixit. Truceſius igitur rem memorabilem, imagine inſigni ad poſteros tranſmiſit. Claves enim geminas decuſsi forma conjunxit (quod Pontificiæ felicitatis inſigne eſt) & totidem Aquilas (quod Romani imperij ſignum) adiunxit. Quare ſatis oſtendit, ſe obſequio honeſto, non dirimere. at reſarcire pacta conventa potentiſſimorum Principum. Id autem per ſe inſigne, ſit comparatione inſignius. vulgò enim calumniando & blandiendo, non rectà captant, ſed obliquè inſinuant ſeſe, in Principum familiaritatem. Quæ artes tolerari poſſent, ſi ſibi modò conſulerent: & non huic alierum proderent, utrumq; perderent. Alit ea portenta, ætas etiam noſtra, & aluit ſemper, ubi malæ artes vigent, vigueruntque olim, aula. uti apparet in aula Philippi Regis Macedoniæ penultimi, Rex igitur Demetrium occidit: &, cui noluit detectis inſidijs, Perſeo imperium reliquit, Ita noſtrorum virtutes, & non noſtrorum vitia inter ſe comparo; vt rei dignitas, ſine ullius contumelia, magis illuſtretur, quemadmodum ſolis jubar, ex denſiori caligine, clarius erumpit, & reſplendiſcit. Verùm enimuero, inter dominos duos jactor, neutri diſplicere, alteri placere magis velim, aut utriq; ſimul; qua id arte, qua induſtria, quomodo conſequar? Non mala, cuius eventa ſemper ſunt mala. Non ſimulatione, quæ non poteſt eſſe diuturna. Sed animo candido & ſincero amore. Quod ego non doceo, ſed diſco ex ſymbolo: Sic his qui diligunt. Quid tandem? Vt quemadmodum hæc inſignia coëunt inter ſe; ita Principes diverſi redament eum, à quo ſe vident citra fucum, integrè amari. Nulli tam infeſti hoſtes fuerunt, quàm Cicero & Antonius, utriq́ue tamen placuerunt Atticus & Varro, pepercitq́ue utriq́ue Antonius, qui omnes & omnia Ciceronis ſuſtulit.

XL. HIEROGRAPHIA.

Quid jam inter geminas Aquilas pendet Chriſtus de cruce? eodem Symbolo? Difficile eſt Deo placere & Hominibus: quod Deus honeſta, Homines placita etiamſi non honeſta expetant. Et hoc feraci ſcelerum omnium ſeculo, Regia vix quærit, quid Deo placeat: exequitur ſine cunctatione, quod probatur Regi imò & Seneca parricidium Neronis excuſat: & parricidio ſtat Tyrannis Turcarum. Quin & Bodinus reprehendit eum, qui in gratiam Imperatoris, noluit fratricidium defendere. Hæc cum legimus, cernimus, rudimus; non poſſumus non amare & admirari eum, qui hero ſuo fidem ſervat quidem at citra offenſam Dei. Periculoſum eſt non facere imperata. Quid tum poſtea? Nam etiamſi ſit capitale; non fecerit, cui potior eſt Deus quàm homo: pluris fama, quàm vita: optatius ſemel perire, quam ſemper pœnitere. Debet autem eſſe omnibus. Nam Dei cum homine nulla eſt comparatio: pluris eſt ſapienti fama, quam vita: nec ſapienti modò, optabilius ſemel occidere, quàm rei patratæ memoria, ſemper excarnificari. Iam ſeneca, gratia Neronis excidit: paſsim malè audivit: & tandem vitam amiſit. imò coactus, in cuius gratiam profligavit famam, Numen offendit, ut ſibi ipſe

necem

necem conſciſceret. Hæc comparatio Hierographiam Card. Trucceſij ſpectabiliorem facit. Et ego, quod clara virtutis exempla non ſpectanda tantùm verùm etiam æmulanda ducam, ſi non quotui amplificare, nolui minuere dicendo.

XLI. HIEROGRAPHIA.

Perit, ut vivat. Non quæro, quis aut quæ? Redit enim ſub aſpectum Phœnix: & feliciori omine nomen Chriſt. Madrutius, ſi non unum, ingens Lumen Germaniæ, imò & Italiæ invenit; quàm in fœlix And. Bathorius magnus & ipſe vir, ſi mediocria ſapere potuiſſet. Quæ de fabuloſa ave, credidere olim magis, quàm comperêre vulgo (Nam quæ Romanis temporibus apparuit formæ propter novitatem ſpectabilis judicio Taciti, non conveniebat cum fama veterum) ex Palma videntur orta, quæ & ipſa, Phœnix Græcè dicitur. Eſt enim quædam, & præ ceteris fructu commendata, quam in Chora, ex ſe naſci, Plinius tradit. Atq; utinam tu Madruti ex te renaſcerêre. Si enim ſolus non eras, princeps eorum eras, in aula Romana, qui ſunt non appellantur modò Cæſariani, Eſſe autem qui potentiſsimos terræ Monarchas, ſublata diſcordia, quam ſerunt huic blandientes, illi obloquentes, utrumq; perdentes, in concordia, amicitia, benevolentia retineant, aut, ſi opus fuerit, reducant; eſt è Rep. Chriſtiana univerſa. hac præſertim tempeſtate, qua in mutuam perniciem conſpirare, & complanare iter Barbaris reliqui videntur. Sed & in gentili Madrutius reviviſcit, cui ad virtutis majorum renovatinem, nihil aliud deëſt, quàm dignitas generoſitati majorum, & in auguſto illo orbis terræ conſilio, debitus inſitæ confeſſus.

XLII. HIEROGRAPHIA.

Barbarorum aliquis, quibus de concordia nequidquam verba faciebat, protulit manipulum ſagittarum: & robuſtiſsimo ut rumperet, tradidit. Quo in caſſum laborante, juſsit forte debiliſſimo ex proximis, ut exemptas, ſingulas frangeret. Eo ſino mora & difficultate, mandatum executo, Hoc illud eſt, inquit, quod volebam dicere. Concordes vos nemo ſuperaturus eſt. Diſcordes & quaſi vinculo ſolutos, contemta civitas, aut imbecillus Rex, ſub jugum coget. Simile quid commentus eſt, non barbarus ſed Romanus, Sertorius. Manipulo contentus (quid enim pluribus in re manifeſta exemplis opus eſt?) auctor ſim concordiæ cupidis (ſunt autem omnes, qui cupiunt eſſe incolumes, partes enim ſine incolumitate totius, non modò ſalvæ, ſed ne eſſe quidem poſſunt) ut Micipſæ Salluſtiani orationem legant. quam Imp. Severus, liberis, moriens, legendam miſit. jam tum videns inter fratres crepitans odium. Nec aliud Madrutio Myſtæ noſtro propoſitum fuit, qui nobis faſciculum ob oculos ponit, & una voce, Vnitas, exponit. vult enim Chriſtianos eſſe unos & concordes: contra immanitatem Barbarorum, & ſeditionem civium. Quod vult; Deus faxit. Nos enim qui eius argumenti orationes aliquot edidimus, non ſoli, ſurdis canimus.

(*§*)

Cardinales S. Romanę Eclesiæ.

Laudouicus Madrutius prsb: Card: S. Onuphry: Epis: Triden: S.R.J: prot:

Carolus Dominic⁹ Cavett⁹ presb: Card: S. Vitcilis Archiep: Auinionensis.

Philippus Boncomp: Bonon: Presb: Card: S. Xysti maior pœnitentiarius.

Christopho: de Monte Aretino Presb: Card: S Praxedis Archiep: Messanē:

Ascanius Sfortia Card: Diac: S. Georgij: Episco: Albiganensis. F. Francisci. Mariæ Ducis Mediolani. etc:





XXXXIII. HIEROGRAPHIA

Qua Columbæ forma, S. Spiritus, hîc ſedet ſupra orbem; ipſe ſe Mortalibus exhibuit. Nam cùm per ſe, ſub aſpectum non cadat, per alitis ſpeciem, candorem incomparabilem: velocitatem incomprehenſibilem: fœcunditatem incredibilem repræſentat. Quod autem facit S. Spiritus; hoc loquentem hîc Myſta facit: Lucem fero. Fert profectò lucem Mundo & immundis cordibus, diſpellitq; de oculis credentium, veluti caliginem, tenebras errorum: labem peccatorum. Et nihil lucidi, aut formoſi in Mundo, aut ulla tanti operis parte, quod S. Spiritus; non ſit architectatus. Tria eſſe rerum naturalium principia Ariſtoteles docet præclarè. Sed tertium quod Privationem ſtatuit præter naturam Principij. Quod unum eſt; idem æquale eſt: nec enim aliàs eſſet unum. Unitatis autem & Æqualitatis, conjunctio quædam eſt, quæ ſi privaret exſtantia, quæ ſunt; non eſſent ea, imò nec ipſum eſſet. ſi privatio eſſet. Eſt autem conjunctio hæc, vel coniungens iſta, in Phyſicis, non privans potentiam actu; ſed cogens potentiam ad actum. In Metaphyſicis verò Amantis & Amati, quod ab utroque procedat, Amor infinitus & individuus: Verbum æternum, Mentis æternæ, licet æternus, in tempore effatus, imò & ipſum tempus, fluxum æternitatis. cum primo Mobili, incipiens motum, cuius, illud, menſura eſt. Hoc ferè pacto, non privans forma ſua Materiam, aut ipſe privatus exſtantia, S. Spiritus Mundo & in Mundo creatis lucem attulit: oſtenditq́ue quod quæque res ſit. Et jam lucem fert nobis, ac renovat corda fidelium, ut dixi: Et ante me Eccleſia cánit, magno omnium concentu & conſenſu. Nam in lumine tuo, qui eſt filius tuus unigenitus, ô Pater luminum, vidimus lumen tuum: qui eſt S. Spiritus.

XXXXIV. HIEROGRAPHIA.

Igne conflagraturum orbem terrarum & Philo tradit, & Nero expavit. Fuit igitur doctrina patrum jam olim diſſeminata: & creditum fore aliquod eius exitium, cuius aliquod extitiſſet principium. Si autem aqua perijt olim; quæ ſordes eluit potius, quàm evertit ſordidatos: ſuperfuit enim ſeminarium, ut naufragij ſemper ſunt tabulæ; peribit igne. à fundamento, inquàm, ne juſta ſæpius irrita ſit vindex Dei ira. Opponitur enim Aquæ Ignis, & omnia abligurit. An ab effectu Myſta, de cauſſa efficiente prima & principe conjiciat hoc loco, dubitari non injuria poſſit. Nam in vindicta eſt vindex. Et Numen, Symbolicos, ignis conſumens eſt. Nec ea eſt ſuperſtitio Card. Caretti quæ Medorum & Perſarum, aliorumque fuit, Ignem non modò paventium, verum etiam adorantium. quod cœlo lapſus ignis victimas incendiſſet. Quid jam flagrantius eſt flagitiorum conſcientia? Igitur quem non video; timeo: & terreor aſpectu Domini, qui, cùm non alius, mentem flagellat, urit & juſto incendio perſequitur.

XXXXV. HIEROGRAPHIA.

Daniel est in cavea Leonum, celebris Historia est. Huic testimonio præsentiæ divinæ, in ærumnis, Mysta sententiam magnificam adjicit: Si Deus nobiscum; quis contra nos? Certè quantò, Deus Majestate & potentia antestat omnibus; tantò securius vivit, qui in Deo spem collocat quàm qui aliorum gratia fulcitur, aut suis vel opibus, vel concilijs fidit. Hoc autem Deus ceteris præstat; quod omnes & omnia habet in potestate. Iam potentia humana, momentanea est; & si diuturnior, temporanea, æterna nullius Regis aut Populi. Ferarum vis robore humano major est; sed bestiarii nullo ferè negotio, conterunt, vinciunt, domant immanitatem. Hic cernis Danielem nullis armis, nulla arte, adversus potentissimum Regem Persarum defendi: & inter Leones fame etiam efferatos servari. Qui vero Divinitus, ex quo non humanitus. Insignem miserationis suæ memoriam Deus sæpè renovat. Me profectò non ex Leonum, sed hominum Leonibus efferatiorum faucibus eripit: & non minori gloria vindicavit in libertatem, ut facilè convincerem, si quid ingenio pollerem. Difficilius enim efferos homines, quàm feras domare. Nec ego lenivi. Deus, qui nec prece, nec tempore flecti volebant, tregit. Quod eloquentia nequeo, gratitudine molior. Hæc mihi loco præterenda non videbantur tàm opportuno: si enim nihil ad illustrationem; facit plurimùm ad confirmationem piæ sententiæ & veræ Historiæ. In hac vita ærumnosa & lubrica, facio & patior multa, quæ animus auersatur. Nihil gravius quàm si Deum offendam, qui me defendit.

XXXXVI. HIEROGRAPHIA.

Mirum Naturæ opificium. Inter omnia admiratione digna, hoc cæteris non minus obstupescendum; quod nescias, pluribusne stellis cœlum, aut floribus solum sit conspersum. Et ut Sol diurna spatia percurrit; ita noctu micare stellas, lucere, minori, ut par est, face Lunam. Quieti enim hoc tempus, illud labori datum. Hoc opere non Naturæ, sed Parentis naturæ Dei perlustrato; videamus deinceps, quid Mysta noctem pinxerit & noctis, quæ dicebam Luminaria depinxerit. Non hoc spectasse mihi videtur, quod nos cum admiratione spectabamus. sed longè quid admirabilius: Opificem non Opus, non per ambages, ex hoc, illum: ab effectu ad causam procedens; sed ἀμέσως ipsum Deum, Symbolum enim est: Illuminatio mea. Ecquis? Deus, hæc enim perfecta oratio est: Deus illuminatio mea. Comparatio autem licet nocturna, Sole meridiana lucidior. Quemadmodum Solis æmula, Luna lucet noctu, & nocturnas tenebras fugat; ita Deus solus mihi in his Mundi tenebris refulget: & animum mersum densa caligine, eripit, liberat, collustrat, cùm spe, tùm re. Ac quod subiecto mari, varias jactat naves, quarum gubernatores, non ita clavum manu, ut oculos in polo tenent; credibile est Mystam cum socijs & propinquis, vel temporum, vel hominum injuria agitatum esse: expertumq; vana præsidia, Dei & popo scisse & sensisse opem, veluti palpitantem, in tenebris lucem. Sic omnia cum Davide consonant, cuius splendida & regia oratio est: Deus illuminatio & salus mea, quem timebo? Nosti quæ sequuntur.

XLVII. HIEROGRAPHIA.

Ecclipsim Solis depictam cernis. quam causſatur nobis Luna, inter Solem & aſpectum noſtrum poſita. quod propinquior nobis ſit. Quemadmodum enim manus oculis oppoſita intercepit etiam longe maiores ſe & incomparabiles, ædificiorum, & montium moles ; ita nihil vetat nobis obſcurare, minus Lunæ corpus, longè maiores ſed remotioris lumen Solis. Quid hac imagine obſcurarit veriùs, quam declararit Myſta (nec enim ſemper tutum eſt queri) Iovius declarat. ſuffragatus erat Roderico Borgiæ, in petitione Pontificatus : qui Alexander VI. ſalutari voluit. Quod autem beneficij ſui memoriam extinctam videret ; cum ſole ſe comparat, quod ſua ſolius opera ferè, ad id faſtigij ille aſcendiſcet. Cum Luna Pontificem : quod ut illa Soli tenebras offundit, à quo lucem accipit : ita Pontifex eum cum familia extinctum vellet, à quo dignitatem haberet. Ita erumpit indignantis animi bilis : nec omnium ſtomachus concoquere poteſt injuriarum memoriam. Sed pluribus, quàm opus eſt, quæ clarius Italicè Iuvius ſcribit.

XLVIII. HIEROGRAPHIA.

Paul. Iouius ſcribit ſe Hieroglypti huius & Symboli auctorem fuiſſe Myſtæ. Non alium igitur ſuffitem quæramus. Tabula pura eſt. & latina magis, quam obſcura gnome. Paucis igitur, multa, præſertim cum tabulæ eiuſmodi non multò prius expoſitæ, recordari mecum juvet, ſi lubet. Si fata votis meis ſubſcripſerint, explicabo animi mei ſententiam. imò ſubſcribant. quod optantis eſt, votis meis ſecundis, qua voce ſignificat, ſe, licet ardua, non tamen iniqua animo agitaré, aut concupiſcere. Tam autem taciturnum Myſtam fuiſſe notat Iouius ; ut ne quidem florens ætate, in Hierographiam conſentiret. Hanc tamen recepiſſe, quod cum animi ſui decreto, ad amuſſim, quod ajunt, planè conveniret, tantò juventutis ſuæ decore, quanta ignominia grandes natu effutiunt, verba etiam per jugulum, reditura.

Hæc comprobatio, abſq; ullius opprobrio,
commodum omnium rem clariorem fecit.

Cardinales S. Romanæ Eclesiæ

Ascanius Sfortia. Card: Diac: S. Georgij Epis: Albigaræ F. D. Mediol:

Franciscus Sfortia d: S. Flora Rom: Diac: Card: S. Georgij in Velabro.



Franciscus Theobaldus Vrsinus Presb: Card: S. Sabinæ Archiepis: Sypentinus

Mattheus Vrsinus de Monte Jordano Presb: Card: S. Sabinæ Epis: Ostiensis.

Joannes Caietanus Vrsinus Romanus. Diaco: Card: S. Theodori.

Jacobus Vrsinus Diac: Card: S. Georgij ad Velu' aureu'. Apos: sedis Protonotarius.

XLIX. HIEROGRAPHIA.

Huius quoque Hierographiæ auctor Paullo III. Pont. Max. & nobis Myſtagogus eſt P. Iovius. In bello, quod Imp. Carolus V. cum Duce Saxoniæ, Lantgravio Haſſiæ, quique eorum ſectam ſequerentur, ſuſcepit, adiutus eſt à Pontifice. qui totus in hoc occupatus, Hierographiam poſcit, rei, quæ in manibus erat congruam. Iovius cum Anathemate Pontificis, fulmen Iovis comparans, hoc ipſum utrinq; accuminatum, uti videre eſt finxit. & Pontifici, ut jactat, operam ſuam probavit. Nam Pontifex hos Principes Lutheri dogmata ſecutos proſcripſerat: percuſſeratque tremendo olim, non minus, quàm fulgure Iovis, anathemate. Eſt autem Anathema ab ἀνατίθημι, id eſt ſuſpendendo donum propriè Diis donatum, & de tholo ædis ſacræ ſuſpenſum. Pollux paullò uberius. Ab hac prima ſignificatione transferunt Iudæi ad piaculum, &, ut D. Hieronymus docet, ex D. Paullo liquet, ad extremam execrationem. Quam autem poſt ſe relinquit impietas? quæ hominem, non ſolum ab humana ſocietate, verum etiam communione divina avellit? Eccleſia non Iudæos, ſed Apoſtolum æmulata, utitur voce, ſi cui aqua & igni interdicit. quemadmodum tum Pont. Max. Lutheranis.

L. HIEROGRAPHIA.

Occaſio eſt, auctore Feſto, opportunitas temporis, caſu proveniens. De eadem ferè idem, M. Tullius. Poëtæ fingunt occiput calvam, ſinciput capillatam: ut de facie nemo non agnoverit hoc loco. Nuda enim eſt, & eſt nuda, quod planè aperta, ſimplex, nec ullis fucata coloribus ſit. Statuit autem pictor loco ſublimi. quod caſus de cœlo cadat, & cauſſa eius tam ſit Deo nota, quàm nobis frequenter ignota. Præcipiti verò loco ſtatuit & obijcit vento quod lubrica ſit, & niſi arripias, præceps feratur, ruat, pereat. His de occaſione cognitis, audiamus Myſtam: erit altera Mercs. unde? Celitus. Quemadmodum enim Occaſio celitus datur; ita & exſpectatur celitus præmium, rectè utenti occaſione rerum gerendarum. Querimur ætatem ſine fruge rapi. cur non uſi ſumus? Querimur pulcherimas rerum occaſiones præterlabi. cur non utimur? Deus enim utenda, fruendaque dat: & rectè utentes cumulat præmijs. Quæramur itaque de nobis ipſi, quod ſemina virtutis non colimus: quod principia felicitatis negligimus. imò ſi meliorem rerum noſtrarum ſtatum, publicè aut privatim optamus, excutiamus veternum & diſcamus noſtro malo ſapere, qui noluimus alieno. Amentium quidem hoc eſt, ſed non omnino delirantium. Nec queramur, quæ revocari nequeunt, lapſa aut tempora, aut temporum opportunitates; ſed arripiamus quæ in dies eveniunt: nunquam enim deeſt occaſio, in melius mutandi aut inſtitutum aut conſilium. videbimuſque propediem in melius mutari, qua perdita, turpata, deplorata, cernimus.

LI. HIEROGRAPHIA.

Hæc cum calice & Hoſtia aut D. Clara eſt; ſic enim peculiari quodam privilegio in templis ſpectatur: aut Anima Myſterij granditatem

considerans. & non quærens, cum impietate Iudæorum : Quomodo hic poterit nobis carnem suam dare ad manducandum ; sed Conditori suo se subijciens. Symbolum enim animum Animæ ex vultu resplendente loquitur : sola fides sufficit. Sed ô rem indignam & acerbam. Quæ gnome tollere debebat, & truncare omnem dubitandi ansam; ea nobis invexit procellas dubitationum. Hac enim multi, non dubitandi causam tollunt, sed piè beatéque vivendi fomitem suffocant. Si enim credere satis est ; superfluum est facere. Quam consecutionem, quæ sequuntur incommoda ? quod personarum exitium ? quæ rerum strages ? Est tamen satis credere Intellectui, cuius est Fides : ubi enim fidit, acquiescit. Non satis Cordi : cuius non fides, sed operatio, tranquillitas est. Hæc quod non distinguant bene Magistri : & peius interpretentur Discipuli; salubrem sententiam, in perniciem suam vertunt : & cum cognitione operationem confundunt, imò virtutem, veluti solem è Mundo tollunt. Nec obstat salubris sententiæ interpretationi veræ ; quod Paulus neget ex operibus legis, salutem pendere. Est enim Fex duplex : Ceremonialis & Moralis. Cum Ceremoniis autem, periit legis Ceremonialis fructus : ut exsiccata arbore marcescunt fruges. Non periit fructus Legis Moralis ; ut enim perpetuò coërcendi sunt mores Lege Mosaica ; ita perpetuò sperandi fructus Legis, quam ut per Mosem tulit, ita per Christum alit S. Spiritus. si non periit fructus Legis Moralis ; integra est Lex, radix fructus : nec Fides notionis lumen abolet, sed operi apellit, operationem Cordis.

LII. HIEROGRAPHIA.

Circinus hic est ad multa accommodatus : Pyxis ad navigationem : tabulæ ad Geographiam. Omnia, ut summam rerum paucis subducam, ad ingenii humani dexteritatem. Quod magis ex sententia licet conijcere, quàm ex imagine lubet cognoscere. Duo cum verba sint, licet, intergretatione ampla sunt. Nam licet varia sint bona corporis, animi, fortunæ ; uni tamen vulgò omnes veluti testæ adhæresimus : præter quod, nullum bonum, bonum ducimus. Ad vanitatem amatoriam rapit Iovius quasi Mysta, unius amore captus, & huius sale carptus quod in virginum choro esset frequentior, responderit adamatæ; se plurium consortium non fugere, sed uni, ipsi scilicet, adhæresce re. Et hac de caussa Cælum cæruleum variis syderibus sparsum quidem. Sed ut nauclerus unam Cynosuram miratur, licet totum cœlum, & tot cœli stellas contempletur ; ita se, humanitatis caussæ cæteras colore ceu virgines, ceu Matronas : unam illam venerari & adamare, si de disciplinis, aut rebus alias gravibus interpretoris ; rectius feceris.

LIII. HIEROGRAPHIA.

Mirabile in oculis nostris. Quid verò vel mirabile, vel spectabile ? Mundi machina, quantacunque est, Tota enim oculis exposita est magis, quàm ventis. Si enim ventus est aëris motus, haud extra Mundum sunt; sed Mundi regiones, septentrionem & Meridiem : Orientem & Occasum Solis,

Solis, non ineptè demonſtrant. Et qua tandem re mirabiles eſt Mundi machina? ſe ipſa, Velut à Torneuta, in orbem circumducta: neculli ſi-brata ponderibus, at ſuo ſtans ordine, & natura volubilis. Nec ſuo tantum circulo aut ordine modò. Verum etiam rebus omnibus, quas continet, & ex quibus compoſita. Taceo de rerum diſcordium concordia. miramur cœlum, miramur ſolum. Illud volubile, hoc ſtabila. Miramur Aquæ humorem: Ignis calorem. Ex his vero tot res ac tantes diverſa-ſpecie ſpecies, quis non miretur? & ſingulas aduguem perpendens obſtupeſcat? Alia ſunt, alia vigent, alia ſentiunt, alia ratiocinantur. Progredi non audeo; licet alii ſint rerum gradus. Nam qui ſupra rationem ſcandunt; non aliter mihi facere videntur; quam ſi belluæ, expertes rationis, vim humanæ naturæ ſcrutarentur. Quæ ſi prudentiam noſtram non aſſequuntur; qua via nos ſequimur imperfectigabilem Providentiam Divinam? Cùm igitur omnia totius Mundi cum Mundo mirabilia ſint oculis noſtris; quæ clara, perſpicua, Lucida oculis noſtris: orbium cœli duplex motus: terræ perpetua quies: Solis jobar: Lunæ uſura: ſtellarum errantius nullus error: vixarum nulla vincula; elementorum in ſumma diſcordia, ſumma concordia, ortus unius, occaſus alterius: maris altitudo: terræ profunditas: aëris raritas: ignis calor: terræ inquilini: maris incolæ: aëre vagi, igne nulli. Si non ſalamandra, aut ignæ aliud naturæ, illum orbem habet. Et nihil mirabilus oculis noſtris, nobis ipſis, quibus hæc omnia, ut ſtoici rectè ſentiunt, condita ſunt: qui hæc omnia ingenio comprehendere, & judicio metiri poſſumus: quorum oculis deſcripta cœli tabula, manibus tellus culta, ingenio ſtratum mare claſſibus, ponte flumina, paſſibus rupes: quos domeſtica honorant, fera pavent animalia. Sed hæc omnia nobiſcum ut mirabilia, ita ſubjecta, ſunt oculis noſtris. Hoc autem, quod ſubjecta, minus mirabilia. Neſcio enim quo pacto familiaria abeant in contemtum. Concedamus igitur Myſtæ, Mundum eſſe mirabilem in oculis noſtris, & quæ nobiſcum ſunt, ne nobis ipſi nimiùm blandiamur, nobiſcum in Mundo. Cedet enim nobis ut Oppifici opus, Mundus Deo: & conceder Myſta, longè mirabiliorem eſſe, qui hæc omnia condidit nobiſcum, & venerabiliotem Deum. eoq; mirabiliorem, quod non ſit, nec eſſe poſſit, quod procul remotus ab omni ſenſu, in oculis noſtris. Ita ab affectu ad cauſſam pervenimus: & quod ultra nec volemus nec poſſumus tendere: Hierographiæ piæ & eruditæ finem imponamus.

LIV. HIEROGRAPHIA.

Natura an ars plut poſſit in cultu ingenij olim quæſitum eſt: & ut de aliis taceam, à Cicerone, in eloquentia: ab Horatio, in Poëſi, Hic videmus flores florere: & aqua ſuffuſa in nimbo ali. Certant igitur inter ſeſe natura, quæ peperit: & ars, quæ nutrit. induſtria, inquam, labor, & virtus humana. Si in floribus ſenſim defloreſcentibus, tùm ſumus induſtrij, atq; diligentes, quanto diligentiores eſſe convenit, in animi æterni frugibus cùm colendis, tàm colligentis? Natura ſemper adjuvari vult. Terra arari: Mare ſulcari: Aër peti ignis elici. Proveniunt natura omnia, quæ non ſolùm neceſſaria, ſed & jucunda Homini, Sine labore,

ſollicitudine, cura non proveniunt. Erat quondam liberalior natura & ſponte ferebat, ut ait ille, omnia, tellus, quæ neſcio quis Poëtarum, apud Græcos, in ſpecies diſtinguit : & velut è popina. in os ingerit, hæc aſſa illa elixa, non matura tantùm. Ac licet hic ludat ; fuit quondam liberalior natura. Non enim ad cultum terræ, ſed Dei. Homo factus eſt. Cùm autem non ferret tantum felicitatem, ut difficilius eſt ſortem bonam, quàm adverſam ferre & ocio laſciviret ; mutavit Conditur, conditionem rerum, & quæ gratis dederat, laboribus venum expoſuit. Sic terra cœli, cœlum notari, mare tentari cepit. & neceſſitas extudit, ut Virgilius ait, artes. Serviamus igitur neceſſitati, per ſe quidem non expetendæ ; ſed rerum expetitarum compendio, & artium omnium, liberalium & illiberalium principio. Cæterum mollis Caltha, ut & aurum relucens flos eſt : qui in nimbo eſt. Heliotropij ſpecies, licet enim ſubdubitare videatur. Matthiolus agnoſcit Adrianus Junius, quod cum Sole oriatur & occidat, aut folia ſua circum agitet, ut Dioſcoridis interpres. Quid Caltha, odore gravis ? & non flos naribus gratior. Quod viſum, inter ſenſus, omnium nobiliſſimum, oblectet : & nos, ſi non cecutimos, dùm cum ſole verſatur, ab hoc inſtabili rerum ſtatu, ad ſummi, ſtabilis & ſempiterni Boni cultum rapiat.

Nequidquam enim laborat, qui inanibus
curis & ſæpe non neceſſarijs ſe
cruciat : nec labo-
rat Deo.

Vulturius Ursinus Rom. Diaconus Card.
S. Eustachij. Epis. Fanensis.

Prosper Columna Domicellus. Diac. Card.
S. Mariæ in Vĕlabro Protec. Neap. et Sic.

Pompeius Columna Domicellus Rom. Dia.
Card. XII Apostolor. Epis. Reatinus



Stephanus Columna presb. Card. S. Mariæ
in Aquino. Archiep. Syponti.

M. Antonius Columna presb. Card.
S. Petri ad Vincula. Legat. Campaniæ.

Franciscus Carafa Neapolit. Presbyter
Card. S. Sabinæ. Epis. Ostiens. et Velitr.

LV. HIEROGRAPHIA.

Satis diu seria. Nunc ad iocos, ut reficiant animos, tædio & mora, si quando affectos vident, Oratores seriis rebus iocosas. veluti salis micam, commodè aspergunt, exemplo sumpto à Demosthene, documento ab omnibus, qui arteam dicendi profitentur, Studio nihil à Scalptore factum est. Sed ut in rebus humanis casu evenit, rerum vicissitudo: ita & in narratione earundem, ne miremur Mystam fabula, veluti cortice, veritatem tegere. De natura Elephantium, multi multa tradunt; hoc Plinius, ex quibus, nescio, auctoribus, præterit enim nomina, in Mauritaniæ saltibus, ad quendam amnem, cui nomen erat Amilo, nitescente Luna nova, greges eorem descendere. & purificantes se solemniter aqua lustrari: nec antè, quam salutato sydere in sylvas reverti. Hoc lavacrum sisit religionis, an voluptatis, non inquiram: nec enim Plinius valdè superstitiosus est. Et ego Mystam potius intueor, qui hac imagine pietatem suam nobis testatam reliquit. Non enim Luna salutata, sed Deo adorato & pietatis causa, noctes multas insomnes ducens, ardua petivit. id est, quod undique sursum est, cœlum. Hoc ostendit Elephas unus. id est solitudo, quæ meditationibus sacris amica est. &, non reditus ad antiquam sylvam, id est cuius pœnitet, vitæ prioris institutum, sed transitus fluminis, in ripam eminentiorem. quæ est, ut dixi, longè sublimior hac cœli regia, Quod illud flumen? vita hæc, quæ ut illud, rapido cursu fertur & nunc exaresci, inopia: nunc copia rerum intumescit: secunda, hac parte: illa verò adversa: interdùm fluctibus fortunæ æna. interdùm valdè lenis. Ac ne Mysta videatur ignorasse naturam Elephantis, Tranat flumina, vadum littori proximum calcans, altiori alveo, cum undis luctans. Antiocho Regi duo erant, Aiax alter, Patroclus unus salutabatur. Dux ille sociùm erat. Ventum est ad flumen. Transire jussus Aiax renuit. Pronunciatum est, eius fore principatum, qui fluvium primus traijceret, prolatis etiam phalaris & reliquo ornatu, quo maximè gaudebant, in illo hominum commercio Patroclus nihil moratus, & princeps agminis appellatus, & insignibus donatus est. tanta invidentia & mærore Aiacis, ut inedia sibi mortem conscisceret, Hæc non hisdem verbis, at sententia refert Plinius.

LVI. HIEROGRAPHIA.

Theophrastus cepam variis generibus distinguit, unam Ascoloniam appellat: quæ plantata, caulem edit, semenque tantum fundit nec mora: exinanitur, atque inarescit. Eius generis videntur, quos vides, bulbi tres, & esse vult, non videri solùm ex cuius Museo prodeunt, Antiquarius Cæsaris. Ex quo bulbos de facie agnoscimus, supereſt, ut mentem Mystæ rimemur. Nam Romanus est, & quidem Columna, inter Patres, virtutis merito, conscriptus, ut nihil sit vulgare, à principe Viro exspectandum, Cepe quidem vulgaris cibus, & contemtus, Græcè κρόμμυον διότι ταις κόραις μύειν ποιεῖ, ut testatur Athenæus; sed non vulgaris Mystæ sententiæ: Prius mihi, post Soboli. Quemadmodum enim cepa, & semen cepæ, brevis est, & nullius fere vitæ; ita & Homini evenit; ut Parentes velo-

velocis ævi, ſequantur liberi cito gradu, & quandoque præveniant fato. Comparat autem cum cepa, quam propter odoris gravitatem averſere, Hominem, cuius enormia ſunt vitia, ſed nullum gravius, tætrius, aut majus faſtu, ſe ſuperi, audentis adæquaris; ut modeſtiori utatur, propter vitiorum fæditatem, longè fædiorem cepa: & reddat meliorem, propter ævi celeritatem. Iam ut Aſcalonia Venerem ſtimulat; ita Myſtica conſideratio reprimit; & à propaganda ſtirpe, ad propagationem nominis excitat memoriam, omni genere diuturniorem.

LVII. HIEROGRAPHIA.

Rigatur, uti cernis, ſitiens pluvia ſeges, non inundat imbrè, aut ſternitur tempeſtate, non fertur turbine. Quis dubitet modò terram arere, modò perpluì, noſtro commodo, divinitus? etiamſi, nec lapidibus, nec ſanguine, nec carne pluat? Certè hic Pagani, non dicebant, at credebant, Iupiter. Romani etiam Iovem Elicium, quem aquam orabant in ſiccitate. Tribuunt igitur plus Deo, quocunque nomine, aut ſuperſtitione; quam noſtram ſtolidi ſapientes, qui omnia temerè ferri volunt in tanto rerum ordine, ut adverſarios excitent, qui omnia neceſſariò fieri contendunt. Qui dùm ſe mutuò conficiunt; faciamus quod cogit neceſſitas, vult utilitas, ſuadet deniq; honeſtas: & certi noſtræ ſpei, Dei opem quovis tempore rogemus, nubilo, ut eluctemur: ſereno, ut diu fruamur. nec enim Agricolarum modò, res & labores, in optatis verſantur; verùm etiam ſalus noſtra & mundana & æterna, in votis maximè conſiſtit. Nam tot caſibus, tot injuriis, tot ærumnis expoſiti, quaſi telis, cùm ſimus; ac ceſſimus, non ipſi nobis, vel malitia, vel ignorantia, vel debilitate præſentis vitæ cladem, ſecuturæ pænam. In tot tantiſque miſeriis, beati eſſe poſſimus; ſi non tantùm poſcimus, Verùm etiam promittimus nobis, auxilium divinum. Ea pietas Davidis: nec alia Ambroſii & Auguſtini. Quemadmodum enim ille incipit Pſalmum ſic hi finiunt Doxologiam ſuam in te Domine ſperavi. Et cum his Columna hîc contendit de pietate. Symbolum cujus eſt, eadem & pia iſta illorum ſententia.

LVIII. HIEROGRAPHIA.

Scutum fidei, inquit hic, proteget me: & ſimul Infulam Pontificiam depingit, quæ capitis eſt ornamentum, non tegumen corporis. Panoplian Chriſtianam Apoſtolus deſcripſit; ut Myſta, non malè ſub Scuto fidei lateat. Fides quippe in Deum, & certa de Dei ope perſuaſio. neminem fallit. Ac licet hujus non peræquè omnibus fecero fidem; exemplis tamen in dies declaratur, ut ad auditum, accedat, viſus & quaſi tactus rei claræ, manifeſtæq;. Tragædi olim rebus deploratis, à machina, adducebant Deum: Et quaſi in ſpeculo commonſtrabant, res ſolutas, ſparſas jacentes. Solum erigere, colligere, reſtituere in integrum, quæ noſtra culpa nobiſcum peritent funditus. Sed quid ornamentum cum monumento? Galea non tantùm celat, ſed & decet caput. Infula tantùm decet, auro & gemmis, non chalybe aut ferro rigens: Et vittis non tæniis fluens. Quemadmodum Diadema Regem, quod regium inſigne; eodem modo Infula Pontificem. Hunc igitur Myſta intelligit, ſub cujus ſcuto, ut Ajacis, Teucer ſecuritatem ſibi pollicetur.

LIX. HIE-

LIX. HIEROGRAPHIA.

Palma jam sæpius nobis, à diversis Mystis in palmas data est; ut longo usu potuerit nobis innotescere. Hæc est ceteris æqua: ut internoscatur, veluti nota, Symbolo discreta: sic duret utrumq; , Sol & Luna, quæ in conspectu sunt, ut Planta verum quidem est. si vera tradunt scriptores, Palmam renasci, ex se, ut quodam loco annotavimus. Sed & Sol cum Luna, uti occidit, ita & oritur, sic ut hac parte vivacior non sit planta. Dicit tamen Mysta: Sic duret utrunq; , nec possumus, aliæ videre, de quibus dicit, quam quæ, & per quæ, cetera videmus: Solem & Lunam Quid optas Mysta? Tam longæva, cœli duo lumina clarissima? quam Palma est? Aut vis dicere? si tam vivacia essent cœli sydera; essent æterna. Nam non loqueris de Palma: quæ si revivisceit, beneficio luminum revivisceit: sed de Justo viro: qui ut Palma non tantum vivet, sed & vigebit ac florebit sempiternum, ut non solum vaticinio credimus; verùm etiam ratione percipimus. Est enim Justicia, temperamentum. Iam non modus, at excessus & defectus, ætatem, morbum, interitum sentiunt vivet igitur Justus vir in perenni vita; quemadmodum Palma vivit in mortali.

LX. HIEROGRAPHIA.

Anserum alios esse domesticos, alios feros, nemo ignorat, vigiles omnes. Cùm igitur Mysta dicit, nocuisse locutum, non facile dixerim, de bipedis istius loquacitate, an nostra loquatur. Satis scio ad nostram disciplinam pertinere. Et Gallos enitentes in Capitolium sensêre. Ut Gallis nocuerit, vel locutus, vel tumultuatos esse, Sed & feros prodit venatoribus clangor, ut & in ipsos Anseres dictum quadret. Sed nostram vaniloquentiam notatam puto. Nam aptior in alteram partem erat forex, indicio suo, ut inquit Terentius periens. Et nos prudenter admonere taciturnitatis, etiam in solitudine, verùm & hîc dices, corvus est. Et corvi credita terræ arcana, eliminarunt, ut P. Ovidius memoriæ prodit, verum est, at corvus fari, non Anser discit, licet aliquis Philosophum assectatus sit: alius amore, inveni devinctus, lubens prætereo, quæ ab instituto aliena non sunt. Hoc tacere nequeo, licet præ manibus habeam, exemplum modestiæ, ganzas olim in Germania anseres esse appellatos, minores, ut scribit Plinius, nomen enim in Germania tot seculis supersit.

Ioannes Tolletanus Frater Ducis Fer: Albæ presb: Cardina: S. Xysti.

Hieronimus Doria presb: Card: S. Eustachij Archiepis. Barensis.

Hieronimus Auria Genuē: Diac: Card: S. Thomæ in Parione nep: pr: Doriæ

Iacobus Sabellus Rom: Epus: Card: xii. Apostolor: supremus Inquisitor Magis

Hieronimus Lomellinus presb: Card: S. Sabinæ Archiep. Messiliensis.

Antonius Perenotus Granue. Burgū. Presb: Card: S. Sabinę Archiep: Mag!



LXI. HIEROGRAPHIA.

Vides ne Lauri ramos utrinq; rotæ inter radios? Laurum enim teſtari victoriam, aut decretam, victori non ignoras, vides quoq; rotam, quæ vel vento vel induſtria agitari poſſet, grandi mole penſili immotam ſiſti, & quaſi ſufflamine cohiberi, ne vel ſponte voluatur. Legis autem: Fata obſtant. Et ſi non legeres, per ipſam molem, intelligeres: majori vi cedere minorem. Fortunam verò in rota collocari à pictoribus: rotari cum rota à Poëtis fando audiviſti, aut didiciſti aliquando. Jam fortuna, quæ natura volubilis eſt, Fatum propter conſtantiam, potentius eſſe neceſſe eſt. Quid igitur fortunam urgemus, aut increpamus? ſi noſtris conatis major & occulta vis reluctatur? Theognes Deo tribuit ſanior nobis, quæ nos Fortunæ non Deæ. Homerus in vero opere ſuo ne meminit quidem. Nam de Hymnis ut Orphei verſibus dubitari non injuria poſſet. Euripides ſanior ſe ipſo in Electra, Deorum miniſtram: quam cum aliis Deorum Dominam fecerat, appellat. Fatum contra Homerus agnoſcit μοῖραν puta, ſed & αἶσαν Græci nominant, cui non Poëtæ, ſed & Herodotus tantum tribuit; ut nec ipſos quidem Deos Fato repugnare poſſe arbitretur, impietati majori, neſcio, an inſaniæ. Non enim Dii ſunt, at ſervi, imò captivi, quos major continet vis, aut violenta detinet neceſſitas. Quæ igitur noſtrorum vel impudentia, vel imprudentia? qui unum, verum. Solum Deum cauſarum nexibus, veluti vinculis irretiunt? Quod ſemel decrevit; mutare non poteſt, ajunt. Et quis Regum noſtrorum, ô nihil minus, quàm Juriſconſulti, ſibi ligat manus? Jam nihil ſcis quid decreverit, qui auctoritati Divinæ Hiſtoriæ nihil tribuis. Et ſi ſcires; non intelligeres. Quam enim multæ ſunt leges quas alij aliter interpretantur? Sed & Myſta noſter inquit: Fata obſtant. cedo: intelligit enim cauſas ordine manantes, quas plurimum poſſe, longi temporis obſervantia, manifeſtè docet, in nos quidem? ſed non in ſuperos, qui ita dicti quod ſupra eorum orbes collocati ſint. Tantùm abeſt, ut in ſuperùm Regem, & Dominum noſtrum Deum. Verùm enim vero. ſi in nos habent Vim. ac poteſtatem; quid agimus? quid molimur? quid nihil profutura tentamus: Perdamus in rebus vanis oleum & operam; in ſanis opere pretium facimus: Licet enim ſerò, ſeria adipiſcimur. Dicam quod ſentio, aperté. Si enim in his, qui amittere poſſumus in viti, minus nobis ſuccedit; prætereamus animo elato, & ad æterna contendamus. Nam ut iſtic obſtant fata; ita hîc anteſtat nobis & ſecundat omnia, cauſarum prima, princeps, libera, & fatis imperans Deus.

LXII. HIEROGRAPHIA.

Calvaries, ſub ſydere, in dublicata Hederæ corolla, quod ſilet, ſententia enunciat: Æterna parantur Virtute: Quid doctius pingi, aut veriùs dici potuit: ſtella lucem: Hedera ſpem: Orbis perennitatem: intortus, neſcio quid majus: & in minores orbes circum volutus: aliquid amplius notat. Beatitatem, inquam, Animæ in cœlis, & claritatem nominis, in terris. Hæc autem comparantur, non divitiis, quæ ſunt fortunæ: non conſiliantur forma, quæ, ſi quæ eſt, ætatis eſt: non aquiruntur robo-

robore, quo à belluis vincimur; ſed vanciunt una & ſola virtute qui eſt rectus uſus bonorum: ſic enim craſſà, quod aiunt, Minerva, diliniemus virtutem: Quid ergò dicet aliquis, viro pauperi interdictum eſt virtute? De formi ne ſuſpiciendum quidem ad virtutem? Debili nullus uſus virtutis, imò verò maximus, debili, deformi, pauperi, uſus virtutis, plerumque id hominum genus, animi bonis abundat, quæ tantò ſunt meliora & maiora bona bonis fortunæ & corporis; nuantò excellentior & ſublimior eſt animus. Audiviſti Vlyſſem non à forma, ſed prudentia laudari. Eumenes etiam infirmus, firmas & validas hoſtium copias fudit. Severus oſtendit caput imperare non pedes. Fabritios, Fabios, Tuberones paupertas non tantùm victoria inſignes facit. Si igitur nemo ex hac palæſtra excluditur; ſed patet contemto peræque atq; illuſtri hominum generi; utamur bonis, quæ à ſummo & Æterno Bono, nobis obvenerunt, ad ſummi, Boni & Æterni Dei laudem: hoc enim malè prætermittitur, aliàs enim in faſtum, quo nihil magis adverſatur virtuti, omnia deſinunt quæ ad virtutem faciunt, & præſertim animi bonis, quæ non injuſtè ante fortunæ & corporis bona collocavimus: propius enim ad æternitatem appropinquant, imò & ad ſecuram felicitatem. Nam aliis bonis aliter atque aliter uti poſſumus: virtutibus animi, quas morales vocant, niſi rectè non poſſumus, ullo modò uti.

LXIII. HIEROGRAPHIA.

Vigilantibus, inquit, Myſta, & cervum objicit. Ergò inſomnem noctem ducam cervi gratia? qui licet gratus, elabi è manibus poteſt? fugax enim eſt, & ne ſequare tutò, locum acclivem, præcipitem, canibus denique horrendum petit. Verum quidem eſt, ubi cornua poſuit, ſeceſſum quærere, ut Plinius ſcribit, & non niſi noctu prodire. Sed omnia latibula ſunt interdiu pervia etiam veſtiganti. Si non ſunt, levis prædæ cauſſa, quæ me fugit, fugiam ſomnum, qui me lenet gravi pondere negotiorum? voluptas eſt venandi ſtudio captis, quæ & teneræ conjugis, ut Horatius loquitur, & ipſius voluptatis, ut ego, immemorem reddit. Cedo. Concedo etiam ab Alexandro Magno captos cervos & collum æneo vel aureo monili cinctos, unde de conjectura, repertum enim eſt, licet adipe hauſtum & occultatum. Tenera tamen coniunx, quam venatorum etiam aliquis pro fera occidit, & non tenera, ſed negocia difficilia debebant eſſe pluris præſertim, quæ manibus tenentur; quàm quæ è manibus effugiunt, ſive cervi, ſive damæ. Nam in Leones impingant, quibus perire propoſitum eſt. Hæc diſſero, non reprehendendi Myſtæ cauſſa; at ſententiæ explorandæ gratia. Videntur enim mihi ratiocinatio quædam eſſe à minori ad maius. Si vigilant principes juventutis, ut cervum ſequantur: ſæpe enim non capiunt, & Horatius Romæ quendam notat de capturæ ineptè triumphantem; quid Principes civitatis facere oportet? ut cives in ſervitute contineant? imò ne ipſi ſerviant potentiori? ejiciantur imperio & vita? Nam non ita difficile eſt, à ſummo faſtigio præcipitem dari; ut vivere à præcipitio.

LXIV. HIE-

LXIV. HIEROGRAPHIA.

Sive hordei calamus, sive tritici scapus, hîc in orbem circumvolutus est, nata est ingentis & ferè incredibilis diligentiæ. Quis enim vel in semine stipulam volvat & non frangat? Non lenta est, ut fructiceta quædam. Ars est, quæ naturam flectit & castigat. Et ex hoc naturæ vel obsequio, vel observantia, habemus, quæ non haberemus. Licet enim ferax sit Natura; pertinax est natura: & nisi vitulum mulceas; taurum metues. Quamobrem Mysta non abs re vaticinatur: Et vitæ, mortisque comes. Quis verò? Labor improbus, sedulitas, industria. Quidquid enim ingenuo Labore comparatum est; comitatur nos in vita, & morte, imò superstes nobis est. Quam dulce, juventæ fructus, in senecta delibare? quàm bonum relinquere etiam posteris, famam nominis bonam? Ne cessemus juvenes: ne fatigemus senes: laboremus viri, ut quisq; sementem fecerit; ita & metet. Tritici orbem volebam, cuius substantia corpus, species animam nutrit. Deus bone, quàm es bonus? Nec ego tibi servio, qui me servas.

LXV. HIEROGRAPHIA.

Paradinus hanc pluviam cœlestem vult & Manna interpretatur. Turnonii, ut apparet, familiaris. Nihil igitur cum hoc pugnemus, qui ab illo accepit: mentem enim & sententiam Mystæ, nemo melius intellexerit. Et Manna ad S. Eucharistiam transfert, non abs re. Fuit enim Manna, ut cætera ferè illius tempestatis, huius temporis, ita lucis tantæ umbra quædam, ut jam non Paradinus, sed Christus ipse nos docet. Quid igitur manus geminæ captant? quæris. Quod manibus capi, imò nec ingenio, licet humani ingenii dexteritas ingens sit, comprehendi potest. Sola fide Mysterium tantum capitur. Hinc est, quod dicit: Non quæ supra terram (supple, ex quo imperfecta oratio) capiuntur in terra: aut intelliguntur, à terreno Homine. Cœlestis enim sunt, & angustioris animi, nec dubitationibus impediti; sed expedientis se angustiis rationis, & subijcientis Deo.

LXVI. HIEROGRAPHIA.

Si Paradinus novit Turonium, ego Card. Granuelam, quo tempore, pro Philippo II. Hispaniarum Rege, gubernavit Regnum Neapolitanum, probavitque, quod aliquando epigrammati inseruerim, Tibulli illud: Non sunt apta meæ grandia vela rati. Si tamen Tibulli, non enim est ad manum. Sitis est, quod meum non erat, & erat ad nomen eius perquàm aptum: relatu autem hîc non incommodum. Nam velis omnibus navim ferri cernimus, agitatam ventis: & velut de cœlo, admoneri symbolo, qui ferantur navi, Durate. nosti quæ sequuntur: & vosmet rebus servate secundis. Ma'cula vox, & in rebus duris, ad colligendos, aut confirmandos animos necessaria. Nam animus bonus in rebus malis, dimidium est mali. Et semper tempestiva, ut enim omnia nos deficiant, in pyxide Hesiodi, spes semper est reliqua: eaque non fabulosè, sed naturaliter contra metum comparata est. unicum in rebus omnibus, nisi extremè perditis, ut Aristoteles prudenter observat, solatium.

LXVII. HIE-

Carolus Borromeus presb: Card: S. Theodori Archiep: Mediolani.

Joan: Hieronimus Moronus presb: Card: S. Stephani. S. R. Ecc: Archidiac:

Rudolphus Pius de Carpi Diac: Car: S. Crucis in Hierusalem.



Joan: Paulus Chiesia Cardina: Diac: XII. Apostolorum.

Petrus Franciscus Ferrari presbyter Card: Sancti Agisti.

LXVII. HIEROGRAPHIA.

De circulo Lacteo Proclus in ſphæra, & quem ſitum nunc habeat, Severtius in orbe catoprico tractat. Ad hunc ſpectat Myſta, ut videre eſt, ex cœli aſpectu; dùm ad cœli conditorem & principem univerſi, oblectatus oculos haud vana imagine, aciem mentis erigit. Hic enim non circulus, ſed Deus in rebus arduis & obſcuris iter monſtrat. ne quid offendamus. ut neceſſe eſt, veluti in tenebris, ſi abſque Deo de rebus divinis, imò & humanis, quandoque diſſèrimus. ut liquet ex contentione Philoſophorum de ſummo Bono: diſcordia gentium de cultu Dei: Chriſtianorum denique de ipſo Deo. Igitur eſt, quod Myſtam ſequamur. aut verius Deum, quem nobis commonſtrat: ne in vitæ inſtituto peccemus, aut erremus in deliberationibus de re, quæ nobis ad hanc vitam commoda eſt, aut ad perennem & futuram neceſſaria. Qua via ſequemur? Lactea ſodes, id eſt animo ſyncero, candido, &, ut ad rem verbum adaptem, Lacteo.

LXVIII. HIEROGRAPHIA.

Parte una Fontem cernis, & ſubjectum ſi non cratera (ſi conceptaculum aquæ, Plinius vocat) ſiphunculum (quem, alii papillas, alii ubera, alii caput tubuli, ſive ſcaturiginis appellant à forma. & hoc loco, capitis effigiem refert) omnia circum latè inundantem. Parte alia Cervum æſtuantem, anhelantem, & ſitienti ſimilem. ſuperare rivum, tenere ipſas ſalebras, appropinquare ad fontem. Quid verò obſitus & pænè exeſſus ſerpentibus ſit, mirabitur, non injuria aliquis. Nam & veteres tradiderunt: & nos notantes veterum antè veſtigia, ſcripſimus. Cervos in noxium reptile, animam efflare. Imò hoc ipſum eſt, quod ſerpentes multæ, ut virum fortem plures, in ſolitudine deprehenſum, globo cingant, vi comprehendant, &, cum virtute nequeant, numero ſuperare conentur, cervum. In Lybicis campis qui ſpectârit, neſcio: Oppianus refert, ſcio licet in Africa gigni cervos Plinius neget. luctatur à diu cervus, ſed numero inferior, ſuperior fit, ingenio. Ad proximum enim fluvium feſtinat, & à fluvialibus cancris remedium petit. Nec mora his guſtatis, defluit inimica lues. quam ut conficiat jam ad naturæ odium, accedit cupiditas vindictæ: ipſius vulnera ſponte obducuntur: & niſi in Aquilæ ungues, aut hominum tela incidat, ad grandem ætatem pervenit Hæc fuſiùs juxta fontem effudi. quod nos etiam cum Propheta interdum clamamus. Quemadmodum cervus ad fontes aquarum; ita anima noſtra ad te Deus. Et cum Rege Propheta concinnat hic Myſta: una ſalus. Nihil enim aliud dicit; quàm: cervo ut eſt fons; ita nobis una ſalus eſt Deus. Et verè dicit. Fons enim omnis boni, Deus eſt: & nunquam ſatiatur Mens hominis, ullo bono. niſi ſummum illud Bonum adepta. Nam cupiditas, natura eſt infinita. nequaquam reprehendenda ſed coërcenda, intra honeſti cancellos: ac ratione admonenda, ne ad concupitum magis, quàm verum bonum feratur. Non enim ita æſtro rapitur fera; ut effera cupiditas, opinione boni dementata. Quid verò in nobis ſerpentes? quæret aliquis, ſi non diſſimilis ſimilitudo eſt? vitia in

nobis

nobis ſerpentia, nec cutem, ſed cor rodentia ne dicam enecantia. Hæc in ſolitudine, id eſt, longè à Deo, procul à ratione, comprehendunt nos & in peccata capitalia deducunt, accelerant, inquam, animæ mortem. Ni eluctemur, & concitato curſu recipiamus nos ad Deum, datorem, eundemque ſervatorem vitæ. Sed eſſe cancros oportet: Et ut fortia facere, ita & pati neceſſe eſt. Nam ut ex delitiis naſcuntur, aluntur q; vicia; ita probi mores duris rebus inſeruntur, & rectæ ſententiæ, ſana mente apprehenduntur. Haud ſecus ac fluentibus ex nutu ventis, Laxant corpora, ſocii navales: Adverſantibus verò, intendunt nervos & remos.

LXIX. HIEROGRAPHIA.

En aranea ut exorſa telam, liciis vinxerit, ſtamine percurrat: trama trameat. Et è medio, veluti centro, extrema obeat: Quid enim deſcribâ? quæ melius & luculentius ſcribit Plinius, quàm pictorum ullus pinxerit. Hac autem arte Deus non alius, vile inſectum imbuit, atq; informavit. Natura prædicatur, in aliis alia, ſed quæ omnia uni debet conditori omnium Deo. Nam quod alia ſit atq; alia, ad Deum, quod eſt unicum & ſimplex principium, neceſſario reducitur. Magne Deus, quàm ſpectabilis es, in universo, & partibus univerſi? Opus non miramur quod familiare ac domeſticum. Ne texricem miremur quidem ſi placet. Quanquam & gracile corpuſculum & teretes digitos (ut ita loquar) ſunt profectò tribus inter nodus diſtincti, ad opus factos, & confiteamur & miremur, neceſſe ſit; unde extantillo abdomine tanta materies? Naturæ ea vis ſit ac liberalitas. Magnæ artis eſt texere: Cujus induſtriæ, retexere? ſolers aranea. Majoris animi, quàm ſolertis, imbrem præſentire, antevertere tempeſtatem. Non ablq; cauſſa, ex multis pauca colligo. Dicit enim Myſta quidquid id quantumcunq; eſt, divinitus obtigiſſe. Et non obſcurè comparans ſeſe cum aranea, ſi quid haberet à Natura, Fortuna, Induſtria (habebat autem plurima) id omne acceptum referebat, cui debebat, Deo. Quem ſi ſequerentur beatiores inter mortales; minori cum invidia & majori ſecuritate, bonis gratuitis potirentur. Nunc animum non adæquantes beatitati, in ærumnas ſæpe graves incidunt. His tamen gravius eſt, quod à ſe ipſi degenerant: Et, ut Arachne in araneam mutata eſt, propter ingratitudinem à Pallade, divinitus puniantur, & ſimiliores fiant belluarum, quàm hominum ratione utentium.

LXX. HIEROGRAPHIA.

Hanc Ruſcellus non tàm explicat, quàm implicat Myſtæ laudibus. Altare tamen eſt, & ne ignoremus, quid ſit, in baſim inciſum eſt: Litatur. Differt autē litare, à ſacrificare: Quod hoc ſit petere, & orare: illud impetrare & exorare. Ut paullo aliter Nonius. Et inter duas ſtatuas Altare eſt, anchoris revinctas. Quæ tenſa vi retinacula vocat Myſta: Et ſunt, ut cernere eſt, vi tenſa cùm anchoralia, tùm anchoræ. Spectemus jam, ſi videbitur, ſtatuas. Primùm ſtant, aut veriùs fixæ ſunt. Quod conſtantiæ eſt. Deinde, infra umbilicum, meræ, ut dicuntur, ſtatuæ quod referente libidinis eſt. Poſtremò truncæ, manibus. Quod incorruptelæ Ægyptii ſtatuunt. virilis

autem hæc, illa muliebris. ut ex coma apparet. Ita sensim veluti tenebræ, Aurora appropinquante, defluunt, omnis Hierographiæ difficultas tollitur, & jam jam evanescet. Nam statuarum in morem, stare, & collocare in Deo spem oportet: Ac eidem vi amoris constringi, exutumque pravos affectus, cor mundum & immaculatum immolare; qui egregiè velit & ex sententia litare. Hoc autem propositum fuisse Rod. Pio carpensi necesse est; si veræ sunt laudes, quas verè illi Ruscellus tribuit. Et nobis propositum esse debet, quando ad Sacrum accedimus.

LXXI. HIEROGRAPHIA.

De Leone, quæ ex variis, varia congerit, Gesnerus, operæ pretium non est, ut huc conveham. Ferum animans esse omnibus constat. Hanc feritatem domari tamen, non tantùm audivimus, sed & vidimus. Cicurem enim ex Africa deduxit Joan. Austriacus. Mars ille, cui nihil defuit, ad summam gloriæ, præter ætatem. Et in Africa primus Mortalium, cujus quidem memoria sit, Hanno Carthaginensis, Leonem subjugavit. Magno terrore civium, non feram, sed animum viri, qui tantum ausus esset, non fecisset tantùm, expavescentium. Patria igitur, ne quid domi novaret, extorris actus est. M. Antonius Triumvir, majora ausus Romæ. Leones sub currum, cives sub jugum mittere, impunè factum tulit. Nam finis hic erat libertatis populi Romani, & ostentum libidinosæ servitutis, principium intolerabilis imperii. Hæc ad iconem pertinent, Vides enim Leonem habenis vinctum, & has manu regi. Humana an augustiori, non expressit Mysta. Et in fabulis est, non fabulosè Cupidinem in Leones etiam imperium habere. De quo quis Græcorum, non memini, Epigramma scripsit. De Antonio, scio Alciatum scripsisse. Ruscellus etiam conjicit Mystam in juventa & ætati & amori indulsisse. Venisse autem in spem demulcendæ Amicæ inimicæ, ex intuitu Leonis, qui tempore feritatem exuit & humanæ assuessit disciplinæ. Quò etiam spectat symbolum. Dies & ingenium. Sed malim referri comparationem ad negotia & studia quædam graviora, dignioraque homine cum sacris operante, cum versante in Rep. Quanquam enim multa sese & multi objiciant honestis, & honestis conatis; sua tamen tempore senescunt & torpent. Si contra niteris. Idem evenit in meditationibus litterarum. Nam si ingenium acuis, & ipse sudes; Labor improbus omnes molestias superat: Tempus omnes difficultates lævigat: Ingenii vigor omnia abdita ex tenebris eruit, collustrat, & ponit deniq; in luce.

LXXII. HIEROGRAPHIA.

Vel Ætna, vel Vesuvius est: Nec enim reor Mystam Italum ad Heclam respexisse, qui flammas undiq; exhalat mons. Licet non semper ardeant, nec undiq; eructent ignem. Et hoc est, quod Mysta dicit: Ego semper ardeo. Quod vult dicere; Ego totus flagro, Si amore Dei, laudo: si mulieris, rideo. Cœlestis enim ille amor, hic terrenus. Ne miremur Venerem quandam à Platone cœlestem appellari, multum à hac cænosa,

non

non maritima discrepantem. Rideo, inquam, primæ ætatis cæcum judicium, atq; utinam hoc non ad crescentem ætatem serperet. Multum enim refert, cui rei, laudatęne an concupitæ à teneris tete assuefeciris. Cęterum quid Aetna ardeat, Iustinus docet. Aetneus ager cavernosus est. Mons sulphureus. Per cavernas igitur si quando veluti per tubos, insinuat se ventus, haud aliter, ac folles, igneum illum fomitem excitat: qui ex levi scintilla in horribile illud incendium evaporatur. Ante Petrarcham, Vesuvij incendium describit Plinius Minor, &, dum vestigat miraculum naturæ suffacatum esse avunculum scribit, vel fumo, vel cinere. Non fuit pæna illa fortuita, sed divina. Nam qui Naturam supra Parentem admirabatur, in admiratione naturæ, justo Dei parentis Naturæ judicio extinctus est. Quod Homo cupidine exardescat, à natura est: est enim infiniti cujusdam boni nobis insita cupiditas. Quod in electione aut fruitione erret, à corruptela Naturæ. supplicijs igitur non conatibus tantum opus est; ut cor nostrum Deus regat, & sui amore occupet. non quod alia non sint, quæ velle non debeamus: multis enim indigemus, in natura omnium indiga; sed semper bona, non nisi ordine suo distincta, & quasi gradibus separata.

Cardinales S. Rom: Ecclesiæ

Guido Ferrari presb: Card: S. Balbinę. Epis: Tusculan:

Petrus Bembus Venetus presb: Card: IIII. Coronator. Epis: Albanus.

Antonius Corarus Venetus presb: Card: S. Georgij Legatus Campanię.

Augustinus Spinola Genuensis presb: Card: S. Martini S. Eccl: Camera:

Philippus Spinola Genuensis presb: Card: S. Sabinę. Legatus Perusię

Alexander Criuellus pres: Card: S. Laurentij S. Rom: Eccl: Camerarius

LXXIII. HIEROGRAPHIA.

Putei inventionem Danao Græci tribuunt. quanquam neceſſitas Majores rem utilem, multò antè docuerit uti liquet, ſi non ex re ipſa, ex Patriarcha imò ex ſermone vernaculo Græcorum. Nam à puteis, vel fontibus, Pagi (& pagatim olim habeant,) appellati ſunt. Nihil fruſtra refero. Puteum enim hic, nemo non agnoſcit. Ita & adverſus præcipitium ſubſtratus eſt: patens crepidine: & liberalitas aquæ in tympano, uno ſune, duo hauſta, quorum alterum eminet, alterum grave vnda ſubſidit, verſante, ad refocillandum non modò animum, ſed & os in invitat. ſed Motu clarior, quod Myſta dicit, non ita intelligi, ut puteus videri poteſt. ſcio perſpicacis ingenij eſſe plurimos, qui omnio tua intuitu penetrent: plures à vanitate animi inſita, non modò velle alios oſtendere, ſe videre, quæ non vident: verùm etiam pluries ſeſe, quàm alios fallere. Ego de me loquor. Licet enim ex D. Baſilio, fontem ſymboli, Ruſcellus hauriat; vereor tamen, ut motu turbetur magis, quàm inclareſcat fons. Loquitur quidem Baſilius, de Aqua Putei hauſta; & quò magis hauritur limpidiorem reddi; ſed dubitans, & ut ſitulæ de orbe, abs aliorum ore & ſermone dependens. Cum nemine contendo: ſed ad veritatem tendo. Nam antè Baſilium, Plinius, aquam putei eam ſaluberrimam cenſet, cui exercitationes ratio crebro hauſtu contingit, & illa tenuitas colante terra. cui ut adſtipulemur; uſus cogit. Alga enim non fontes tantùm quietiores, aut ſtagna & Lacus; verùm mare etiam, ſi quando quietem capit, occupat. viciſti, quid amplius molire? ut victoriæ fructum, ut operis mercedem legas. Motu clarior fit aqua jugis. ſit, non fiat modè: & fiat, qui ſemper movetur haurientium frequentia & indigentia. Quid tùm poſtea? ut de vel dicendo, vel faciendo exerceas: nec in eo torpeas, ſed quod te aptiſſimum ſenſeris. Alij enim ad artes ingenuas, alij ad ſellularias ſunt natura facti magis. Anchiſes apud Virgilium, Romanis poſteris Aeneæ artem imperandi commendat. quaſi cæteræ, indignæ ſint eo, quem Deus ſublimiori loco ſtatuit, ne ad manuum opera ſe dimittat. Quemadmodum enim tempore etiam ſilex liqueſcit; ita exercitio & familiari uſu, omnia ſuperantur & miteſcunt. Quod etiam mihi videre videor ex ipſa Ciconia: non enim eſt palus per alterum trajectus, ad aquæ hauſtum; ſed planta lentè ad hoc inflexa.

LXXIV. HIEROGRAPHIA.

En Calthaiterum, ex vaſe figulino florens. Ne repetam naturæ vim, quæ Calthæ tandem, ſoliſequij nomen fecit Myſta, aut æternitatem ſibi promittit: aut perennitatem laboris, in vita mortali. nec falſos opinione ſua eſt, nec fefellit promiſſis. Nam Petrus Bembus eſt, qui quamdiu fuit; in actu fuit: & ſuperſtes vitæ nomen eſt; eritq; quam diu Sol duplici volvetur motu, Sed & animadverte Caltham non fortuitò alicubi enatam, aut in horto tantùm in cultam. Familiarius multò attrectatam, & in credo fictili, ſufficiente, occultos per meatus. radicibus humorem. ne vidiſſe, ſatis exiſtimes, quæ non ſine gravi cauſſà, à graviſſimo viro picta ac ficta aſpectas. Nam fictile vas eſt, ac fragile, in quod indita anima eſt

ex qua

ex qua totidem facultates, Memoria, Notio & voluntas, sole perenniores. Hoc autem si non scitu, novi quisitis quos nihil latet, memoratu dignum est; ut Mystæ exemplo corpus ita regamus, lubricum & fictum: ne cum vita hac omnis nostri intereat memoria. imò ut ex vita caduca, in celestem & perennem emigremus.

LXXV. HIEROGRAPHIA.

De Murice sive tribulo antè Machina tetragana est, notæ significationis & usus. spargitur enim adversus hostilem equitatum inprimis. Hic non miles in Muricem impinget; at ventus evertere nequidquàm conatur. Et si everteret; converteret in æque noxium Latus. Et hoc est, quod Mysta dicit: Vndique frustra. Quid autem ventit, qui hoc dicit? sentit Animum constantem & justi, non sui solum juris aut opinionis tenacem: virum quippe constantem, appellant quadratum (imperterritum esse, etiamsi undiq; premeretur ab hostibus: & hoc statu mentis superiorem fore, aut hostibus aut fortuna. Masculè. sed unde, amabò, hæc animi constantia? In promptu est, qui respondeat, Q. Horatius: Nam rem suapte natura magnum & amplam, amplificat suavitate & granditate carminis. Si totus collabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ. Impavidum autem statuit integrum vitæ. Ergò nihil est aliud, quod virum reddat inpavidum & constantem? Stultè ferocem multa. Præter Deum, vix aliud. Quem enim torquet scelerum & flagitiorum conscientia; non potest non animo angi, & quandoque inhorescere. Non nullos familiaritas peccate, minus turquet. At hi graviori etiam morbo laborant. ut repens latenter malum semper est ejus: Et Nemesis, id est, justa Dei vindicta imminet improvido. Igitur aut non peccandum, quod potius est: aut pœnitendum, quod proximum est, placandumq; Numen, & satis faciendum his, quos læseris est; si nulla culpa pallescere, nulla velis pavere pœna.

LXXVI. HIEROGRAPHIA.

Cùm & Symbolum clarum sit: & præsidij porta padeat; Videamus primum formam Ianitoris. Fœminam esse, ex facie apparet, pube tenus Cornipes quod sit, monstrosa est, & non nostri generis mulier. Licet nostrarum pleræq; & animo & forma monstrosæ sint. Satyrorum fuisse insulam, ex peregrinatione Hannonis constat, quam Arrhianus describit. Satyros fuisse alibi extra illam insulam, usu compertum: & verè in annales relatum. sed cornigeri erant. ut hæc si alienes progenies. Pan quoque cornutus fingitur. Huic filia, ut Philochorus refert, Iambe fuit. de cujus forma nihil comperi. Sed at Pan similior fuit, Patris, Mercurius is fuit hircum indutus, quàm matris, quæ fuit Penelope, ea specie. quæ Græciæ juventutis principes commovit; ita & Echus, cujus si nihil in conspectum venit, multò minus, cornua, quæ non sunt ejus: ex hac autem genuit Pan, similiorem fuisse filiam Iambem conjicio. Pedes paterni sunt: non enim eo flexit oculos. mater: Facies materna, quod in eam intentus esset pater, solvens virgineam Zonam. Hæc profectò

fectò visa, ab sobolis formam, plurimùm facere arbitrantur. Cætera etiam cum Jambe conveniunt: Patris Musica, & Matris solitudo. Hic autem & sola est, & tibiis instructa, Scio Panos inventum Monaulum & Fistulam: Docet enim omnes Plinius: Midæ tibiam: Martyæ geminas tibias. Quid refert, paterna indole, Musicam adamavit? Materna verò quæ omnium æmulatrix est; aliud Musicæ genus sit amplexa? Nihil est memorabile. Sæpe à parentum studiis planè abhorrent liberi. Hoc potius observandum est, quod tibias dextras à sinistris Terentius distinguit: Quarum illæ eadem parte oris & manu regerentur, hæ adversa. Videtur enim honesta hominum voluptati & natura indulsisse. Harundo certè quæ minos operosa & luxuriosa materies, atque ea de causa tibiæ antiquissima fuit, si radicem antecederet, lævæ tibiæ convenire: Quæ cacumen, dextræ, credebatur, ut nostræ credulitatis robur Plinius vult: Nam harundo omnis, ex una stirpe, numerosa: Atq; etiam recisa, fœcundius resurgit: Radix natura vivax, geniculata & ipsa. Sacrificæ Thuscorum è buxo: ludricæ ex loto; ossibusq; asininis, & argento fiebant. Major esset luxuries scribendi, si non major esset animi temperies. Dextra & sinistra tibiam Jambe tenet. Ut modò intendat, modò remittat animum. Nam ut arcus, si semper tenditur; rumpitur: Ita etiam animo cavendum, ne perpetua obruatur sollicitudine, sed ut interposita recreetur hilaritate. Quæ animi harmonia, si in quo est, is Deum colit, & nullius injuria, sua custodit. Hoc autem expetit symbolon: Et Mysta informi forma, animum informat. Quanquam capræ velocitas, quæ pedibus notatur, non deformet mulierem; sed Corpus à probro, famam ab infamia vindicat. Quamdiu enim ociosa est; non est ociosa, at turpi ocio sese occupat. In actu cum sit; potest fieri, ut agat, non semper fœde. Non de muliere somniavit? Qui vigilans hæc concepit, quanquam & Muliebre imperium, virili Deus interdum, non absq; caussa opponat. Animam voluit, veluti in scena, exhibere, Deo devotam, & salutis suæ studiosam. Cujus pulchritudinem, muliebri quá maximè stupemus, expressit: vim & acumen, gressu caprarum, quas de rupe alicubi videmus pendere, exposuit. Pendet enim & anima bene constituta de Cœlo, non hæret in hoc cœno. Quæ anima quodcunq; corpus animat, sub Dei tutela, res suas tuetur, non appetit alienas. Quam limitationem caussantur, quos cernis Lauri surculos, ante Jambem sparsos. Hinc enim nihil aliud legi potest; quàm contemptus victoriæ. Lauro coronabantur victores primùm: Deinde & ornabantur Imperatorum fores. Jambe abiit, & ludicrà penè ducit, cum Cicerone, puerorum, non quod non optanda victoria sit, in bello pio & justo; sed quod medestè ferenda, & tribuenda, cujus ope paritur, Deo. Et ferre eladem hostis potest, quia debet, contumeliam nec ferre potest, nec debet. Quamobrem speciosissimè semper triumphat, qui in victoria se ipsè vincit. Cavillata cum Cerere, Jambe dicitur. Res tamen & ferias gessit. Jambum protectò invenit, cujus prior syllaba brevis est, posterior longa. Non absque caussà, palestræ rudimenta affero. Quadrat enim pedis mensura ad rem, quæ præ manibus est, velut ad amussim. Nam ex brevi injuria, aut brevi momentaneaq; quæ injuriam sequitur, vel comitatur potiùs, oblectatione, gravissimæ & longissimæ simultates oriuntur. Quàm multa & curenta bella, propter

pter dictum leviter, aut factum breviter, gesta sunt ? Tutius igitur est sibi moderari, quàm alijs insultare. Præsertim ærumnosis, qui etiam moderata quandoq; in contumeliam vertunt. Ac Jambe Panos filia, cum Anima esse videatur, Pan & universum, & universi Parentem significat, à quo Anima directè originem repetit. Ne mihi in memoriam revoces, alium esse hujus & illius casum gignendi. Nam Deus aliter longè generat, ac creatura. Nec mortales tantum Philosophi, Verùm & Genii immortales ita Deum appellant, ut Tiberii imperio, quo mortuus est Christus, audire fuit. Palam enim ex vicina insula legentibus littus Neapolitanum, & clara voce, ut omnes exaudirent, nunciatum. Plutarchus scribit : Pan mortuus est. Quod tàm verè, quàm eruditè Crinitus, de Christo Filio Dei interpretatur. Et hinc magis liquet, quare sub porta. Jambe sedeat. Sumus enim ut præclarè Socrates apud Platonem, in hac vita à Deo, veluti abs Imperatore, in statione collocati quam ne deseramus, aut prodamus hosti, à Mysta admonemur : Et tessera instruimur, Religione & custodia.

LXXVII. HIEROGRAPHIA.

Ridet Q. Horatius Flaccus, quos, nescio, oratores, quorum princeps, nomen erat Persio, Brutum solem Asiæ, stellas verò comites salutaret ; sed Romæ, fumante adhuc libertate ridet. Persarum Rex in litteris ad Constantinum Magnum, ut testatur sacra Historia, fratrem se ipse Solis & Lunæ nominat. Philosophi Regem cum Sole comparant ; Quod ut ille ceteris in Cœlo syderibus fulgore præstat ; ita hic ceteros in regno suo potestate antecellit. Deberet fulgore animi, virtute. Mystica etiam disciplina, Sol regem repræsentat. ut hoc loco Solis radiis clariùs nitet. At Symbolon de pluribus est : Non cernuntur & adsunt. Quid tum ? Nam in suo quisque regno solus est Rex ; ut Sol in Cœlo. Et Soles sæpe plures ex repercussu luxere. Quo tempore bellum cum Moscо auspicati sunt, Poloni, Sueci, & Tartari, Holmiæ, quæ Suætiæ metropolis est, & Regis sedes, quinq; Soles cum Aurora sub, tò exorti incrementa, quatuor paullatim sumserunt. Post meridiem decreverunt donec relicto, uni verò, & soli Soli, Cœlo, paullatim omnes evanescerent. Nec plures annos ferè vixerunt, quàm horas apparuerunt Soles. Theodorus Moschorum, Stephanus Polonorum, Christianus Danorum, Joannes Suecorum, qui fato suo Postremus omnium functus est, Reges. Concessò, ut Cœli ita & terræ imperio, soli, cujus perenne est, Deo. Licet igitur pace Horatii, Reges appellare Soles : Et licet Brutus, regni odio pugnaret, erat verè tùm Sol Asiæ. In quo ferè solo non libertatis modò amor, sed & prisca virtus resplendesceret. Bene est, jacta sunt hujus disputationis fundamenta. In ipsa Symboli verba, veluti ariete nos oppugnarent : Non cernuntur, & adsunt. Sol enim & cernitur & adest. Dicet aliquis, cùm autem abest : qui cernit ? Sed ex fæce vulgi, aliquis. Nam Solis beneficiũ noctu etiam sentimus : & Solem contra tueri Aquila possit, nos non possumus. Maior dubitatio angit me : quo illud pacto ad Reges aut Principes referri possit. Cernuntur enim quamvis nonnulli se subducant quod primus Medorum Rex fecisse abs Herodoto, post à Suætonio Tiberius proditur. Et illi concilianda

fama

fama erat Majeſtatis, ex privato, Regi facto) cùm adſunt: & cùm non adſunt, non cernuntur. Sed me dubitatione, liberavit memoria Cyri, qui Oculos: Dionyſii, qui Aures inſtituit. id eſt, Aulæ delitias, qui omnia ſpeculati referrent ad dominos. De Cyro vult nos Xenophon credere, cognoſcendæ & remunerandæ virtutis gratia, lectos eſſe viros graves ac bonos. De Dionyſio dubium non eſt, quin metus cauſſa, homines pernicioſis populo ſubmiſerit. Nunquam enim bonos laudat hic fucus; ſed bonorum vitæ & bonis inhians (quandoq; enim immittuntur in bona damnatorum) falſa nunciat Principi: & ut veriſimilia faciat ſimilia ſuſpicioni affert. Sub Tiberio & ſucceſſoribus multum potuerunt. T. Veſpaſianus, ſalubri conſilio, memorabili exemplo ex aula, ex urbe, ex Italia, in Inſulas deſertas deportari juſſit: in quoſdam ſeverius animadvertit. quanquam nihil tam atrox ſit, quod non delatorum ſcelus ſuperet ac vincat. Sejanus Tiberio, Plautianus Severo, cùm his artibus occupaſſent animos Principum, nequaquam levium, pænè, cum vita, imperium ademêre. De his fortaſſe ſatis. Iam enim intelligo principes adeſſe, etiamſi non cernantur: Hoc autem nobis propoſitum erat, non ad illuſtrationem Solis ad ſententiæ.

LXXVIII. HIEROGRAPHIA.

Sive roborarium, ſive vivarium mavis, circumſeptam cervam vides: & jam non parturientem, ſed parientem ferè. Quod non minus mirere, audis: A ſemitis impiorum elongor. Quæ enim dicti & ficti ſymphonia? ſenſim ſodes. Plinius narrat cervas partui vicinas, à ferarum latibulis ſecedere, ad non ſemitam, ſed propinquiora ſemitæ humanæ. Et hanc naturæ ſolertiam, malitiam appellat. Mihi videtur prudentia ex maximo diſcrimine, ſi omnia circumquaque periculoſa & infeſta ſint, in minus ſeſe conijcere. Hoc naturæ inſtitutum cerva ſequitur, in vivario etiam, cum pluribus feris incluſa, eadem de cauſſa; quod hoſtium ſuorum omnium, Homo placidiſſimus ſit: & non internecionem gentis, at uſum quærat. Quemadmodum igitur cerva partui vicina, cùm ſibi, tùm hinnulis conſulit; ita nos parturientes aliquid, vel Deo ad gloriam, vel conſortibus ad ſalutem. honeſtamne voluptatem, feros & intractabiles animos effugere, aut ſaltem vitia (contactu enim omnia fœdant) convenit enitare. Qua in re, quod nobis cum Salomone conveniat; non ero longior. Lucem enim non orationem quærimus. Comparationem Gentis aut Hominis, quivis ſecum inſtituat, ſi quando uſus feret. Ego offenſam omnium, quantum in me eſt, exemplo cervæ declino.

LXXIX. HIE

Cardinales S. Rom: Ecclesiæ.

Raphael Riarius presbyter Card:
S. Georgij.

Joan: Baptista Cigala. Genuē: Diac:
Card: S. Clementis Epis. Perusij.

Zacharias Delphinus Venetus presb:
Card: S. Eustachij Epis: Iauriensis.

Alexander Campegius Bononiē: presb:
Card: S. Balbinæ.

Joan: Franciscus Gombava Diac: Card:
S. Hadriani Epis. Prænestinus.

Stanislaus Osius Presb: Card: S. Cle:
Epis: Warmiensis.

LXXIX. HIEROGRAPHIA.

De hoc remo & orbe terrestri P. Iovius prudenter. Nam Mystam vanitatis damnat. Magni animi fuisse non negat. Sed ut in magnis animis, inest plurimum, insana & infinita gloriæ cupiditas; ita Riarius ad conata sua magna innuebat sibi opus esse gubernaculo orbis terrarum: quod tùm magna parte Pont. Max. gubernabat. Ostentui igitur omnibus fuit, Leone X. Pontifice salutato. Acut proni sumus in ruinam, si quando labi incipimus; ita hac spe cadens, cum Petrucio conjuravit. & exutus fortunis relegatus est Neapolim. Neminem libens perstringo: maligni enim animi est: & carere debet omni vitio, qui in alterum convitiis debacchatur. Nunc Iovium sequor, si non eloquentia; modestia. Et ex re tàm litteraria, quàm publica est; in Hierographia, ut Historia diversa exstare monumenta rerum; ut habeas, quod sequare, quod vites, Paullò antè per Soles, Princeps Mystæ prudentia, nobis sistebat præsentes, etiam absentes. ne cui maledicere mus Principi. non quod liceat maledicere privatis; Sed quod illud plerunque periculosius. ut ut (Iulius Cæsar dicere consuesset) In libera civitate, debere liberas esse hominum linguas. Nam etiamsi fuerit libera; fit serva, uno rerum potito. Certè non diu fuit, ut Tacitus non tacet, quin inter crimina Majestatis, quas non fuisse cavillationes ostendit, referretur. Nunc Mystæ vanitas, Dei metum acuit. Fastum enim Mansuetudo illa aversatur, ut exitu vanæ de se opinionis Riarii declaratum est. Nam à tanta dignitate, in tantam indignitatem divinitus incidit. Ac ne quis fortuitò omnia evenire, vaniori ore contendat; ne sententia Herodoti quidem Deus finit nos φαντάζεσθαι. Sed ut summa quæque ferit fulmine; ita magnos spiritus comminuit, & pessumdat consilia superborum, arrogantiumque hominum. Hoc omni seculorum memoria observatum. procul à casus temeritate, ad legis certitudinem accedit.

LXXX. HIEROGRAPHIA.

Mysta natione Ligur, in mari etiamnum versatur animo, ut difficile est patriæ, & quibus à puertia assueveris, obliviscì: Licet Romæ versaretur. Non tamen mare tantùm animo subjectum Ligusticum illud; sed omnia maria, omnes regiones, imò Oceanum habuit cum terrarũ orbe universo. Quod certius videbimus, si loquentem audiemus: En curas hominum. Non enim has tantùm notat, quas notat. Sed ut nautæ, vitæ prodigi se & sua omnia, sævissimis & infidissimis, Mari ac Vento exponunt, lucelli caussa; ita lucri, imò detrimenti, exitiique gratia pericula maritimis longè majora, & terra & mari Mortalium multi quærunt. Prætervehamur Piratas, qui metuentes, ut metuendi, classibus mare infestant. Evitemus Prædones, qui vias obsident. Quid Annibal per Alpes quærit? aut Alexander petit terra, mari? Gloriam. si ita appellari debet, assentatio familiarium, & stupor imprudentium. Leander de specula se præcipitat. Amoris ergò Fabulosum est, sed nihil verius, quam hujus vanitatis caussa, multos & in aquas & in flammas incurrere. Nullus enim est ulli terminus cupiditate aliqua enormi, quæ modu nescìat, semel inflamma-

to. Ambages faceſſe. Eadem fidelia omnes, ſive terra, ſive mari victitent, Myſta denigrat.

LXXXI. HIEROGRAPHIA.

Vel ex hoc apparet, Deum eſſe ſolum, qui hæc omnia condidit, continet & gubernat; quod ceteris ſua ſint oppoſita: varietas enim naturam colorat, & diverſitas conſtituit. Si omnia eſſent aut idem, aut unum; non eſſet hæc rerum ſeries, varietate delectans, multitudine ſatis faciens, copia adimplens. Luci tenebræ repugnant. & tantùm audet, quod nihil eſt; contra id, ſine quod nihil eſt. Quæ diſcordia nobis concordiam conciliat: nox enim dat conſilium; & feſſos diurno labore artus, nocturna quieti reficimus. Hæc pro Deo, contra impietatem noſtræ tempeſtatis. Nam ſi Natura nihil facit fruſtra; nihil Deus absq; providentia. Quod ad Solem hic inter nubila reconditum attinet; ad depellendam de animis caliginem ſpectat. Quemadmodum enim nubes denſæ Solem abſcondere nonnunquàm poſſunt, nunquam verò tollere; ita & virum bonum ac conſtantem, premere multi & multa poſſunt, ac ſolent nihil, nemo opprimere. Cùm ut ille ex nubium atrocitate; ita hic ex ærumnarum varietate tandem erumpat, Ac quod in Sole cernimus, nitidiorem ſe ipſum exiſtere, ubi ex tenebris illis emerſerit; idem in viro bono animadvertimus. ſe ipſum majorem evadere, exercitum ærumnis. Nam ut iſtic fulgor aliquamdiu repreſſus, & in ſe coactus, clarior ærumpit; ita hîc virtus deſpecta quodam tempore & compreſſa, ſpectatur illuſtrior: ipſaq; honeſtiùs attollit caput.

LXXXII. HIEROGRAPHIA.

Serpens per pyramidem humo ſubvehitur, & jam proxima faſtigio eſt. Res, quæ in oculos incurrit; non indiget demonſtratione. Si modò ſerpens hæc eſt, & non ſerpens virtus, non obliquo, at recto gradu. De virtute enim quæ per ardua & magna auſa inclareſcit Myſta interpretatur. Sed Myſtica traditione ſerpens denotat Prudentiam, quæ eſt ſpecies virtutis. Nihil obſtat noſtræ ſententiæ. quod τὸ ἡγεμονικὸν gubernet, ſociarum non ſocia, ſed regina ſit. Sed qua de cauſa per Pyramidem? Quod hæc ignis figuram, unde & nomen accepit, referat: Ignis autem cœlum petat. Noſtra autem Pyramis eſt S. Spiritus, qui propter vim Amoris erga nos, refulſit igne clarior. Hunc ſi mutuo amore circumplexi ſequeremur, terram calcantes, teneremus cœlum. Et quid mortalia tantùm quærimus; ſi non eſt mortale, quod optamus? Mittenda terra eſt, quæ tamen amittenda: cui propoſitum eſt in terra nomen immortale: in vita immortali, vita non tantùm perennis, ſed & beata. Animadverto, per Deum rogo, quàm paucis multa percipimus: & quàm utilis ſit, quæ ad voluptatem modò comparata exiſtimatur, Myſtica doctrina. Me profecto nec piget, nec tædet inchoati laboris quanquam amico ingenioſo, non meæ famæ propoſitum inſervire.

LXXXIII. HIEROGRAPHIA.

Quem vomerem appellat, M. Cicero, dentem uncum nominat P. Virgilius,

gilius. Non verbum expono; sed hic mihi magis rem in medio ponere videtur: ea enim forma est, aratri ferrum, in burim insertum, quod liras ducit. Hoc autem ferrum, ut quodvis aliud, usu splendescit. Aratri tamen ferrum sive momerem, sive Dentem uncum mavis, Mysta sumsit: quod hoc ferro nullum sit justius, & Porsenna omnem alium ferri usum, præreptum voluerit Populo Romano. Stivamné ergò tractabat, aut colebat agrum? Nec enim Reges Persarum, aut duces populi Romani abhorruerunt à re rustica. Non opinor. At in liberali ocio, liberalia studia confectans, à cultura agri, similitudinem trahit, ad cultum animi. Et cùm se consolans, tùm alios docens, exercendum esse ingenium, convincit. Nam si ferro durius aut obtusius sit; tempore miteseit, & ut ferrum, splendet. Et fortasse non ingenio solùm operam dabat, sed & corpus curabat. Quod Plato vult Musica & Gymnastica. Cùm enim alterius indigeat ope, in eo commercio alterum corpus efferatur, neglecto ingenio: Et rursus ingenium se perdit, si negligat corpus. Longiùs etiam comparatio derivatur. Nam ars atq; disciplina omnis, præter naturam & artem, exercitium requirit. Quo laudabilior Mysta qui re facili & trita, rem difficilem explicat: Et ab ocio vagum militem ad castra: Luxuriosam pubem ad studia: Ignavos opifices ad opus, & ad suam quemq; officinam. Quod ne illi quidem, qui istos regunt, ulla ratione vel oratione possunt, paucis verbis, si quidquam sapiunt, revocat.

LXXXIV. HIEROGRAPHIA.

Quis hic cervum sublatum humeris, & quò portat? sive socius Ulysses, sive Aeneæ, ad navim. De alterutro autem, aut utroq;, hic enim illius personam induit, cogitasse crediderim Hosium: Vir enim omni politiori litteratura fuit excultus; dum imaginem funderet. Si non memoria natalis Soli & venationis Polonicæ species aliqua, animo obversata est. A sententia viri nihil abhorret. Nam onus; quod humeris grave susceperat, animus grandior suave faciebat. Nihil sanè erat tàm grave aut difficilè, quod Christi amore aut studio Reip. detrectaret. Quocirca nullus venatorum, quamvis non modò voluptas, sed & necessitas huc impellat, ita exsultat, inter latrantes: Et quasi gratulantes victoriam, parta præda canes; ut vir bonus & pius oblectat se rectè factorum conscientia. Non ignoro Herculem cum cerva, cujus æreipedes fuerint, & cornua aurea, Luctatum esse. Habitabat in Mænalo. Cùm autem nollet interimere, ne violaret Dianam, cui sacra erat, cursu annum totum fatigasse: Et effugientem ad Ladonem amnem, jam jam tranaturam comprehendisse, Mycenasq;, quo jussus erat, humero deportasse. Sed hujus ante exhibita suo loco facies est: Ego autem varietate lenio fastidium, nausea non onero. Et hoc loco, feræ moles, succolantis faciem abscondit. Iam Valerius observat ruminandi vim significare pietatem, & studium angustioris doctrinæ: Bifidum verò scientiam discernendi, verum à falso, justum ab injusto, pium ab impio. Est autem Cervus ungulâ bifida, & illa facultate ruminandi præditus. Quare & Hercules sit Mysta, quod sacra susceperit, non profanarit. Et sit cervus, vel sustinens molem Cervi, quod pietate juxta atque eruditione, nulli fuerit, in angustissimo illo orbis terræ concilio secundus.

Cardinales S. Rom: Ecclesiæ

Georgius de Armiaco Gallus presb: Card: S. Crucis in Hieru: Epis: Masill.

Nicolaus Fliscus presb: Card: S. Mariæ in Aquino.

Frater Vgo. de Verdala Presb: Cardinalis et Magnus. Magister Equitum Militensium



Aloysius Venetus Diac: Card: S. Theodori. Miles Hierosolimitan'.

Franciscus de Mendoza Hispanus presb: Card: S. Joannis.

LXXXV. HIEROGRAPHIA.

Magnus Myſtæ animus. Licet enim generis ſplendori adæquaſſet honoris ſummos & illuſtres gradus, Altiora, inquit, peto. Quæ amabo, Præſul Maſſilienſis, Cardinalis Romanæ? Si Armeniacorum gloriam militarem, quid Deo te manipans, repudij libellum, miſiſti inſtituto Majorum? Si Pontificiam dignitatem, Deo te, à quo illa dependet, & ſpem tuam permitte. Multi olim peregrinorum, id faſtidii attigerunt: nec jam, ſi meretur Roma eſt, exteræ inimica virtuti. At mihi videre propius ad faſtidium honoris Mundani, quàm deſiderium veniſſe. Nam cum altiora non ſint, his, in quæ natus & cooptatus es, in terris; petis haud dubiè, quæ infinita ſunt, alto & ſublimi loco in cœlo. O te beatum, & vel hoc loco, omnibus majoribus majorem. Quid enim majus, quid grandius, quid ſublimius, vel iſta ſpe, vel hoc animo? Diſcamus æmulari principem virum; & qua avellimur, humo tollamus, ad cœlum, quo innitamur, oculos. ubi vita immortalis, quæ hìc mortalis: ubi vera quies, quæ hìc nulla: ubi ſolida bona, quæ hìc fluxa. ubi denique tanta fælicitas quantæ hìc ærumnæ, Pia oratio, inquies, Et tempeſtiva, inquam, ego. Myſta enim arborem ſibi proponit: ego nobis arborem inverſam, ipſum Myſtam, quem nobiſcum Deus, in cœlum erexit: & oculos ſtupentes rerum miraculo, fixit polo. Arbores ſpectare, quæ neſcio quo genio ad cœlum enituntur. & inter has aut Robur, aut Abietem, quarum hæc proceritate, illa pollet robore, hominem tantillum. imò altiora ſibi promittere, his, quæ caput inter nubila pœnè condunt, ridiculum videretur: ni obviam itum ſtupori eſſet. In confeſſo enim eſt, Animi magnitudinem, longò majorem eſſe: qui non tantùm nubes ingreditur, verùm & in cœli regiam ſeſe inſinuat. dignus cùm ſpectet ac rimatur omnia, quem omnes ſpectent. Divinæ enim eſt ô Homines, non humanæ facultatis.

LXXXVI. HIEROGRAPHIA.

Qui præcipit, Avia ne torſeris, ſaluti noſtræ conſulit. Si enim quiſque ſuum munus obiret modò, nec à via honeſtatis deflecteret; maxima eſſet domi fælicitas, & in civitate pax. Nunc cùm alter in alterius poſſeſſionem. officinam, functionem involat: & pauci ſuis contenti vivant; forum clamoribus perſtrepit, ex foro in aciem deſcenditur, & homines non humana lege, controverſias dirimunt. Hæreat igitur hoc nobis infixum pectori Symbolum: &, cùm res, noſtras agimus, ne attrectemus alienas. Honeſta oratio; ſed qui convenit, cum Symbolo Hierogrypton? Utinam nobis inter nos ita conveniret. Viperæ virtus vel functo. & malo hercle, quàm uſu, cognoviſti. At illud virtus, ſua arma, hoſtis perniciem, vipera evomit, congreſſura cum Muræna ut Oppianus lepidè ſcribit. Cardanus etiam putat Viperas, quæ aquis habitant, parum habere, aut nihil veneni. quod non ſuo loco ſint, haud dubiè. Nam Hydrus, non quod in aqua natus minus habet veneni, ut Plinius docet. Sed Vipera in nexu eſt, inquies. Eſt ita: ſatis enim vinctus eſt; qui inermis eſt. Qua de cauſſa ſatis mira-

ri nequeo, eſſe homines, qui audeant non tantùm ſentire, verèm etiam dicere, imò ſcribere & poſteris prodere: non eſſe bello decertandum, cum Turcis. quaſi in noſtra manu pax foret: & non Barbari tantùm vellent, quantum vi tenere, atque occupare poſſunt. Non eſſe arma, niſi piè & juſtè, contra ullum: adverſus potentiorem, niſi neceſſario quoque ſumenda, concedo. Ergò cedam potentiori, ſi digitis concrepuerit, ut mancipium hero? aut impia, injuſta faciam imperata? ſtomachor, non fateor Turcas in ſervitute potentiores eſſe Chriſtianis à Deo, Europeis Natura liberis. Dum nos continemus nos, intra cancellos noſtros juſta etiam & prudentia, non temeraria arma ſtatuo. Verum ſi Turca exorbitat, hac via, ut Vipera, in plagas incidet, dices. Haud abre. Sed viros providos & fortes, non aliena, at virtute ſua, armari video. ut, quidquid ſuperat, in lucro ponendum ſit: non dandum hoſti, ut nos fallat: ſocio ut decipiat. Ponendum in virtute noſtra, quod opponendum fallaci ſocio: hoſti importuno & ſemper moleſto, Ita jus magis laudatum eſt, quàm tutum.

LXXXVII. HIEROGRAPHIA.

Apologus Æſopi eſt, puerili etiam ſermone tritus: Gruem, cùm aliquando ad vulpem divertiſſet, ſæpius innotata, abiiſſe jejunam, quod callidus & avarus hoſpes, in Lancem, unde ſorbere illa non poſſet, omne prandium effudiſſet. Patienter qui fert, cumulate refert injuriam. Vulpes igitur eſuriens, cum ad Gruem pòſt veniſſet, propere illa ſuccincta lumbos, ſedere juſſa, apparat cibum: ac fluitantem jure in Bóbilio apponit. &, quin admoves manum, Reinalde? inquiens, nùm quæ de veneno, tibi ſuſpicio? Pone metum, ego prior, labra admovebo. Dicto citius, roſtrum per os anguſtum ingerens, totum, rigente Vulpe, exorbuit. Sic fraudem fraude compenſavit. jure. quod talionis non injuſtum eſt imò juſtum cretizare cum Cretenſibus. quemadmodum Romani dimidium navium cum Rege Vertumno pacti, ſecari omnes juſsère: & Regem tota claſſe exuerunt. Quamobrem vera virtus, non modò laudatior, verùm etiam ſecurior eſt, ne quis decipere malit, quàm vera virtute laudem capere. Nam latere aliquandiu poſſumus. Tempus eſt, quod ut colores Sol, adventu omnia diſcriminat. Cæterum dubitarit non. injuria quiſpiam, quid fabellarum ſcriptor, vel inventor potius, cui nemo ſe poſſit, ad hanc uſque tempeſtatem adæquare, gruem cum vulpe commiſerit, quos neque Plinius ut opinor, qui de amicitia & inimicitia animantium, jucunda & ſtupenda ſcripſit, neque alius antè ſimul in ſcenam adduxit. Quod vulpinam ſolertiam, malitiam quandam; gruis verò, propiorem prudentiam judicarit. vulpes enim dùm alienæ ſaluti inſidiatur, ſuæ obliviſcitur. Grus contrà citra aliorum injuriam, in rem magis publicam, quàm ſuam incumbit. Nam ſi quod eſt cum Pignæis duellum, pro grege eſt: & apertum eſt. Vulpes pro ſe tantùm ſingulæ agunt, & ex inſidiis tectæ latebris nocturnis plerunque agunt. Non igitor bruta animantia exhibet, ſed malitiæ prudentiam: & viro vafro, virum bonum, candidum, apertum ex diametro, in clariſſima lepidaqúe imagine, eleganter opponit.

LXXXVIII. HIEROGRAPHIA.

Sive ventus ſit aër motus, ſive, quo cœlum reſonat, & tellus verrit, alia ſpiraculi definitio; nihil hoc loco ad nos. Ventos fuiſſe obſervatos olim tot, quot ſunt plagæ cœli, notum eſt. Et paullò poſt totidem ſeſe inter latera ingerere obſervatum. Hi orbem terrarum hîc fetiunt. Licet totidem pòſt, non orti, ſed notati quos diligentior obſervatio jam duplicavit. Quod autem finiunda ſint omnia, & hic nullus ſit finis: Quidam enim 64. ventorum genera introducunt. quibus ſi jeſſerimus, erunt etiam, qui plura, maneamus intra cancellos ſculptoris. Una ruunt diverſi cœli regionibus, & in terram incumbunt, eodem impetu ac tempeſtate, pugnantes inter ſe venti. Nec octo ſoli, ſi placet, ſed quotquot habet in poteſtate Æolus, Mares & Fœminas (ſexu enim diſtinguit Homerus etiam) terram verrant. Ferunt ſata evertunt teſta, tentant ſublimia, quatiunt cavernoſa fortaſſe. Terram loco non movent, non ſolvunt cardine, non ſubvertunt. In quæ dùm intueris, ventus haud aliud ſimul facere videris, quàm ſervitia. dum vel pavimentum, vel cavedium verrunt, quædam hîc ſubmoventia, iſtîc exſtirpantia. Suo relinquunt terræ globum, ut. ſcoparii, domum loco. Et hoc eſt, quod Myſta dicit: Semper immota. Tellus ſcilicet. Quid novi aut inauditi dicit? inquies. Fuêre olim, quos etiam bella ingenia nunc ſequuntur, qui contendunt terram moveri, cœlum ſtare. quod hoc dignius ſit quiete ſuperûm. Quod autem nobis moveri videatur cœlum, non ſecus evenire; quàm qui navi vehuntur: quibus videtur moveri terra. His igitur qui fidem facere velit, noſtræ ſententiæ; ea nova apparebit, & contrà erit argumentis pugnandum. Cum ejuſmodi ingeniis, negotium nobis non eſſe, ſatis ipſe ſcio. Non tamen repudio veterem Myſtæ, quod vera, ſententiam. Sed quod probata vulgò hominibus, facile ſino me, gnomikῶς admoneri conſtantiæ. Si enim immota ſtat tellus, tot ventis, tanta conſpiratione, imperita; quid facere & pati Mentem decet, in Deo, longè firmius, quàm terra eſt centro, fixam? Nam facere honeſta & pati æquo animo, æqua & iniqua: ſecunda & adverſa: læta & acerba. multò præclarius eſt, quàm ventis obluctari.

LXXXIX. HIEROGRAPHIA.

Conſiderate Lilia agri. Quis hoc præcipit? qui condidit. Eſt profectò Natura ſpectatu digna: & ſingulæ eius partes dignæ admiratione. Nihil enim eſt in toto, nihil in partibus, quod non referat Majeſtatem Conditoris. cùm utrobique ſit materia, Forma: &, non Privatio, ſed unio utriuſque. Non evagabor longiùs, ex quo ſubjecta oculis Lilia habemus. Quid enim non conſiderem? quæ rudimentum Naturæ, Lilia facere condiſcentis, flos naſcens per frutecta, convolvolum nominat Plinius, perquam ſimilis colore, non odore, antecedit? quæ facta, Ars æmula Naturæ, inficit & tingit: altiùs condit & citiùs tarduſque producit? Roſis nobilitate cedant, aras, ut illæ decent. & proceritate omnes ſuperant flores. Candor eximius eſt folia ſtriata foris, & ab anguſtiis in latitudinem calathi more, paulatim ſeſe pandentia, reſupina per ambitum,

labra,

labra, ſtamen tenue & croceum. Eſt & rubens lilium quin & purpureum. ne roſis colore cedant. Narciſſum vocant majoris, ſed unius bulbi. Ita quædam, ut niſi ſumus, de Liliis quæ oculis patent, conſideravimus. Penitiora Naturæ, & devinctus inſita, promit Galenus. Ac quidem, quid Naturæ & pactium conſideratio, ad rem afferat, ceperam dicere. Quæ quod generica, & ab omnia, ratio pertineat; exploremus nunc, quæ peculiaris cauſſæ ſit Lilia agros decentia, contemplandi. Oblectant oculos, & profuſo odore, nares quoque demulcent. Sed dùm ſenſus titillant, quo ſenſu ad ànimum tranſeunt? Numinis reverentia perfuſos. deſperare vetant egenos: luxuriare divites. Nam cum Liliorum divitias adæquet labore nemo; quid hi ſe efferent? aut iſti immoderatè ferent fortunam? quam potens rerum dominus ſubitò mutare, & ab his ad illos transferre poteſt? nec rarò ſolet? Magnum & dictu manis in utramque partem, ad confirmationem animi, nunc nimium torpentis, nunc pariter laſcivi, momentum.

XC. HIEROGRAPHIA.

Quid in mentem venerit Plinio, & qui hunc ſecutus eſt, Galeno, ut ſcriberent Viperarum catulos, per matris viſcera in Lucem emitti; Matthiolus comperit uſu veritatem, & catulos, cum præclara genetrice incolumes deprehendit. quemadmodum ante Apolonius Tyaneus. Nec Ariſtoteles ſcribit viſcera perrodere, ſed membranam qua in utero matris obvolvuntur, ut citius in lucem prodeant: illa enim ſingulos ſingulis diebus parit. vulgatam fabulam ſecutus eſt Myſta, quod vulgo & ſcenę ſerviat, volenti magis nova, quam bona: amanti minus vera, quàm veriſimilia. Et attonitis miraculo rei: quid enim indignius quàm ab his perimi, quibus vitam dederis? ſententiam occinit, plauſibilem & veram: Ingratis ſervire nefas. ut ſentiamus, quid ſentiat. quemadmodum videmus, quod commonſtrat; Parentum ergà nos merita recolamus primùm: à quibus deindè parentum indulgentia habiti: poſtremò omnium, quibus aliquo beneficio devincti ſumus. Sic ſcilicet, ne infanda faciamus: nobis prima erit cautio. Proxima erit in delectu, his famuli: illis domini, omnibus amici. Multum enim hìc peccatur. & fit, ut infanda patiamur non, quibus malefecimus, ſed in quos malè beneficia contulimus. Eſt quidem de omnibus benè promerendum, quod homines ſint. quanquam vir non imprudens benefacta, malè collocata, malefacta exiſtimet. Sed videndum quibus cum poſſimus coleäſcere: & in interiorem familiaritatem tranſire. Sunt enim homines invidi, maligni, ingrati, in quibus nihil eſt hominis præter formam. & hæc vel pilo rufo, vel facie aduſta, vel felle perfuſi, vel corde aſinino, vel fronte canina, vel aliqua denique alia nota notı. & deformati, Ab his mihi cave inquit Myſta. Nam ingratis ſervire uti noxium, ita nefas. Quid enim hoc aliud eſt, quàm ſalutem ſuam, quam nobis natura tantopere commendavit, prodere? Nero non pepercit parenti: Nec hercle Lenas patrono. aut Brutus Cæſari, à quo etiam hæres eſſet ſcriptus. Tam intractabiles hominum animi ſunt,

ut cavere nobis jure debeamus. Principes inprimis, quibus ejuſmodi ſerpentes ſimulatione quadam obrepere conſueverunt. Quod ipſos non latet. Sed ut ſcabie ſua quisque, ſuo malo delectantur. & Scriba tamen, proditis Thebis, ut Plutarchus narrat, potentiam Spartanorum diſſolvit : & ſcriba Gambacurtaon Piſarum, ut Macciavellus ſcribit, dominatu, dominum ſuum ejecit.

Cardinales S. Rom: Ecclesiæ

Hieronimus Palmerius presb: Card:
XII Apostolor: Archiep: Barén:

Innocentius Cybo Genuens: Card:
Diac: S. Eustachij S.R.E. Decan:

Innocentius Cybo Genuensis Diacon: Cardi:
S. Eustachij S. Rom: Eccle: Decanus

Georgius Dvrascouitus Hungarus Presb: Card: Archiepis:
Colocencis Epis. Jaurien: et regni Hug: primas.

XCI. HIEROGRAPHIA.

Quod fasciculus Palmarum revinctus benè sit ; benè est, Mortalium enim nulla ita colligantur. Inder prudentes & fortes æmulatio quædam est. ne dicam odium. Si temperantes inter, sopiti sunt affectus, vix potest esse affectio. ut soli relinquantur ex bonis & virtute præditis justi, quorum idem sit velle ac nolle, perpetuum ac constans, De malorum & flagitiosorum conjunctione, superfluum est. ut verba faciam. quippe quæ conjuratio sit, non amicitia. Sed ubi tot simul justi ? quo loco ? qua in civitate ? imò quando ? & qua tempestate? unus multis seculis, nomen Justi meruit: & nescio, an meruit. Quod si tot sint Justi, quod Thebarum portæ, & hos ramos numero vincant ; succidendi non erant rami palmarum. Nec enim truncati florent. Tantum abest, ut fructum ferant. cum ipsa arbor decerpto cacumine sterile sæat, ut usus Plinium docuit. Ita nobis prima facie videtur. Intuentibus verò pœnitius in animum Mystæ, quem credibile est, nihil temere nobis finxisse, aliud longè, necesse est apparere. Superat enim. Justicia, ætate Palmam. Temporanea sciliçet hujus vita est, illius æterna. Aut quid injustius esset, Justissimo rerum conditore, eodemq; gubernatore? si non alius esset flos, aliæ fruges Justi, quàm Palmæ ? Nam Justi in plerumque in hac vita, quæ Palmæ, nobiscum coæva est, torquentur, affliguntur, enecantur. Taceo de Aristide. ἄριστος omnium Christus, in perpetus ærumnis vixit & mortuus est in cruce. Qui Christum verè sequuntur, hos quanda invidia sequatur, imo comitetur ipsos Christianos inter videre est. Nam sub Paganis, tàm clade sunt, quàm pietate insignes. Excipit igitur alia hanc vita. de qua dubitent scioli. Senssere fortiter Pagani. Xenophon, Plato. alij. Sed Principes notasse, utrumq; Socratis discipulum, satis est. ut igitur ramis Palmæ succisis, suum decus manet; ita justos fruges justiciæ manent suaves & sempiternæ.

XCII. HIEROGRAPHIA.

Quod cribrum Cicero, in cerniculum Plinius nuncupat. ego neminem doceo. sed quod à cernendo, hoc dictum sit; & hìc, ut cernis, & audis, bonum à malo secernatur. Ex pertusa membrana, ut nunc, olim fiebat. Ex setis equinis Galli invenerunt. quod nec debui præterire : Video enim setaceum cribrum. Quos tedet vocum, quibus tamen sine, animi sententia, incommodè & insulsè exponitur; ad rem animum convertant. Quemadmodum enim pollinem cernia furfurum videmis recrementis; ita à bono malum discernamus, ne rerum confusione, offendamus, decet. Est autem distinctio pœne facilior. Nam ut hìc recrementa, motu defluunt ; ita ne mota quidem, intende aciem modò, abeunt pravà in ventos, falsa in favillas. Sunt qui nobis fucum faciant, & subrepant blandiendo. Sed, crede mihi, nullus nos deciperet, ni captos amore exitij, & perniciei nostræ. Aliud nomen, quo vetita appellem, concinnius non reperio ex tempore (Quàm benè non dico : quàm citò scribam, scio. quod ipsa præceps dictio indicat fortassis) Nam nos nisi bonum à malo separamus; ut illud sequamur, hoc vitemus ; incidemus in manus, tàm

ſeveri judicis, quàm nunc mitis patroni: qui cribrat diligentius: & malos in perniciem ſegrégat à bonis & beatitate æterna.

XCIII. HIEROGRAPHIA.

Cinyra Agriope filius, præter alia, invenit incudem, ut Plinius, rerum aliquot inventores ordine recitans, commemorat. Eſt autem moles illa, in officina ferraria, ſupra acmothetam, in qua ferrum tunditur, non vanis ictibus, ſed ex quibus, vocum modulatio, ſi, quidquam credimus priſcis nata. Transfertur ad alia. ut verſus malè tornatos, quos Horatius incudi reddit: orationes, quæ Ciceronis vim ſine follibus & incudibus non ſpirant. Myſta hic ad animum transfert. aut quæ animi decora ſunt, fidem in perſonis, conſtantiam in rebus. Atque hoc mihi loco magis placet, quàm alterutro iſtorum, vel utroque iſto. Nam ſi ſcitè loqui aut ſcribere, in laude & pretio eſt; quantò laudabilius facere? non addo pretioſius? Virtus enim ſeipſa contenta eſt: & viro bono longè ſonantior eſt, conſciétia rectè factorum, quàm ullius amphitheatri vel conſonantia vel frequentia. Regi gravi & inconcuſſæ verbum plenum gravitatis Myſta adæquat: Durabo. Magno certè & intrepido animo, eum eſſe convenit: qui in tantis fortunæ injuriis: hominum inſidiis: naturæ neceſſitatibus, conſtat ſibi: nec de gradu viri boni & conſtantis vel hilum poteſt moveri, Et eſt quidem hujus magnitudinis magna pars in affectione animi collocata. quàm conditio rerum humanarum in medio poſita confirmat quidem; Sed Deus inprimis, à rebus caducis ad æternas revocans: & in his ipſis ærumnis, non rarò, imò quotieſcunque nobis expedit, ſubveniens.

XCIV. HIEROGRAPHIA.

Quoties dicendum eſt, Solis imagine, Dei Majeſtatem à Myſtis exhiberi? Certè nec obeliſcus, recens eſt conſtantiæ animi figura. Quemadmodum igitur dies eſt, quamdiu, ſupra axem noſtrum, ab ortu ad occaſum decurrit; ita ſine fine erunt, & quidem beati ac felices verè, quos Deus, Sol miſerationis, colluſtrabit. Non enim ut Sol oritur, & occidit; ſed radios infinitæ bonitatis ſemper diffundit. Quid igitur inter mortales immortalia ſomniamus? quæ in ſuperûm ſede, ſi ſapimus, nobis certiùs poſſumus polliceri? Non eſt nomen contemnendum, aut omnis de fama abjicienda cogitatio eſt. Fama enim nominis, incentivum eſt virtutis: & qui quid de ſe homines ſentiant ac loquuntur, omnino negligit; non tantùm profligati nominis eſt, ſed & vitæ morumque. Sed famæ gratia velle omnia, hominis vani eſt & futilis. Ab aura populari, res ad certius judicium traducenda eſt. Et non hoc agendum ſudandumque, qui placeamus populo; at qui non omnino nos improbet Deus. Hac via non nomini modò decus, ſed & animæ ſalus paritur. Quamobrem qui ſine fine es, Deus; ſis propitius, & adſis nobis perpetuus, ut poſthac (ſatis enim peccatum eſt) omnia ad nominis tui divini gloriam referamus: & Majeſtatem tuam unanimes, in cœli regia, continuo & perenni encomio collaudemus.

XCV. HIEROGRAPHIA.

Amabile columbarum: Turturum etiam fidum conjugium. Opus non est verbis, in re sermonibus vulgi etiam celebri. Juvenilis igitur amoris, aut furoris veriùs, id erit Hieroglypton: hoc verò thori maritalis. Quid cum connubio, Mystæ, viro cælibi? Non connubium ipse curat duorum in lecti societatem consentientium; sed curæ est Pannoni, patriæ salus. Nam per societatem Turturum, priscam Hungariæ utriusq; concordiam, & hoc nomine tremendam Barbaris intelligit. & plorat divisam Hungariam imperijs: Ferdinando enim legitimo Regi, Ioannes Sepusius se objecit. ut me imò Mystam paullò attentiùs audias, & facilius capias. Iugum confractum. est regnum Hungariæ supere & inferæ, Ludovici morte lugubri & intempestiva diremptum in partes. Licet enim fractum ac divisum sit, justo Ferdinandi, & injusto Joannis imperio; neutram tamen liberam statuebat. quod discordia Principum. portenderet ruinam totius regni. Hæc profectò viam Turcis strauit. ut ferè vitijs nostris vincimur, non virtute Barbarorum. Quid de Hungaria queror? quam Deus Cæsari salvam præstet. labefactat discordia, res totius Reip. Christianæ. De Hungaria quærebar potius. quod sola impetum sustineat: & interpretantum susceperim hoc loco, oraculum verius Drascovitij, quàm Symbolum.

XCVI. HIEROGRAPHIA.

Et hæc Drascovitij est. Illa studium de Repb. hæc institutum benè de omnibus promerendi ostentat. Leonis fortitudo, quin & gradituto, non tantùm fama, sed & usu cognita est. Ac fortitudine quidem, quod se Leoni adæquet, vix quadrupes est. Leo nos gratitudine superat. Ita benè meritis refert gratiam. utrumq; hic ostendit Mysta. primum in Laniena, non quadrupedum modò: alterum in spolijs, quæ velut in triclinio strata vides. Qui animo Leonino omnes & omnia superavit; Christus omnia sua dispersit, & dedit nobis. Ex cæno in hanc speciam subduxit: in domicilio, imò imperio orbis terræ collocavit: cœlum apparuit, & ne quid nobis deesset ad summam felicitatis, se ipse liberaliter, donavit. Itaq; si se, & sua largitur: non aliena, aut aliena, parta injuria, multis passibus Leonem antevertit. Quæ hæc tàm iniquè comparata comparatio? Deus est antè omnem comparationem. ut à nobis attingatur, in similitudinem, non similis consentit. Mysta cujus nomen in aula Cæsaris celebre, vindicat; ab oblivione Tiburtius. Himmelreichius secretarius Hungariæ dignus hoc nomine & munere, quæ à Deo acceperat, imitatione Dei, in consortes generis & pietatis liberaliter distribuit.

Magni Magistri Equitū Rodien: et Militentiū.

Franciscus a Dietrichstein. pręsb. Card: S. Sylvestris Episc. Olmuc:

Frater Fabritius Carettus Magnus Rhodiensium Equitum Magister.

Frater Franciscus Villadum Gallus ultimus Mag: Magister Equitū Rhodiē:

Frater Joannes Valeta Gallus Magnus Magister Equitum Melitentium

PATRIARCHÆ AQVILEGIENSIS etc

Frater Vgo de Verdala Magnus Magister Equitum Melitensium.

Jacobus Grimanus Patriarcha Aquilegiensis.

XCVII. HIEROGRAPHIA.

Inopem me copia. venuſta hercle ſententia, animi ſui liberalitatem explicat Myſta. ſi tamen explicat. Ita pænè prodigus eſt, profuſus in quam vitii enim illud eſt, opum ſuarum. quemadmodum fraudo accepi: non enim ſalutavi internuncium Cæſaris & Pontificis. imò referunt mihi, hoc ipſo momento, quo præmanibus erat Hierographia, duo viri nobiles & litterati. Magna magnitudo animi, ferentis & contemnentis divitias. Nam quibus has fortuna dat, niſi altè radices egerit, mentem adimit. Multi ſunt, qui opulentia ferociunt: multi qui laſciviunt: multi qui profundunt, multi qui abdunt, & quibus eruerunt, reddant viſceribus telluris. Quotuſquiſque rectè utitur? Irritamenta malorum, & inſtrumenta, bona fortunæ ſunt. Nec admirabor in Didreſtenio domi illuſtri: foris claro: duobus citra invidiam, terræ Monarchis probato: florenti ætate & honoribus, dignam quidem tanto animo liberalitatem, ſed raram virtutem? Pomum exhibet, quæ frugum granis rumpitur? Et ipſe non ſua tantùm deſcerpi ſinit; verùm etiam ſe diſcerpi pænè. Tam eſt, non munificus modò; ſed & officioſius? Reip. cauſſa, quot ſuſtinet labores? Benè promerendi ſtudio, omnium animos occupat. Et hæc ſpecies benignitatis eſt, longè ſpecioſior: & magis probata Ciceroni; quàm quæ exarca promitur. Nam hæc præripi à fortuna, quæ dedit, poteſt. ut quæritur D. Ioan. Chryſoſtomus (in ordinem enim redactus eſt) Nec enim appetiverat ſuo commodo lautiorem fortunam; at ut alios incommodis ſuis levaret. Illa, qua magis uteris, eò magis fruëris. Nam Virtus, hoc habet peculiare natura; ut non teratur ſed illuſtretur uſu.

I. HIEROGRAPHIA MAGIST. ORDINIS, RHOD. ET MELITENSIVM.

SIGNUM de columna ex cruce, licet non albere videatur, oſtendit eſſe Ordinis, quem fortiſſimorum militum, Balduinus de Burgo inſtituit, Rex Hieroſolymitanorum. Duces Stratioton ſive Magiſtros militiæ ſecutus & æmulatus Carettus, collabantes res, quantum humanis viribus potuit, voluit inſtaurare. ſin minus, relinquias ſervare. Quem animum, quas ſollicitudines, quod inſtitutum, Canis biceps latrat. Eſt enim canis privigil ædium cuſtos. Ac ne videretur poſſe aut velle obdormiſcere: canibus enim ſopitis, anſeres defendêre capitolium: bicipitem canem finxit. Sed & unum caput ſatis non erat, Barbaris terra marique incumbentibus. Ita ergò animatus ad tuendam ſtationem, frangebatur ſubinde, & animo ſubſidebat, inclementiam Divûm, & Barbarorum vires increbeſcere animadvertens. ut non cæcis omninò, ventus contrà ſpirans, & Draco marinus pænè excenſionem faciens, manifeſtè demonſtrant. Nec enim quæro an ea forma Draco ſit. Alberto Magno potius concedo, quæ ex Ariſtotele & Plinio, ſumit & variat. imò ad teſtacionem immanitatem Barbarorum, indulgeo exaggeranti horrorem penicillo, ſemper cum calamo Poëtarum, libero. Hæc igitur certò videns, ſine dubio, inquit Magiſter, & non abſque gemitu inquit, a-

ctum de nobis est, Socii. ni antiqua pietate Deum leniamus, & veteri disciplina intendamus rem militarem. falsus utinam vates, sed potestas omnis, ut hic gladius, in rota, id est discrimine versatur.

II. HIEROGRAPHIA.

Nihil clarius Sole : nihil facilius Symbolo. Nemo Mystæ negaverit, Solem ubique sui similem. Quid igitur & dicit & scalpit ? de quo, mortalium nemo, quæstionem movet? Ultimus hic Rhodum imperio obtinuit. ut conjectura assequar, dixisse & sculpsisse, ad confirmationem levium, abjectorumque animorum. Cingimur obsidione : tentamur cuniculis : oppugnamur machinis. Dira & dura est rerum & hominum facies. Quid tum Socii ? Non primum jamcum hoste tetro & barbaro manus conserimus. Si non antè angustiores nostræ res ; eò clarior erit victoria. Quò magis à Christianis deserti, quorum mutua odia, amarunt, & armarunt, eò propitium magis, imò præsentem, credere debemus nobis Christum : cujus nutu, tellus & cœlum reguntur : cujus arbitrio regna instituuntur & servantur : cujus postremò voluntate certa, non temeraria fortuna, bellum & pax juxta administrantur. Quid Turcarum ululatu, non tàm hostium nostrorum, quàm Christi ipsius, consternamur ? semper Christus & ubique sui similis est. Nec ita Soli constans est lumen, ut stabilis, eadem, perennis Christo, rerum omnium potestas. Excutiamus, veluti veternum, pavorem istum indignum viris : & benè Christo juvante, vi vim repellamus in causa meliori, & Deo æquiori. Hæc & plura infelicem magis, quàm ignavum ducem, dixisse putatote. Et verè quidem dixit. Nam Deo magis etiam potentia sua constat, quàm Soli Lux. Sed peccata nostra, Deum à nobis abalienavit. Et certè justius in nos, quàm hostes animadvertit, si & nos gravius succensemus nostris, quàm alienis. quando nostri, non nostra faciunt, & nos benè de se meritos, scelerate produnt, aut ingratè lædunt : Nihil hæc ad Hierographiam, sed plurimùm ad salutem Animæ & Reip. Nam de peccatis dolor, animum erigit, animam humiliat.

III. HIEROGRAPHIA.

Jactati talo Rhodii, & solo extorres, Melitam habere tandem jussi sunt ab Imp. Carolo V. Austrio. Nam ut littora proxima Italiæ, erant Italiæ ; ita & Melita cui propinqua Siciliæ. in cujus imperium & tectius dominatus, avo materno successerat. Hæc autem Melita est in cujus specula signum Rhodium cernimus. adversus Piratas, ut alibi & olim & nunc turres erectæ : vel ab advenis, statim, ut omnium rerum quoddam principium est, condita. In quam intuens magister Ordinis, & Rhodum animo nequidquam proponens, dùm alii fundamenta jaciunt, alii materiam convehunt. & in agro sterili, non aureo illo, reliquam spem fortunarum collocant. Nisi Dominus, inquit, ædificaverit domum ; frustra laborant, qui ædificant eam. Desperantis quidem vox non est, quod à vera pietate alienum est ; sed spem in solo Deo, non isto solo collocantis. Nec ipsum aut successores spes fefellit. Hactenus enim societatem Deus tuetur : & insulam ex arcta obsidione eripuit Cipro post amissa, & cum Guleta Regno Tunetano.

IV. HIE-

IV. HIEROGRAPHIA.

Videtur hic, illius ſententiam excepiſſe. Quid enim eſt exorbita excedere, aliud? quàm de via decedere? Vagari? incerto ferri loco? Orbita certe eſt, veſtigium, ut ita loquar rotæ Via autem regia, quæ inter duas orbitas. Cùm igitur dicit Gallice, Non excedens ex orbita; ſupplendum eſt, ut hiulcæ ferè ſunt ſymbola, tuebor etiam in ſterili hac inſula, ſocietatem â Deo conſtitutam, & fidei meæ creditam. Hoc verò eum velle, Rota vel ſtridens in orbita ſua loquitur. Multùm enim refert, quauis in re ſive publica, ſive privata. tueri locum atque ſtationem: nec ſua deſerere, aut aliena invadere. Quemadmodùm ſanè teſtudo domi ſuæ eſt tuta ſimul ac exerit caput, oportuna redditur pedibus; ita oportuni injuriis hoſtium ſunt, qui ex monimentis inſolenter excedunt. ut militaris prudentiæ, virum non tantùm in rebus bellicis ſequendum, verùm & aliis imitandum: & à præclara ſententia laudandum exiſtimem. Non me latet, aliam eſſe ſententiam militis, ætate incauti & ingenio fervidi. Sed tuta magis, quàm ſpecioſa cepto, horrenda, exitu, aut exitio potiùs, viri cordati amplexantur.

I. HIEROGRAPHIA
PATRIARCHARUM.

Alvaries cùm tibia, aut quo eſſe humano ſatis nota eſt. In hæc enim abiit, iſta corporis noſtri ſpecies. Licet robore & ſpecie pollens. O nos miſeros? Aeq; hæc animo Myſta anticipans, Mors, inquit, omnia æquat. Quid vulgata vulgat? aut animo anticipat moleſtiam? Quod Chriſtianæ. quin & humanæ philoſophiæ ſit, de morte meditatio. Natura enim reliqua & à viris bonis ignorari, & ſciri ab improbis poteſt. imò ſcita ſæpius mentem inflat vana opinione, quàm ignorata depravet. Nec natura noſci poteſt, Morte incognita. Hinc averſa à conſideratione Mortis, Naturæ dant, quæ Deo debent. De Morte cogitatio, mentem ſublevat, ad Parentem Naturæ. Qui enim videt hanc naturâ eſſe mortalem, cui conditam & natam Naturam Stoici viderũt; in naturæ, imò in ſui, quæ difficillior eſt, cognitionem veniunt: & ad venerationem Dei accedunt, qui Mundum hac forma finxit & diſtinxit. Hæc igitur in cauſſa ſunt, quod Mortalib. ſub oculos Myſta, informem formam Mortis ſub aſpectum adducat. Rei nota dignæ, ſententiam dignam obſervatione accumulat. Mors omnia æquat. Comicus apud Græcos minus verecundè, ad feceſſum mittebat, qui de ſe ipſi ſentirent arrogantius. Et hæc riſum movent in theatro, inconditæ multitudini: qui qua movetur levitate, eadem ſubſidit. Mortis recordatio non riſum concitat, ſed, qui ſalubrior eſt, animo horrorem incutit: aut non vagam & vanam conſolationem affert. Nam piis ſpes eſt melioris vitæ: non extremè perditis, vitæ cauſſa in melius mutandæ. Quid enim ſuper cæteros efferam caput, ſi dies appropinquat, inſtat, adeſt, quæ ſummos imis æquet? aut non feram, quæ conditionis humanæ ſunt, ſi mors ut finis hujus vitæ, eſt ita principium æternæ? Ita pro Symbolo & Hieroglypto, quod vulgatum & vulgare eſt quidem, ſed non eâ vile aut contentum, paucis dictum ſit.

Damiel Barbarus Patriarcha Aquilegiensis.

Jacobus Gallus Patriar: Hierosolymit. Qui fuit Urbanus Papa. III

Angelus Corarius Patriarcha Constantinopolitanus qui fuit Gregorius Papa XII

Fr. Petrus Paularch Patriarcha Gradensis qui fuit Alexander Papa V.

II. HIEROGRAPHIA.

Holocauſta celitùs flammam concepiſſe, ita certum eſt, ut flamma divinos tortita honores ſit, apud, non Barbaros tantùm Perſas & alios; verùm etiam his multò juniores Romanos, & Argivos. Ignem omnes perpetuum ſive τὸ πῦρ τὸ ἀσβεστον, ut Pollux in Prytaneo Athenienſium vocat, alebant & colebant. Nec enim in aliud Veſtam, ut inquit Ovidius, quàm Vivam intellige flammam. Hanc exſtingui, religio erat: quæ in curiam cuſtodis capite damnaret alicubi. Non probo à Deo, qui victimas cœleſti igne tetigerat, ablatum: aut huc translatum honorem; ſed tactum de cœlo ſacrificium oſtendo, indelebili memoria. Nam & hic focus videtur eſſe celitus, aut accenſus, aut reſtitutus. Bene eſt. Hieroglypton ex fimo erutum eſt. Adaptemus ſymbolum: volentes. In voce nulla difficultas. volentes enim divinitùs coruſcant. Quod in tenebris verſamur, in caligine hæremus, in vitiis deniq;, quæ animæ tenebræ ſunt, volutamur, ſuis in morem, in volutabro; noſtræ ſocordiæ, amentiæ, malignitatis eſt. Cùm nuſquam, nunquam deſit fax Animæ, Lumen Dei. Ergò ſi volumus non ſolùm felices in hac vita; verùm etiam in perenni, terque quaterque beati eſſe poſſumus. Noſtra culpa, noſtra miſeria eſt. ſemper Deo, ſi volumus pœnitere. Nam ut ſtella ſemper micat, etiamſi viſum media intercipiant; ita Dei gratia ſemper lucet. etiamſi peccata, lucem non adimittant. Ruſcellus trahit longiùs: & lucernæ inſtar adhuc fumantis, & à lucerna ardenti recipientis facilè ignem fumi: Hominem ſtatuit mortuum reviviſcere, & quidem in vitam beatam, nam illud omnibus cõmune eſt, in Chriſto, cui vita noſtra tanti conſtitit, ſi velle, quod fumi inſtar, ſupera petit, non exſtinguitur. Probo ſententiam, conformem pietati divinæ.

III. HIEROGRAPHIA.

Quid in hoc ſpineto? quid palpitat? quid variè movetur? Cor humanum, ô Homo. An ſenſus extra corpus, ſedem ſenſus? Ne mihi ſophiſtiκῶς age, ubi ſophῶς opus. Qui motus eſt cordis, in corpore humano; hic corpore, velut tranſenna ſubmota, exhibetur, extra illas latebras, ſub die. voluptas & dolor, ex cognitionis ſede, in ſedem effectus, permeatus occultos, aut per catalepſin, veluti per infundibulum, dimanant. Has duas cordis perturbationes, duplicant tempora. Nam præteriti temporis recordatio, ſi juſtè tranſactum, reficit animum: ſi petulantèr & injuſtè, conficit, utraque hæc cordis affectio conſcientia dicitur; Sed hæc eſt carnificina, illa jucundiſſima recordatio. Iterum ſuſpenſus animus, ad futurum tempus; totidem motibus quatit animum. Subſilit igitur ſpe cor, & villos expandit: Metu contabeſcit, & villos, tanquam rugas contrahit. Jam nulli dubium eſt, præſentiam mali aut boni, variè cor afficere: & motus, ut ventis incumbentibus, ſtridentibusqúe increbeſcere. Non enim præteriit aut appropinquat, ſed adeſt alterutrum. Expoſui, quod Myſta in luce poſuit, cordis motus. Cum autem omnia humana, ſint quodam modo momentanea, ſi cum tempore æterno & infinito, comparentur; mens futuri & æterni, non temporis provida, ſæpè angitur,

tur,& detorquet metu pœnæ,quam hîc potest effugere eòq; magis,quod hic possit effugere : sæpe recreatur, quod hic interdum negatur,& quia negatur præmii cujusdam spe sempiterni. Audiamus Mystam : Recordare novissima. Atque adjungamus,quæ sapiens vir supplevit. Et in æternum non peccabis. Animadvertis, ut proximè ad Mystæ sententiam accessimus. Quæ illa novissima, quæret aliquis. Mors certa : Judex justus : Summum Bonum : & summum Malum. Hæc illa novissima, hi fines peccandi, hæc retinacula libidinis tætræ ac dissolutæ. Quid agimus ? moriendum est semel. hoc scimus, quandò nescimus. & quamvis longissima sit, ut non est humana ; certa, longæva dici non potest, cujus aliquod est extremum. De Judice dubitas. Nam Lucianus idiotas appellat, qui ullos putant Manes esse, aut regna subterranea. Et sacræ litteraturæ auctoritatem, impietas non admittit. Sed tu, qui nulli habes fidem, consule mentem tuam : tibi enim ipse non potes diffidere. Quid ? ecquid ruminas ? quid moveris ? Aut enim speras, aut horres. Ea est Syntereseis, ea vis conscientiæ. Quid ? quem metuis ? si vel lates judices, vel superiores mundanis legibus ? sine ulla controversia, dominum & judicem omnium, Deum. Nihil fingo, sed, quæ Poëtæ non finxerunt, argumenta veluti faces, ad caliginem impiæ mentis adhibeo. Ita certos Judicii & Judicis, sequetur aut pœna, aut præmium necessariò. Quæ certò qui seriò agitat mente, & secum severiùs perpendit ; non potest non inhorrescere & pavere metu, quod acre profectò telum est, adversus licentiam peccandi.

IV. HIEROGRAPHIA.

Quis has conjungit ? Virginem formosam cum deformi Morte ? Aliquid enim vult Mysta. Et virginem licet flore ætatis & forma sexus insignem, Mors sæpe rapit, etiamsi alteri sit desponsa. Mihi videtur dignus, qui nunquam moriatur, Mysta, comparasse inter se, impar hoc par, ut Mors comparata, cum tanta venustate, magis dicam ? obtenebretur, aut resplendeat. Certè, ut optimi cujusque pessima est corruptio ; ita cadavere humano nihil tætrius, nihil sceleto informius. Sic tam deformes Mortui ; quantò tætrior, abominabilior, horribilior ipsa Mors est, tutè considera. Nec enim aut Poëtæ rectè describunt, aut Pictores, scitè depingunt. Et qui possent, personam non humanam ? opere aut opera humana. Effectum monstrant, non causam. quæ si oppositæ conditioni est, quæ tàm pulchra, jam magis animo, quàm palpebris liquet, quam sit horrenda. Hæc tamen est ultima (horresco referens) ut Mysta ex Lyrico, rerum linea. Quod si finis modò miseriarum esset, quæ sunt in hac vita, vel solæ, vel potiores, tolerabilis quidem. Licet dulce sit Animæ & corporis commercium. ita, ut hæc suavitas, illam asperitatem leniat, & quasi molliat. Nunc initium sæpe existit, perennium ærumnarum : & non vitæ, sed mortis immortalis. Sed absit omen & nomen Mortis.

V. HIEROGRAPHIA.

Rex hic pro tribunali sedens, magnam præ se fert severitatem, ne quid gravius

gravius dicam. Nam nec jus nec fas est Principibus maledicere; facere cùm possint malè, & leviter dicta graviter punire. Hoc dicere ausim, quod quia pro tribunali sedet, incluerit personam judicis. Fuit quidem usurpatum priscis Regibus, jus dicere & non injuria: sunt enim, justiciæ caussa instituti. Visum posteris est, judices & recuperatores dare, ne se onerarent negotiis privatorum, qui summa Reip. gravantur: & ut se explicarent invidia, querelisque multitudinis. Ita ad ipsos, sic enim jusserunt, tanquam ad Deos in terris provocatur. Inter priscos Reges, regnavit in Creta Minos, justi tenax quæ justiciæ fama regiam judicandi, ea est sine provocatione potestatem apud Inferos, ut in fabulis est, obtinuit. Et si Minoa Ulysses apud Homerum, probè delineat; hic ipsus est quem sculptor nobis repræsentat. Ita dignè personam incorrupti judicis expressit. Accedunt pullæ restes, severitas vultus & titulus denique inexorabilis. Apage mihi cum isto sive Rege, sive Judice. Primùm enim nec amictus, nec locus placent. Deindè clementia est quæ eximit è grege mortalium Reges, & reddit immortales. Est ita. sed ut actionis terminus est mors; ita secundum mortem aut irroganda æterna mulcta est, aut præmia conferenda sempiterna. Hoc ex ratione collegere quondam, viri ratione præditi, id est viri verè viri: & sub persona Hominis, exhibent vindictam Dei. Mysta verò noster, ad confirmationem veri Judicis & Regis vivorum ac mortuorum, Poëtarum sententiam, omnium sententiis comprobatam adhibet: & judicii, in quo nec gratiæ erit, nec deprecationi locus, terrorem incutit præfractis; ut mites animos consolatur, qua hic destituuntur, spe remunerationis.

VI. HIEROGRAPHIA.

Hic magna rerum omnium felicitas, copia, ubertas. festa & læta omnia. saliens Crystallinus fons, manantes lacte rivi, exundantes nectare fluvii, frondes ambrosia stillantes. Nox nulla, dies perennis. Sol nunquam occidens: mali nihil oriens. Omnia alacritatis plena. Nullum doloris signum. Breviter multa dicam. Aut Diis sacer, aut Deorum immortalium locus est. Neminem videmus quidem. Sed si magnificam domum, tecto sublimen, fabrica cætera insigne, ingrederemur. licet nec patrem familias, nec familiam videremus; crederemus tamen eam, nec araneis, nec gliribus ædificatam, & eo ordine ac dignitate substructam; ita nec aviculis licet canoris, nec feris licet cicuribus, quas videmus & audimus, locus hic stratus gramine, conspersus floribus, consitus arboribus, redundans frugibus est. Et non videmus loci incolas, non quod nulli sint; sed quod mortales non videmus immortales. Lucianus quidem hoc loco, id est, in campis Elysiis, homines collocat, non homines, id est, sub forma hominis, umbras hominum, quales vult Deos Epicurus, qui quidem corpus non habeant, sed quasi corpus non carnem, sed quasi carnem: non ossa, sed quasi ossa. & quasi ea omnia, quæ nos corpore induunt. Hæc si sub tactum non cadunt, quomodo sub visum? si color est terminus figuræ? Offerunt se Genii, sed in corpore, aut specie corporis. Inter se ipsi nec corpore, nec specie indigent: imò ut mens nostra nihil sinceri agit, nisi à corporis commercio

ci in saginam modò proni seſe secernat, & quasi à contagio se subducat; ita puræ illæ animæ, hoc sunt intelligentiores, quo liberiores. Tempus erit, quo & mortalitatem exuet corpus; sed illud tempus nondum advenit. Contenti igitur simus, spectaculo sedis & beatitatis Animarum, etiamsi sedentes Animas beatas non videmus. quanquam Sciographia hæc sit aut Paradisii aut Elisii; non vera topographia aut horti felicis, aut campi soluti curis. Certa quidem est & distincta colonia piorum ab impiis. ut mens sua cuique subjicit, & testatur. Quin & Plato (dictu mirabile) expiari posse & crimina quædam non capitalia, pœnis temporariis, à fato, vidit Sed nihil sub oculos cadit, quod oculos non ferit. Quemadmodum igitur Homerus, & hunc secutus Virgilius, locos istos distinguunt; ita pictores describunt & dividunt, proponunt, inquam. ea piis, quæ homini maximè sunt in optatis: quæ animus maximè adversatur impiis. Tu verò non animo mersò in corpus grata, aut terribilia propone; sed animo à fœce corporis libero. si potes paululùm respirare, & vis emergere ex hoc cœno. Sic sic quietem Animæ; quæ Pytagore judicio, erat summum Animæ bonum, purius contemplabere. Videbis enim & perspicuè quidem videbis, non in horto quantumvis culto & fœcundo Animam acquiescere; multò minus in campo licet patenti & ubere. Nec enim vulgari vult, quæ vult quiescere: nec septis cogi, cujus cupiditas infinita. ubi ergò acquiescet? quæret aliquis anhelans. Tu te consule. Boni appetens es. Nullus enim malum appetit: & si quis appetit, specie deceptus, aut animo depravatus, quemadmodum oculo & palato evenit, bonum ducit & petit. Et es appetens non exigui, at infiniti boni. Nam insatiabilis est, mens hominis, ejus, quod semel concupivit. Vide libidine inflammatos, avaritia occupatos, ambitione concitatos: & velut in speculis, Mentem infiniti, quod jam bonum quisque horum ducit, nec enim solus Paris, concupitam formam & regno & gloriæ anteponit, esse appetentem. Tàm in avaro deest, quod habet, quàm quod non habet: & Alexander nugantem illum de Mundis infinitis, cupidè atque attentè audit. Faciamus potiri voto Parides, Midas, Alexandros, quod fieri non potest: quod ut aqua, quò plus pota, eò plus excitat ad potandum; ita nunquam satiat, quod immodicè appetitur. Sed faciamus potiri posse. quod non magis fieri potest, quàm expleri, ardentis in febri, sitis; Infinitum non est, an bonum non quæro, quod ut cupidè acquirimus, ita amittere possumus inviti. Ad te revertor Si appetens boni es, & quidem infiniti, ut jam videris vidisse in aliis. ne tui te respectus occæcaret; in Bono infinito acquiesces. Hoc autem Bonum si in terris non est; querendum est sede digniori & securiori, in cœlo. Bona quidem multa sunt in cœlo. Si enim tot gradibus distincta in terris; quot in cœli regia, ubi tot domicilia, specie diversa? Multi boni, aut omnes veriùs: huc enim nihil mali admittitur? sed ut singuli boni & singula sunt bona; ita unum est summum, Infinitum bonum, Deus; à quo omnes boni sunt, quod sunt: & boni habent, quidquid habent. Ut enim flumina derivantur à Mari, & in mare relabuntur: & quasi fessa se exonerantur; ita ad Deum revertamur necesse est: si fessi Mundi ærumnis, quietem capere tandem volumus. Nam aliud Bonum summum & infinitum, non reperitur, ut apparet.

VII. HIE-

VII. HIEROGRAPHIA.

Noviſſimus hic inter Patriarchus eſt, anonymus, ut ſuperiores quidam. Numiſma enim non habemus, ſed ex membrana deſcripſit ſculptor, orbem veluti ſtudio, à blattis arroſa. Ita omnia ſunt infeſta claris viris. Et dùm me colligo, ac proximos ſubduco, video pios homines quatuor noviſſima, quæ appellantur. quemq; ſua Hierographia, unum, ordine eſſe complexos, eo conſilio, ,ut perpetuò in oculis eſſent, manibus tererentur &, quod maximè è re noſtra fuerit, obverſarentur animo, Quatuor enim hi fines, aut terrebunt à flagitijs, aut nihil animum adverſus ſalutem obſtinatum, intra honeſti cancellos reducet, ac continebunt. Summo Bono nihil opponitur: eſt enim antè oppoſitionem, At ſummæ animæ felicitati, opponi ſummam infelicitatem, rationi conſentaneum eſt. Nam ut ſumma & abſoluta beatitudo, eſt, frui Deo; ita carere, eſt extrema & ſumma miſeriarum. Et ut ſedes quædam eſt Beatorum; ita & Damnatorum. Iam ſi beati ſunt apud ſuperos; neceſſariò ſequitur damnatos eſſe apud inferos. His Poëtæ Plutonem, id eſt, Ditem præfecerunt, Infandum etiam carcerem deſcripſerunt. & Cerbero tricipite ad fores religato, tribus fluvijs circummunierunt. portitore qui animas ter miſeras tranſportaret, conſtituto. Scalpror æmulatus eſt quidem hæc; ſed veritus. Myſta, ne ſatis ſcitè, ut menſores, hoſpitum; nomen Ditis inſcripſit, verbis Virgilij qui locum umbrarum, dicendo illuſtravit. Nos σὺν ὀνόματος locum prætereamus ſilentio, cujus horror, ex cœli comparatione, ſatis ingraveſcit. & Deum deprecemur pœnam. cujus Filius, noſtra peccata luit in cruce. Miſerere, miſerere noſtri Deus. Nihil enim ſupereſt præter vota noſtra & clementiam tuam.

§

Principes Electores S. Rom: Imperij.

Albertus Presb: Card. S. Chrysogoni Mogunt. et Magd Archiep: S. R. Impery. Elector.

Daniel Archiepis: Moguntinus. S. Rom: Imp Elector Archicancell: p Germań:

Salentinus Archiepis Colomeń: S. Ró Imperij Elector. et p Italiá Archican

Ernestus Archiep: Colon S R Imp Elec: et p Itál: Archican: Dux utrigq Bauarię:

Iacobus Archiepiscopus Treuireń: S. R. Imp. Elector. et p Galliá et reg: Arel: Archiep:

Archiepis Treuiré: S. R. Imp: Elec: et per Gallia et Regni Arelateń: Archican

I. HIEROGRAPHIA SEPTEMVIRORVM S. ROM. IMPERII.

MAgna vis ſuperſtitionis eſt, ubi ſemel animos hominum occupaverit. Qui Deo debetur, honos ad lapidem limitaneum transfertur, ingenti, non impietate ſolùm, verùm etiam imprudentia. Colendus eſt Deus propter ſe. Ea eſt Majeſtas ſummi Boni. etiamſi poſſet eſſe; ut eſſet nullius cauſſa boni, quod eſſe non poteſt. Sed & Deo obligamur, gratitudine, ac gratiarum actione, ita de nobis merito. Nihil enim habemus boni, quod non debeamus Deo. Cogimur etiam ad vota & ſupplicia. Ea eſt conditionis humanæ miſeria, & indigentia. Quid ſaxo debemus? aut à ſaxo præſtolamur? Terminus, hic enim lapis præ manibus eſt, dividit agrorum confinia & ſimul controverſiam de finibus. Ingens profectò beneficium. Sed juſticiæ, non ſaxi. Myſta pietate inſignis, ad Mortem tranſtulit, ut ex inſcriptione manifeſtum eſt: Mors ultima linea rerum. Nam non ea eſt noſtræ ætatis, quæ priſcæ ſuperſtitio, colentis mortem. cum vix Deum ipſum colat. Longè quidem alia erit imago Mortis apud Eleos. Sed termini ſtatua vim mortis, quam Jovis ſui poteſtate, ſuperiorem ſtatuit Homerus, non malè refert. cum dicto ſuperbo: Nulli cedo. Et Myſta haud dubiè, ita loquentem ſub aliena ſtatua Mortem facit; ut terminaret, horum cupiditates, illorum querelas. Nam ſi Mors eſt terminus humanæ aut mundanæ verius tàm felicitatis, quàm infelicitatis; non eſt, quod laſciviant, indignæ fortunati aut malè infortunati. Extat ejus argumenti Epigramma Agathiæ. Nec brevi aut jocoſa, ſed lepida & longa oratione, ſeriaque Alcidamus Mortem laudavit. quanquam quod per ſe laudes Mortem, nihil video: eſt enim deſtructio Naturæ. Quod nulli cedat, nec hoc planè verum eſt. cedit enim de magna poſſeſſionis parte, Filio Dei. Et in corpus quam retinet, tenet, & quaſi beneficiario jure obtinet, voluntate Dei. Quod nulli cedat, Eraſmus, patrum ætate renovavit. Nam cùm & ipſe Terminum ſumſiſſet, cum eodem Symbolo: ac multorum incurreret reprehenſionem; quod videri vellet, nulli litteratorum cedere, ut mole terminus, virtute ſua & eruditione fixus; ipſe, ut verſatili erat ingenio, à ſe detorſit ad mortem, verbi arrogantiam. Quidquid eſt tandem Mors, aut quocunque animo purgationem Eraſmi accipias; negari non poteſt, morte finiri, omnem cupiditatem, omnem potentiam, omnè deniq; cogitationem humanam. Quid agimus Mortales? tàm certi mortis? quàm incerti horæ Mortis?

II. HIEROGRAPHIA.

Sol, ut vides, occidit: Piſcatores verriculum colligunt. & audis: Pudet nos perdidiſſe diem. Si piget, damni eſt, & pudet, dedecoris, ut vult Donatus; pigere dicendũ videtur. Nec enim eſt me ejus pudeat, cujus culpa, eſt fortunæ: detrimentum meum. Si piſcare eſt artis, & retia non temerè jactantur, ſed callide tenduntur, ut feris plagæ; ad jactum Infauſtum, & dedecus accedit. Sic non modò piget infauſtos piſcatores, ſed, & pudet irriti jactus, imperitos. Jam videtur Myſta, non piſcari piſces: deſierunt enim id noſtri Antiſtites. nec venari feras. quanquam id principibus vi-

ris familiarius sit; sed insinuare sese in benevolentiam civium, & captare optimi cujusque gratiam: hoc enim Principem decet, & Principatum firmat. Duo sunt, os unum: Pudeat nos perdidisse diem. Is scilicet consensus Principis rerũ sit, & Principis familiarũ, oportet. Et ejusmodi fuit Achillis aut Patrocli: Æneæ ac Achatis. si tamen fuit. Rara n. vix unquam perpetua ulli cum Principe suo, amicitia. unius Nicolai memini apud Egesippum, qui nunquã in Herodis, Judeorum Regis offensam incidit: & Regis mortui famæ voluit cõsultum. Ex gratia Augusti excidit Aggrippa, & Mitylenem involuntariũ abiit exilium. prægravis fortè, propter gloriã militarem. Quid omnium horarũ homo, & assecla fortunæ Imperatoris non dux commeruit: ut in urbe peteret & impetraret se cessum? Hic duo sunt. & quid miserius. Principe? cui ne unus quidem est, ex omnibus quo cum securè vivat, aut sincere loquatur. Pudet, ajunt. cur non? piget. Quod animos generosos, fatiget magis dedecus, quàm detrimentum. Et me hercle, nihil re levius, necessario peritura: nihil fama gravius, nunquam moritura. Quanquam igitur cum probro conjunctum sit damnum; illud tamen præponderat. ut non absque caussa dicant: Pudet. taceant: Piget. verùm enim verò, si nec de feris, nec de piscibus, sollicitum esse Mystam, credibile sit; quid quæritur? aut quid dies totos quærebat? Amicos, ô amice. Nam Princeps nullus est, si est princeps animo, non fortuna solùm, cui non sit satis ad benè beateqúe vivendum. Nulli Principum rursùs, etiamsi rebus omnibus, quæ animo collubitæ, abundet, cui satis sit, vel possit esse amicorum. In hanc autem sententiam venio, quod T. Vespasianus domum quodam die revertens, quo nullum sibi, beneficentia comparasset, dixisse fertur: Amici, diem perdidimus. Nam similes sunt bonorum boni; ut vitia plerunque sunt cæterorum eadem.

III. HIEROGRAPHIA.

φίμωθρ & κημὸς ejusdem ferè significationis sunt. παρασθόμιον Hesychius interpretatur, quo ora canum aut ferarum refrenantur ne mordeant. Hęc mecum ruminans, quæro, qui appellare liceat, tegumen coriaceum, quo falconum oculi, ne antè tempus, è manu aucupis evolent, spectata præda, obducuntur. Ac quod Hesychius πᾶσθόμιον appellat frenum oris, quod Græcis stoma est, περιφθάλμιον videtur appellari posse, quod oculos tegit. Ophthalmus enim oculus est Græcis quorum libertate & felicitate in fingendis vocabulis, non est nobis interdictum. Res enim nova est, & Germani Imperatoris inventio. Quare si novæ formatione literarum. Typographia, nomen Græcum impositum est; nihil vetat uti eadem licentia Nam mihi non constat, sive quis fortè anteverterit, & superaverit nomenclatura. In re minima occupatus sum. at sine qua intelligi non possum. Vides enim Falconem extra aucupis conspectum, pendente, de cervice perophthalmio. & sub persona volucris audis loquentem non volucrem: Recepto visu libertatem arripio. Sunt ne igitur cæci, qui serviunt? De his, quos ad servitium adigit necessitas, non quæritur. De his, qui mercede serviunt, lege Lucianum. Cæterum & Accipitres, inter hos Falco est, Thracibus mercede serviunt, & in aucupio, quasi partæ, partem prædæ accipiunt. si Plinio credere fas est.

IV. HIE-

IV. HIEROGRAPHIA.

Totum universum, exiguo orbe sculptor inclusit. Adjecit geminos oculos sede distinctos. Hunc cœlesti & sublimi: alterum nostra. Sculptor scalprum suum commodavit Mystæ. Quid Mysta vult intelligi? quæ hæc voluit pingi? unica enim vox, Omnia, non satis omnia exponit. Omnia inter geminos Oculos, notant, omnia oculis posita. Eccujus? Dei, dubio procul, qui omnia regit, & condidit: nec minus potentia in terris, quam gloria in cœlis versatur. Si oculis Dei omnia exposita sunt: nec cordis arcana fugiunt eum, qui corda finxit; ne desperemus, adversis in rebus: aut insolescamus secundis. veneremur potius & vereamur Deum: quem præsentem scimus: & vindicem timemus.

V. HIEROGRAPHIA.

Vitem sexennio nubilem reddi, & maritari scribit Plinius. Vlmo cupidissimè. Proximam amori. Populum esse nigram, Non spernitur ficus, fraxinus, olea. si non sit umbrosa ramis. Recenset plures, veluti dotatæ virginis procos. De vite arbustiva loquor. Nam & vidua est & Vetula, jam humi depressa. & compluviata, & pergulana, & jugata Columellæ, quæ pedamentis transversa, & cauterijs jugatur. Loquor autem de arbustiva. Nam ea in conspectu est. si tamen arbos est, quam amplectitur: ac non pertica., quæ jam pedata ac statuminata dicitur. Et de arborum varietate loquor, ne quis me percunctetur, de marito hujus vitis. Quasi id principes curent scilicet. & non plebs magis ac nunquam ociosi vinitores. Curarunt hercle principes viri, Cato & Seneca, imò & Bacchus, Deus habitus. curant principes. sententiam principis & Archiepiscopi Trevirensis: semper fertilis. Non enim videtur de vite hoc dictum velle: quæ hyeme, tàm aret, quam vere germinat, gemmat, non ausim dicere: æstate frondet: autumno fructificat. Quid si vellet Sunt enim vites triferæ, quas vocatas ob id insanas. Plinius tradit, quoniam in ijs, alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. Sed intelligit Ecclesiæ & Reipb. concordiam, quæ sterilescit nunquam.

VI. HIEROGRAPHIA.

Taurus, licet in Venerem, natura proni, naturæ tantùm servit: & concepta spe sobolis, non contactu modò, verum etiam convictu vaccæ abstinet sese. Par est in victu parsimonia. Ita ruminat, antequam deglutiat. eumq: parabilem, & sparsum passim cibum. Hæc partim videmus, partim legimus apud Aristotelem. Igitur si Taurum imitaremur; sequeretur nos uberior annona. Magnum enim vectigal parsimonia est: aut ut Mysta loquitur, ex frugalitate ubertas. Sed videtur Mysta præter frugalitatem intelligere, & statuere ubertatis auctorem inprimis Deum. Nam coronare victimas, receptum olim erat. Taurus autem collum coronatus est corona collari. quæ plutarcho dicitur, ὑποθημὶς quod θημὸν id est collum circumdaret, ut Adr. Iunius observat. Et rectè quidem statuit Deum: qui agros felicitat, & labores manu nostrarum beat.

Fridericus S. Rom: Impery Elector
Comes Palatinus Rhen: Bauarię Dux

Mauritius Dux Saxonia S.R. Impery
Elector & Archimar: land: Thurin: etc

Augustus Dux Saxonię S. Rom: Imp: Elector & Archimar:
Landgr: Thuringiæ Marchio Misnę Burg: Magd:

Anna Ducissa Saxonię Augusti Electoris
uxor. Christiani Regis Danię filia.

Christianus Dux Saxonię S.R.Imp:
Elec: & Archim: Lądg: Thur: Mar: Mis:

VII. HIEROGRAPHIA.

En tibi libram de cœlo penſilem. Non eſt opus demonſtratione. In oculis ſunt jugum, anſa, examen, Lanx. Opus magis eſt dictione, cur de cœlo ſupra globum terræ, pendeat. Sed & hoc Myſta labore nos levat, cùm dicit. Qui judicatis terram; diligite juſtitiam. Admonitio enim Dei eſt, non Hominis, Et cum ratione congruit. Si enim juſticiæ gratia, regnant Reges: & regia poteſtate, etiamſi regio nomine abſtineant, regunt orbem terrarum, Principes & Populi; diligant. par eſt, juſticiam. imò Deum verentur, qui nihil injuſti ſinit, &, ut unicuique ſuum tribuant & conſeruent, ſibi in rerum gubernatione ſubſtituit.

VIII. HIEROGRAPHIA.

Balæne eſt, ut ipſe cernis, ſi de facie noſti: ora enim in fronte collocat Plinius, & hæc ſunt, quibus ſuper natantes aqua, nimbos efflat. Sed quid dolia? pilæ, bacilli? Hæc belluæ obijciunt Nautæ. Tantilla, tantæ? Sic ferunt. & dum in hac vires vanè exercet. Nautæ velis & remis effugiunt diſcrimen. Vnde hæc nota Mauritio, homini Mediterraneo? Fando, vel utendo. non mari, ſed terra magis turbata quàm ullum mare. Quid ergò ſentit dùm hæc pingit. Potentioribus illudendum, non aperto Marte congrediendum eſſe, Hinc eſt, quod adjiciat: His artibus. quas artes fallendi, ſi ipſe calluit; Hiſtoria ejus temporis, quid ego te & me fatigem? ſatis teſtatur.

IX. HIEROGRAPHIA.

Decuſſi forma Principes Saxoniæ geminant Enſes. Hoc inſidne gentilicium, Auguſtus dux Saxoniæ, geminis ramis Lauri includit, niſi qua parte faſtigium tenet, ſeptem virale tegmen. Et ne dubitemus, quid velit, Symbolum adjicit: Tandem bona cauſſa triumphat. Fratri profectò, cui erat inviſus, ſupervixit, ſucceſſit, & poſteros reliquit.

X. HIEROGRAPHIA.

Quid novi video? ex aqua Navis, quæ jam ad terram appulit, nequidquam oppugnatur. Illa enim in vado eſt, Hi furore ſuo pereant, ni abſiſtant cepto, eſt neceſſe. Sed quo gubernatore, res ſuas in tuto collocavit? Chriſto cujus imaginem, ut cruci peccata noſtra ſuffixit, in velo vides. A Ioannis Friderici, qui cum Landtgravio Heſſiæ, bellum geſſit contra Imp. Carolum Quintum, oppugnatus eſt, proſapia. De hac, victoriam uti debuit, refert acceptam DEO. Eſt enim etiam nunc grato populo, illius memoria.

XI. HIEROGRAPHIA.

Anna Regis Daniæ Filia, Auguſto Duci Saxoniæ nupta, non minus cara viro fuit; quàm Livia Auguſto Cæſari. hoc etiam felicior, quod beavit Maritum prole. Hòc tamen cum Livia Druſilla comparo, quod

Matris nomen à ſubjectis accepit. Hoc enim & Liviæ oblatum eſt à Romanis. qua in re major dux Auguſtus, longe melior & temperatior fuit. quam Tiberius Liviæ filius. Paſſus enim eſt uxori nomen deferri, quod matri filius Tiberius invidit. Et fuit in Anna quod retineret ducem in mutua benevolentia: ac conciliaret Saxoniæ. regium quid, quod melius capi animo, quàm calamo exprimi poteſt. Atq: hoc illud eſt, quod voce unum, re varium, interna Hierographus appellat: præſtantiora, pulchritudine, genere divitijs ſtatuit: ac ſub pavone omnia exponit. Sunt enim animi bona propriè noſtra: nec ætate defloreſcunt, aut tempore emittuntur. &, ut caudam Pavonis, Sol illuſtrat, ita bona corporis & fortunæ, meliora faciunt; ac reddunt ſeipſis clariora. Quid enim forma cum probro? genus cum decore? divitiæ cum Luxu? poteſtas cum impotentia animi? Annæ vivax memoria eſt, & memoriæ à tot litteratis viris prodita.

XII. HIEROGRAPHIA.

Chriſtianus Dux Saxoniæ, coäcervatam, magno ſtudio à parentibus pecuniam, brevi tempore, omnem diſſipavit. magno potiùs, quàm prodigo animo. Hic Leoni ut apparet, exerenti linguam, inſignia familiæ, atq; dominatus in ungues dat, & ait: Fide ſed fide, ſupple, cui Symbolum ſagax: Hieroglypton prudens. Nam virorum fortium & fidelium cuſtodia requiritur (& hic eos repræſentat Leo) ad tuendum, quem multi appetunt, Principatum. Sed nemo ſibi ſapit, ut mirum non ſit, Principem antè ſenectutem, melius conſilium alijs dediſſe, quàm ſumiſſe ſibi. ſi modò vera ſunt, quæ vulgò ferunt. ſcio enim nulla re alia Magiſtratum, quàm odio laborare. quod ſi metus aliquamdiu compreſſit, eo liberati, id homines, omne expectorant.

Joachimus Marchio Brandeburgy.
Sacri Romani Impery Elector.

Joannes Georgius Marchio Brandeb.
Sacri Romani Impery Elector.

Duces et Archiduces Austrię.

Leopoldus Probus. Dux Austrię
Comes Habspurgi. etc

Ernestus Ferreus. Archidux Austrię
Dux Styrię Carint. Carniolę.

Albertus Sapiens Archidux Austrię
Dux Styri. Carnuth. Carniolę.

Sigismundus Archidux Austrię Dux
Stirię. Carinthię Carniolę. etc.

XIII. HIEROGRAPHIA.

Tritum jam est, sermone hominum, proverbium, quod olim sapienter ab aliquo dictum, tributum est Deo: & inscriptum valvis templi Delphici. nullo septem sapientium Græciæ, id ausó sibi vindicare. Sic sæpe latet, sub sordido & pannoso homine. insigni sapientia. Teri autem cepit, ex quo, propositum, non modò palam est; verum & expositum, à Socrate Platonico: M. Cicerone: Plutarcho, & postremùm, Erasmo. Quidnam? Symbolum: Nosce de ipse. Socrates non potiorem Hominis partem, censet esse Mentem, aut propiùs Animam, cujus illa oculus est; sed Hominem ipsum verius: corpus. modò instrumentum, modò vehiculum. Ita qui animum suum noscet; judicio Socratis, noscet se ipse. Hoc autem difficile est. quod, ut, oculi est species rerum cernere & discernere; ita & Mentis cùm omnia, tùm se ipsam speculari. Atque hoc, quàm cætera difficilius esse, patet. Nam speculum, dexteritas Hominis invenit: & antè inventionem speculi, corpora suppeditat Natura, quæ visum recipiunt, & reddunt, δια φανῆ ejusmodi corpora appellant. Speculum Animi. nec natura exhibet. in qua nec sapere, nec reminisci est: nec Homo, licet in omnia se verset, fabricat. Socrates, quem natum, non in tenebris, sed lucæ pietatis veræ, dixeris, spectrum Animæ, Deum statuit. Concedamus id Socrati, ex quo Moses, Hominem factum scribit ad similitudinem Dei. Non enim de corpore, sed anima scribit. magne Deus. Speculabornè me in te? qua fronte? quibus oculis? qua audacia? Miserere mei, mi Deus, miserere nostri; toties, quoties dico, non obstipo capite, in te intueor; sed oculos in terram reflecto. Videorque te videre acutiùs, cùm videre nolo; quàm, cùm elato animo videre volo. Aut ita mihi persuadeo; aut ita grata est modestia Deo. Certe nihil magis ad cognitionem sui facit. percurre omnes, qui rem tractant; quam despectus sui. & respectus Dei. Arrogantia autem hanc comparationem tollit: & ut in cœlis omnia turbavit. unde Gigantomachiam exoticæ litteræ etiam celebrant; licet fabulosè, ut necesse est, ubi à veritatis fonte di sceseris) ita in terris omnia pessumdat, & imprimis stolidè aliquid sibi arrogantem,

XIV. HIEROGRAPHIA.

Caduceum est, quod & alibi fuit. ne non necessaria repetamus. Cuspidem tegit galerus Mercurij, cujus & virga est, à P. Virgilio, graphicè depicta. Saurotera verò alæ de talaribus Mercurij detractæ. Sic appellatur cuspis adversa, sive obversa mucroni hastæ. Hæc de Hieroglypto. Symbolum autem est, utriusque auxilio. Quid autem hoc sit: & quæ duo sint, quorum auxilio nititur Marchio; paullò obscurius est. Ab Hieroglypto sumamus auxilium Symbolo. Serpentes minas spirant: & in osculum coëuntes, ut ponunt iras; ita finem minarum & irarum promittunt. Si antequam exscandescant, tùm enim vix sanari possunt; Mercurij celeritatem, & eloquentiam adhibeas: responsio enim mollis frangit iram. ut ait ille, & verè ait: quemadmodum accendit contumax. unde caventis Pythagoreæ, illud, est: Ignem gladio ne fodito.

I. HIE-

I. HIEROGRAPHIA. DVCVM, ET ARCHIDVCVM AVSTRIÆ.

IRtuti nil invium, Magnus animus, magno viro, ſententiam veram & tanto dignam Principe, exprimit, Horatianæ conformem: invia virtuti, nulla eſt via. Hieroglypton, Symboli veritatem confirmat, Annibalis enim manus aut miles eſt, qui per invias Alpes viam invenit, perfractis, diſjectisque aceto & igne ſaxis, quæ natura advenis veluti de induſtria objecerat. Ne narrem uberiùs rem dignam memoria, in cauſsa eſt, Hiſtoria T. Livij, digna lectione. Nec opus erat exemplo. Fit enim ut virtus aur ferat, aut domet omnia. Ita ſemper invicta, ſemper victrix. Quod autem non ſemper fortunata, hoc fit æmulantium invidentia, aut conditione rerum humanarum inſtabili.

II. HIEROGRAPHIA.

Auſpicabor iterum à Symbolo: Telum virtus facit. ita mihi placet, ut factum fortiter; ita, dictum Principis, ſapienter. Nam principe futili, nihil eſt ineptius. Contrà, quid majus aut admirabilius, Principe in factis. claro? in verbis ſtupendo? De veritate nihil eſt dubij. Nam ſi arma deſint, vir fortis, mordicus ſeſe defendet, imò Alcibiades nondum vir. Cùm enim ab æquali humi ſtratus jaceret, expedivit dentes, & increpanti, canum hoc eſſe, argute reſpondit: imò Leonum. Princeps, hic, ut irritate virtuti, ipſe furor, & juſta iracundia miniſtrat arma, corripit flagellum. Sic ſcilicet appellat Iunius palum, cum minori bacillo, penſili & mòbili. quo jam teruntur fruges, abolito tribulo, quod vehiculi genus erat, ad id, comparatum. Et paſſim in re ſubita, quæ ſors offert, armant ſe paſſim, ſaxis, ſudibus, & id genus armis non armis. Quid igitur in mentem Principis introſpicit altius; is tranſibit; in ejuſdem ſententiam facilè, uno exemplis conantis oſtendere: Nunquam viro forti arma defutura, adſit modò animus, ad tuendam dignitatem, & vindicandam injuriam.

III. HIEROGRAPHIA.

Quid monſtri hic mihi in acie ſiſtit? Femore tenus, truncus ſtat, non vir. Hic tamen, Princeps aijt, virum agit. Quam velim ſemiviros eſſe omnes hoſtes Majeſtatis Auſtriæ? Deus benè vertat omen. At Albertus, cognomento ſapiens, in re ſeria non ludit. Nam vel mole reliqua, miles reſiſti hoſti. vel integro femore propagat ſobolem, etiamſi reliquis membris eſſet captus. Iam quotus quisq; militum pugnat? Magna pars. numerus eſt. Caput in duce exercitus requiritur: pedes in ductoribus ordinum: manus in milite. ut dux ordinet aciem: ductores ducant ad hoſtem: milites pedem & manus conferant. Huc ſapientèr ſapienti propoſitum, auguror: melius ſentienti, lubenter cedens.

IV. HIE-

IV. HIEROGRAPHIA.

Præcedit Symbolum, vt desint vires. Quem verò noret Princeps, obscurum est aut potius, quem laudet, sive principem socium at inopem: aut militem temerarium, licet imbecillum. Animus enim est, non Lacerti, qui virum fortem facit. Deiotarum Romani amarunt & laudarunt non propter vires, sed fidem. Qua de causà antè, unius Pergami Regem pluris fecerunt, quam Macidoniæ aut Asiæ potentissimos Reges: & Regibus Ægypti in amicitia adæquarunt. Nec Carolus Quintus in Antonio Leiva corpus, ad animum suspexit. Nam facimus ferè quidquid volumus. & non tantùm nos, ipsi superamus, sed & hostes & fortunam & naturam ipsam: si omnino volumus. Tantum præsidij nobis est domi. Quod si vis major rectis conatis adversetur; Laudatur tamen semper, velle justum & arduum.

Ferdinandus Archidux Austriæ Dux Burgundiæ Stiriæ
Carinthiæ Carnioliæ Wirtembergiæ &c. Ferd. Imp. Fil.

Ferdinandus Archid. Aust. Dux Burgundiæ Stiriæ
Carinthiæ Carnioliæ Wirtembergiæ &c. Ferd. Imp. Fil.

Carolus Archidux Austriæ Dux Burgundiæ Stiriæ
Carinthiæ Carnioliæ Wirtembergiæ &c. Ferd. Imp. Fil.

V. HIEROGRAPHIA.

Potentia fati magna est. ut ex Tiberio & Domitiano Imperatoribus populi Romani, manifestum fit. Horum enim Mathematicus imperium, alteri aliter exitium, vaticinatus est. imò & sibi. Erat autem Mathematici illius nepos. Magna igitur est vis fati. Si non in animos ; in fortunam & rerum successus atque eventa. Mysta noster, ter miserum hominem, qui aut naufragio enatarat: aut blanditia temporis & maris invitatus, laverat, in Balænam incidere (quantulo enim spatio à rictu abest,) qui alterum pedem in sepulchro habet ? ostendit: &, ut certi casuum, qui huic naturæ impendunt, incerti quorum, & quo tempore, in melius vitam commutemus: & diligentiùs nos commendemus. cujus providentia, longè potentior est, potentissima vi fati. (Necesse enim est primam cautelam, ut priorem ; ita & superiorem esse secunda) graphicè admonet.

VI. HIEROGRAPHIA.

Firmata, inquit Princeps, restitunt. & simul Navim, quasi digito commonstrat anchoris jactis firmatam, quam hinc procellæ, istinc venti, nequidquam impetunt. Omnem enim vim perfert, & elidit tempestatem. Si navi sua sunt fulcra, & quasi fundamenta in mari ; nobis sacram anchoram oportet fixam esse in cœlo. Suo enim quisque rectè stat Loco. Si alio stat ; alio nititur. ut sursùm levia deorsùm gravia. Magistratus bonus, est Magister bonus. Felix civitas, & natio, cui obtigit. Felix fortunataque Austria, cui jam hæreditarius est. Felices nos, ad quos communio bonitatis, & portio bonorum transit.

VII. HIEROGRAPHIA.

Hæc, non re alia, quàm numero, à proxima discrepat. Fortè tùm socios secum constantiæ & securitatis admonuis. Nunc se ipse stabilit : & adversus omnem vim, quam cœli incommoda & maris discrimina referunt, se consilii dexteritate, ac animi constantia obfirmat. Nam lubrico in loco versamur omnes, quamdiu in terrarum orbe versamur : Principes etiam præcipiti, quo magis arduo & excelso consistunt loco.

VIII. HIEROGRAPHIA.

Utrum hîc obscurius ? Symbolum an Hieroglypton ? dictu difficile est. Ab hoc incipiam. Veritas est, quæ tabulam temporis sustinet matrique ancillatur effætæ. æquum enim est. & gratius est genetrici annosæ, obsequium filiæ, quam ancillæ, Est autem tempus, omnium vetustissimum. Nemo me reprehenderit, crediderim. Si pro fœmina acceperit, quod indiscreti sexus est apud Latinos, masculi apud Græcos. Nam die apud utrosq; fœmina est. & temporis momentum antiquissimum. Ho fortassis ad rem non ita multum, sed malevolentiæ rugentium, & invidentiæ sciolorum nihil satis. Cæterum tempus in tabula habemus: quo Ferdinandus tabulam signavit. Aggrediamur, Symbolum. litteræ sunt quin-

quinque, cum nota aſpirationis. quæ conjunctæ nullam vocem conſtituunt: diſiunctæ ſententiam faciunt: verba ſingulæ, ex quibus oratio componitur. Nihil eſt novi in Germania; ſed accerſendus è Græcia, Oedippus aliquis, qui interprætetur. Ac quod aliæ ſunt Græcorum Litteræ: ne accitus aut non veniat, aut non intelligat; ſortiamur, quid dicamus. U. ut. T. tunc. (anno ſcilicet M. D. L V I.) H. hoc. E. ego. S. ſemper. E. ero. Quod autem ego ſic conjiciam (meliorem enim non reijcio enarrationem) facit Principis perpetua, etiam in re amatoria, non gravi ſolum, & conſtans animi Heroici conſtantia.

IX HIEROGRAPHIA.

In ipſo Ponte Euxini oſtio, trans Boſphorum Tracium, aut inſulæ, aut ſcopuli duo ſunt, Symplegades appellant. coëuntium ſpeciem, tàm propinquæ ſunt, deflexa paullùm acie intrantibus præbent. Unde jocus Martialis, & horror Euripidis. Hoc ſcopuloſo & periculoſo loco, ſi non ſe, militari habitu animum ſuum invictum Princeps ſtatuit. anchoram jacturo ſimilem. ut omnes intelligant, ſe ex ſtatione; quàm à Deo obtinuit, non eſſe exceſſurum; ſed defenſurum terra & mari: imminet enim ex terra, mari. & quidem ut ipſe loquitur abſque metu. Magnus animus invicta mens. Nam hinc Veneti, iſtinc Turcæ ſemper incumbunt. Nos Principis exemplo, ſi in documento, præſidii non ſatis eſt, incitemur ad res magnas cùm obeundas, tùm perferendas. Turpe enim eſt animo lab, etiamſi undique circumſiſtant dira & dura. Laudabile, imò & ſalubre, contra niti. Nam ſæpe cedit fortuna virtuti: & ſi non cedat, victoriam quidem, ſed cruentam relinquit, aut impeditam victori.

X. HIEROGRAPHIA.

Manus hæc inſertum aut paſtillum flores collegit. Ita noſtræ non neceſſitati, verùm etiam ingenuæ voluptati natura indulget. in ingenti gaudio fœcunditatis, tàm variè ludens, ut neſcias, pluribuſne ſtellis colluceat cœlũ, an florib. terra reſpergatur. Si tàm liberalis natura, ac quaſi prodiga rerum, facilè naſcentium, & niſi decerpas, dehiſcentium primo, fluentium pòſt, & perentium jam jam: quot enim non ſuperant diem? quo ſpectet Myſtæ Symbolum: ſuſtine & abſtine non ſatis intelligo. verùm quidé eſt, nõ omnes peræq; ſalubres eſſe: nonnullos, ſi propiùs admoveris, nares offendere. Jam veneno coronã tinxit Cleopatra, (ut narrat Plinius) illudere volens cautiori Antonio, & omnia metuenti, principio belli Actiaci, nec niſi præguſtatos cibos ſumenti. Ergò procedéte hilaritate, invitavit Antonium, ut coronas biberent. ut vel amentium, vel amantium ferebat conſuetudo. qui decerptam de capite Reginæ coronam haurire incipiens, oppoſita manu prohibitus eſt. En ego ſum, inquit illa, care Antoni, quàm tu nova præguſtantium diligentia caves. Adeò mihi, ſi ſine te poſſem vivere, aut ratio aut occaſio aut ingeniũ deeſt. Inde eductus è cuſtodia, qui hauſit è veſtigio expiravit. Non nihil igitur cauſſæ, eſt Myſtæ præcipienti, in hac prodigalitate ludentis Naturæ: Suſtine & abſtine. Sed Myſtica diſciplina receptum eſt aliud velle, & aliud videri velle. Flores igitur aut formę ſunt, aut aliquid forma indignius: aut deniq; flores, non fruges. & id genus alia, quorum faſtidium, dignius homine libero & ingenuo, quàm deſiderium Naturæ enim flores & odores in diem gignentis, magna & palam admonitio eſt: quæ ſpectatiſſimè floreant, citiſſimè marceſcere.

Archiduces Austriæ

Carolus Archidux Austriæ Dux Burgundiæ Stiriæ
Carinthiæ Carniolæ Wirtembᵍ et Ferd. Imp. Fil.

Ernestus Archidux Austriæ Dux Burgundiæ
et Maximiliani II. Imp. Fil.

Mathias Archidux Austriæ Dux Burgundiæ
et Maximiliani II. Imp. Fil.

Mathias Archidux Austriæ Dux Burgundiæ Stiriæ Carinthiæ
Carniolæ et Generalis Supremus Regni Hungariæ

XI. HIEROGRAPHIA.

Plinius non unius Delphini amorem erga puerum: quem dorso excepto veheret ad ludum litterarium, & reveheret; Sed plurium erga plures, commemorat. Quæ visa & à dignis fide, prodita memoriæ, fabulam Herodoti de Arrione, confirmant. cùm & Musica Delphinem capi, usu compertum sit. Hic non puer, at Dea vehitur, vel occasio, vel fortuna. Velum enim hujus est: capillitium illius. Si igitur credibile est homines adamare, quod aliquando fuerint homines; non est à fide absonum, naturæ parere augustiori. Nam & hoc homines faciunt, ut par est. Satis pro Hieroglypto. Nam de Bacchi severiori vindicta exstat Dialogus Luciani. Ad Symbolum accedo: Audaces fortuna juvat. Audacem & plusquam audacem Horatius facit, qui primus fragilem, commisit pelagoratem. Quantò audacior, qui sine rate? qui Delphinum equitat? Et non solùm periculo maris, verùm etiam lubrici piscis mobilitati salutem credit? Audacior longè profectò est. Navim enim gubernat ille: hic fertur & gubernatur à Delphino. Sed quantò audacior hic, illo; tantò audacior, qui fortuna fretus, longè instabiliori, cùm mari, tùm vento, adres gerendas accingitur. ne dicam temerarius. Et foret ædepol temeraria audacia: si non juvaret, & consilio regeret fortunam. ut hic fortunata occasio, Delphini cursum, excepto in velum vento.

XII. HIEROGRAPHIA.

Solvit nos dubio Princeps. Nam quæ loquitur, Fortuna est: pila enim stat, ubi Poëtæ, propter mutabilitatem collocant: & quæ Poëtæ in os ingerunt, effutit. Ego de Fortuna duos libellos scripsi, & scripsi Homerum non meminisse Fortis fortunæ. Et certè non meminit in tota Rapsodia. unde certè convincitur, hymnos alterius esse, in quibus fit Fortunæ mentio. Quemadmodum si Orphei essent omnia, quæ sub nomine illo feruntur, ut plausibiliori; Phocylides non tribueret Jovi, quæ ille fortunæ. Sortita nomen & numen Fortuna fero est. prudentium callida inventione, ut à vero Numine, in falsum fabulosumque nomen, contumeliam hominum averterent. Causantium semper Deos, si quid aliud, quàm ipsi vellent. Lege Senecam in Agamemnone, & Euripidem in Hecuba. quamquam nec hæc convitiis in Jovem absteneat, criminatur utrobiq; fortuna. Palladas modum excedit, qui vitam hominum, fortunæ ludum appellat. Bupalus fortunæ signum, primus omnium, apud Smyrnæos effinxit. capiti polum imponens: altera manu, vocatæ Amaltheæ cornu. Nec refert, non eandem hic esse imaginem. Nam Tibullus & Ovidius in orbe statuunt, quos Mysta noster sequitur. Quod quisq; sentit; de fortuna dicit & fingit. Archilochus anum facit, altera manu flammas gestantem, altera aquam significare volens omnium bonorum & malorum. Ovidius alibi cœcam vehi ciris, quæ cœci traherent equi, ludit. verè nihil aliud est Fortuna, quàm incerta rerum causa. Hic, cujus causa tàm longa excurrit oratio, audax loquitur. Audaces juvo & non tàm insolentes, quàm verè loquitur. Semper enim aut plerunq; sequitur fortuna virtutem: nec in ærumnis, quenquam magis, quàm nos ipsi, crimina-

 bimur,

bimur, si sapimus. Et si quid nobis non tantùm præter opinionem, verùm etiam meritum eveniret. Jobi in mentem deberet venire, eodem animo adversa accipientis à Deo; quo animo prospera, accepta refert Deo.

XIII. HIEROGRAPHIA.

Ex duobus ramis, Lauri & Palmæ, orbiculari forma, in totidem diademata, coactis, videmus corallam: & legimus soli Deo gloria. Hac Hierographia μακαρίτης Archidux Ernestus, suam erga Deum pietatem, posteris testatam reliquit. Pacis enim & Belli, commoda & ornamenta Deo vindicanti, regnum cœli & terræ tribuit. omnium qúe, quæ laudem & gratiarum actionem merentur, soli Deo, piè ascribit. vulgata sunt. Utinam itare, uti sermone vulgata. Nihil enim boni in nobis est, aut è nobis; sed à Deo, fonte boni: & solo bono. verte te in omnes partes impie. Ad unã, simplicem, & primam causam, veniendum est necessariò. Si debetur Deo; reddatur Deo. Hoc est, quod tacens loquitur Ernestus. dignus longiori vita. Nam si haberemus Principes, qui nos, non tantùm Legibus regerent, & armis protegerent; Verùm etiam moribus præclaris informarent; Legibus non magnopere indigeremus. cùm nulla sit efficacior lex, quàm viva Lex, Rex.

XIV. HIEROGRAPHIA.

Amat victoria curam. inquit Mysta, & præmium Victoriæ, Lauream, coronam, supra scopulum collocat alatam. bravii instar loco conspicuo & eminenti. Nec tantùm amat, sed imperat & exigit curam: præpete aliàs penna ad hostes transitura. Quod exercitus in ipsa victoria sunt cæsi fugatiqúe? quot duces victi? quot reges subacti? solvit enim blandiens fortuna, ordines: mollit duces: depravat Reges. Ad Ravennam, imò & multò antè victores Galli, vel internecione deleti, vel paulò pòst. Italia magno accepto dedecore & detrimento, exacti. amissis ducibus. Epaminondas quoque ad Mantineam, hostibus acie superatis, lethale vulnus accepit. Alexander supervixit rebus à se gestis, & subacto Orienti; sed vit is victarum gentium de libutus, à se ipse degeneravit, & quasi victus est. Eadem pestis Pænos victores invasit, & Italia expulit. Si tanta difficultate, retinetur victoria; quanta cura & industria paritur? captæ enim feræ etiam manseuescunt. Quamobrem ad victoriam, cùm acquirendam, tùm custodiendam, omnes non ærarii solùm, verùm etiam animi nervos intendere oportet: nec committendum, ut si quid aversi evenerit; nostra id culpa accidat. Nam opinio de nobis, multum apud cives, nec minus apud hostes, in utramque partem potest.

XV. HIEROGRAPHIA.

Alia figura Princeps eandem sententiam dilineat. quàm nos jam, Poëtarum coloribus, depingemus. Perseus liberat Andromedam, expositi monstro. Andromeda, quam Nereides scopulo alligarunt, quod se cum de forma contenderet, est nuda. Cetus è mari mergens inhia prædæ liberator intervenit. aut intervolat potiùs (virgo enim insons erat. Cassiopes de filia ea errat jactantia) succinctus talaribus Mercurii alatis. Nec, etiamsi veniret citus, venit imperatus. Sed armatus erat galea Platonis, gladio Mercu-

Mercurii, & ſcuto Palladis, in quo eſſet caput Meduſæ, ut tàm ſibi ſaluti foret, quàm hoſti exitio. Cæto igitur rigente in ſaxum, Andromedam ſolvit periculo, & ſibi copulat conjugio. Ita, quæ, à Poëtis, accepi multis, ego paucis reddo. Quid ad Principem, aut Principis ſententiam hæc fabula? Quod, ut Andromeda Ceto objecta; ita Hungaria, de cujus amenitate, felicitate & pulchritudine Hiſtorici & Geographi; ſit expoſita injuriis Turcarum. Quam qui in libertatem vindicaturus ſit, feſtinet, ac celeret, advolet in tanto periculo neceſſe eſt; Sed ne imparatus, ne impar hoſti, caveat. Et quod Dii de cœlo jam deſcendant, fugiant contagio mortalium, immortales; deſcendant in Hungariam, adverſùs communem hoſtem Chriſtiani Numinis & Nominis, Principes & populi: Cæſarémque levent auxilio. Meduſæ enim caput foret, & ſi quid terribilius, Vindicta Dei, Turcarum Tyranno, concordia, & fœdus Chriſtianorum, rigeretque non ad conſpectum modò, ut Cetus, verùm etiam ad ipſum nuncium. ſic fortè ad ſententiam Myſtæ accedimus. Sed quod paucos moveri aut ſuo, aut publico diſcrimine videamus; tibi pia precatione Deus, reliquam ſpem Hungariæ commendo, rogans atque obſecrans; ut ſedem etiam nunc nomini tuo faventium, olim pietatis tuæ propugnaculum, à terrore, libidine & rapina Barbarorum liberes: & legitimo Cæſaris Rodolphi, famuli tui, domini noſtri, imperio reſtituere digneris.

XVI. HIEROGRAPHIA.

Ciconias & Grues è longinquo venire concedimus Plinio. ne graves veniant, has ætatis, illas hyemis eſſe advenas, naturæ ſagacitas eſt. Grues verò, nam harum aliquam conſidere, in acervo armorum, video in expeditionem eligere ducem: ſervare ordines in itinere: quæ extremum agmen cogant, medium obtineant, primum ducant, eſſe veluti tribunos: Vigiles ſervare nocturnas excubias. Lapillum pede ſuſtinentes, qui laxatus ſomno, & decidens, in diligentiam coarguat. Cæteras dormire, ſub alis capite condito, alterno pede ſubſiſtentes. ducem erecto providere collo inſomnem, & dare Mandata. ſolertioris, omnia, quàm brutorum animantium, naturæ ſunt. Nam nos in rebus gravibus delitias agimus: in periculoſis ludimus: in bellicis torpemus. Quæ cauſſa eſt Myſtæ volucrum exemplo, ut, leviores his ſimus, veterno excitandi. Nam ſi

quidquam moramur; morimur, aut vitam precariam
retinebimus & vivemus, omni morte deteſtabiliorem.

Archiduces Austriæ.

Mathias Archidux Austriæ. Dux Burgund: Stir: Carinthiæ, Carniolæ, Generalis Supremij regni Hung:

Mathias Archidux Austriæ Dux Burgundiæ Stiriæ Carinth: Carniolæ: etc.

Maximilianus Archidux Austriæ Dux Burgund: et M. Mag: Equitu Theutonicorum.

Maximilianus Archidux Austriæ Dux Burg: Stir: Car: Carniolæ etc: Magnus Magis. Equitu Theutonicorum ordinis S. Georgij p Germ:

XVII. HIEROGRAPHIA.

Antè Marium, Lupi, Minotauri, Apri, Equi, cum Aquila erant, ſi qua militaria Romanorum. Aquila fuerat Perſarum. ut ex Plinio & Xenophonte manifeſtum eſt. Draco Indorum & Scytarum. Poſt recepta etiam ſigna Principum, ut ex Dione colligitur: & jam olim etiam ducum, ut Statius innuit, niſi annuat ad receptum morem Romanorum. Nam Apollonius Rhodius, ſuis duces inſignibus inſignit. Igitur & Principi noſtro etiamſi exemplum non haberet, licuit vexillo ſuperponere, qualemcunque animantis effigiem: modò ſibi ſua conſtet ratio. Nam cùm alii excitent militem ad virtutem, fortitudinem, vigilantiam, & imitationem ferarum, quas in ſignis oſtentant; ipſe gnarus virtutis & fortitudinis Germanorum, ſociorumqúe, in Grue ſua hæret: iterum atque iterum excitat: & ſub eadem imagine, expediti conſilii atque conſilii rationes exigit. Dixi vexillo ſuperponere. Nam licet pila ſit, vel orbis, quo Iſidorus Auguſtũ eſſe uſum, ut oſtenderet orbẽ ſubactum; mediũ relucet à centro, aliis atq; aliis pilis ad circũferentiam uſq;, è purpura, ut reliqua, cui aurũ intertexi ceperat. Cæterum hoc ſignum, ſignum imperii, duæ Nymphæ nudæ, id eſt cæteris curis ſolutæ (quod ſatis habeat quod agat) qui potentem hoſtem habet, inter ſigna militaria & arma (ſatis enim non eſt habere, ſed & oportet tueri) ægræ ſuſtinent manibus, ſuſtentant humeris. Si vix Deæ ferendo ſunt; qui nos efferendo? niſi nos Deum in auxilium advocemus? & nobis ipſi opitulemur? ſatis dicit, quod factum vellet, Princeps.

XVIII. HIEROGRAPHIA.

Quemadmodum bonus paterfamilias, aut clarus Dux, idem atq; idem ſæpius hiſdem inculcat: quibus videt, aut ingenium, aut animum deeſſe; ita Archidux, ſalubre iterat præceptum: Amat victoria curam. diverſis ſemper ut apparet, ut removeret faſtidium, ſimulacris. Jam enim duo Genii alati, ſignum Auguſtale admonent Palmæ: Orbem, inquam, à priori differentem, quod hîc folia, quæ Palmæ æquæ ſunt, à centro ad peripherian fluant: & æquitatis cauſæ æquos eſſe ſucceſſus demonſtrent: nec dubium fore exitum felicem, ſi nobis curæ ſint ſucceſſus. quod Grus ſuper palmam ſedens, non ſtertens, eructat.

XIX. HIEROGRAPHIA.

Si Laurus eſt ſcapus, in quo vigilat Grus, non ſatis diſcerno. ita nyćto. Tres ſcapum circa in orbes tres laurum duci topiario opere, vel cęcus, etiamſi nil de numero. ſi non viderit, ſenſerit. Ita redolent cum frondes, tùm baccæ. Et fortè cæcus ſi de numero audiverit, meliùs nobis divinarit, ut illi fabulosè evenit: evenire ſolet, animo à ſenſibus abſtracto, quid tres orbes, circa eundem diamitrum velint, præſertim Laureati. Diviſum enim ſi audierit olim, in totidem partes, orbem terrarum; conijciet veluti de palo ſuſpenſum univerſum orbem; explicatum verò in ſuas partes, ut diviſione clarior ſit, & habendi cupidos magis accendat. Cum autem Gruem audiet, teneri Scapi cuſpidem; manus tollet, &, hîc cura, omni aliarum rerum cura quæ non ſunt neceſſariæ, poſita, opus eſt, exclamabit. Hæc ſi cæcus viderit; quid nos hallucinari poſſumus, in hoc rerum uſu; aut cæcutire, in tàm moleſti diuturnitate belli?

XX. HIE-

XX HIEROGRAPHIA.

Leonem qui antè non vidit; ex unguibus & rictu, hanc esse imaginem Leonis, animadvertet. adeò vulgatum est Leonem & omnia Leonis, spectare ad rapinam, impetum, fævitiam. Hoc tamen fæna, rapaci & edaci forma, Natura abdidit animum placabilem, beneficum, & generosum, magis quàm fævum. Magna vis Naturæ, inter tàm contraria, eminentis. Negat fævire fævitiam illam inter se Plinius. Hoc inprimis insigni cum probro hominum, non ita ulli animantium, ut sibi mutuò infestorum. Quod si ne fœminæ quidem mas, licet adulterii impatiens, ultrà quàm iracitur; aut amor est, qui furorem lenit, aut animus plusquàm placabilis. Plinius addit, supplices audire & exaudire: multisque exemplis auditu rem stupendam comprobat. Nec ita in circo reor. Leonem amiculo Gaetuli, objecto consternatum; ut hostem ignavum contempsisse. Nam rotarum stridor, Galli gallinacei cantus, naturæ sunt, tantæ feritati illudentis. In Thoas, & de quibus digna memoratu victoria est, aliàs fertur. ut laudem magis appetere, quàm prædam petere videatur. Hæc breviter de forma & natura Leonis: nec inepta, uti apparet, ad Symboli enarrationem, Fortibus resistit. Leo enim Archidux Maximilianus est, qui in carcere etiam animum retinuit invictum. & missi, à quibus erat vocatus in regnum, attractus in carcerem, Turcis, quos non injuria fortes appellat, animo Leonino se se objecit toties. majori virtutis, quàm fortunæ gloria.

XXI. HIEROGRAPHIA.

Castris positis, Militemus inquit. Masc̃ula, imò & magna vox, dignaque tanto Principe. Quid ergò? inquies, omninanè sunt in castris posita? Minimè verò: sunt enim ut gemina Reipub. tempora; ita diversa belli & pacis studia. optatiora quidem hæc, sed & illa clariora. nec minus necessaria: cùm tantum quisque tenet, quantum manu tenere possit. præsertim vicino, cui satis caussa bellandi est caussa dominandi. Rectè igitur, Militemus inquit, cùm eò ventum est, ut Marte sit agendum, non disceptandum Lege, Hæc enim Lex est, non à nobis inventa, sed à natura lata: & insita in indole animantium etiam reliquorum: Vim vi ut repellant. Et rectè nobis inquit. Quanquam enim ad nos propius in dies, fuit or hostilis penetret; nemo ferè ex sociis, ad commune incendium accurrit: solus Cæsar pro omnium pugnat salute. Cæterum Pyrrhus castra metari primus docuit: & eo nomine, non postremum nomen, inter clarissimos belli duces, judicio Annibalis obtinuit.

XXII. HIEROGRAPHIA.

Quæ hæc virago? quam hasta armatam comitantur cicur Leo, & sus ferus? Si Circe, unde scutum Palladis? Si Pallas; Plutonis ubi galea? ubi pro crista galeæ, ales Martius? Jam mamillare, sit pelliceum; non est Ægis, quam Virgilius & Euripides describunt, horrens monstrosis capitibus & distincta Laciniis serpentinis. Breviter nil Palladis video præter hastam, à qua nomen, apud Græcos invenit: & scutum capite Gorgonis

gonis insigne. Ad Circem ferarum domitricem, aut efferantem homines comites propiùs spectant. Et hanc nec cassis, si tamen non est caliendrum, capitis istius tegumen : nec hasta dedecent. Sarmatarum enim Regi nupsit : & sublato Veneficiis viro, ausa est, in viros usurpare tyrannidem. ut non providè ; sic nec prosperè. Regno enim exacto in Italiam abiit exulatum. Hæc refero, ut ostendam, arma decere Circem quoque. Quod si Symbolum pateretur; Circe esset. Nunc, Frangit & attollit, licet Historicè de utraque dici posset. Hasta frangit comminuit, delet : & scutum attollit, sin, contra majorem vim, defendendi gratia ; Mysticè Pallas frangit hostem, id est sapientia, cujus illa præses est, temeritatem in dictis & factis tollit : & attollit, in Luce collocat, digno statuit loco, rectè consulta & fortiter facta. Quid igitur Mysta sibi augustius quippiam arrogat ? Non ea est mens Principis modestissimi ; sed per sapientiam Dei, justissimam Cæsaris causam, ab injustis armis Turcarum derimentis, pollicetur sibi victoriam, de potentissimo Tyranno Asiæ, Africæ & Europæ. Nam Plato in Cratylo, de Pallade, ex Jovis cerebro, nata, ea scribit, ferè, quæ nostri Theologi, de Verbo æterno, Mentis æternæ. multùm differens à Luciano, qui partum illum, in quodam Dialogo per contumeliam, describit. Jam per Leonem, Turcam intelligit. Per suem, equem ? alios percunctare. Ego enim à convitiis, calamum meum libenter abstineo.

Archiduces Austriæ.

Carolus Archid: Austriæ Princeps: Albertus Archidux Austriæ Dux Burgundi

Hispaniæ Philip: II regis Filius. Stiriæ Carinth: Carniolæ Com: Habs.

Ferdinandus Archidux Austriæ. Carinthiæ Dux Stiriæ

Carniolæ. Wirtenbergiæ.

XXIII. HIEROGRAPHIA.

Duo erant olim ducum belli decora, ut ita loquar, momentanea. Græ- s Trophæum, Romanis Triumphus. Plura militum, Romæ præfer- n: & infra Triumphi decus, ducum quoque ſumma attingo. Video iim Trophæum hîc depictum. Erat autem Trophæum, ſpolia hoſtium, ncatis apice arboribus & ramis arborum, fixa. ut Virgilius Mezen-) cæſo oſtendit. Momentaneum dixi cum Triumpho. licet enim diu- rnius foret, aut defluere arma, aut labi vetuſtate arborem erat neceſſe. :perti ſunt, qui celarent ære, aut marmore ſcalperent. inconſulto con- o. Nihil enim ad perpetuandas ſimultates efficacius eſt, memoria ma- iciorum. Excitabant Milciadis trophæa, Themiſtoclem. Et Perſas dem revocabant in Græciam. Romani devorare potuerunt, ignomi- m & cladem, nece Craſſi. & internecione exercitus acceptam. Signa ·ò Craſſi, id eſt, memoriam repetunt: & his redditis Auguſtus quie- :. Oportet exſtare monumenta Virtutis. Deus Bone? & quod mo- nentum clarius? vivacius, perennius, Hiſtoria? vero, unico & ſolido numento rerum geſtarum? Triumphus & Trophæum, M. Cicero- videntur, ut ſunt, ludicra pænè puerorum. Nec Princeps, Melite- s inquit. quaſi non alia ſpe, quàm Trophæi. abeſt ea Levitas, à tanta vitate; ſed ad milites, ſi non oratio: ratio efficax eſt, impigrè pu- ndi Spolia hoſtium, ſive in medio poſita, ſive de arbore ſuſpenſa. :dam ea colluvies. Pauci ſunt qui laudem petunt, abolita conſuetu- e Romanorum, pro aris & focis non tàm pugnantium, quàm ſeſe de- ·entium. quod fieri neceſſe eſt, ubi mercede conducuntur, non amo- n patriam ducuntur. Quemadmodum igitur Cyrus Minor, maxima- ·eis promittit, quibus Eraſmus ſcribit Germaniam ex Germania ex- poſſe; ita mercenario militi prudens dux, quibus inhiat, ſpoliam ho- m demonſtrat.

XXIV. HIEROGRAPHIA.

ſon eſt, quem cernis, ſparum læva, vellus aureum ſublata dextera te- ·e: & dextro pede draconem calcare, velleris aurei cuſtodem: manu dextra ſecurum, ſiniſtra habere ignivomos victos & in domitos tauros. Ita ex una imagine colligimus breviter, quæ vix legimus apud multos Poëtas, omnia. Multis pòſt ſeculis, quàm hæc aut facta, aut ficta ſunt, Philippus, quem non falsò cives, Bonum appellarunt, Dux Burgundiæ, Ordinem Procerum lectiſſimorum inſtituit, & vellere aureo inſignivit: non abs ullo faſtu, ſed animo religionis ſervandæ, propagandæq;. ut ex Epitaphio ejus, ne fictum in gratiam, aut metu expreſſum teſtimonium videatur, liquido apparet. Nam memor infauſtæ expeditionis Hungariæ, jam tùm poſteris oſtendebat viam, non in Colchidem, ſed in univer- ſam Aſiam, recepta Europa, tranſeundi. cujus opes Turca veluti Draco, præreptas & præcluſas nobis ſervat. Nam ut Jaſon, non ſolus, at ſocius totius Græciæ Principibus, in Colchidem pervenit; ita duci expeditionis arduæ, & jam neceſſariæ: non enim in Colchide quærendus eſt hic Dra- co, ſed foribus noſtris propulſandus. opus eſt ſubſidio & ſocietate Prin- cipum

cipum & Civitatum, totius Christiani nominis, omnium. ut pluribus P. Jovius nequidquam docet. Et quemadmodum Jason, non mari tantùm, sed & terra jactatus fertur; haud aliter Turca terra mariquè, ne habeat, quò se vertat, incussò & illato undique terrore, oppugnandus est. Nunc dùm terra bellum trahimus, aut mari ducimus; ipse vires in unum contrahit, & facilè sustinet impetum. imò cùm non pugnet qui deberet, sed qui cogitur: & alter alterius prelium ociose spectat, singulis aliquid præripit. ac in Medeam, id est, recta consilia sequamur, & in commune conferamus vires; quod rationi consequens est, non vaticinor. sed vereor. Brevitati studeo, & fugio querelas: quid enim tibi fastidium patriam? aut mihi molestiam, nihil Reipub. profuturam? Præcipites enim ruimus, in mutuam perniciem, bellis intestinis. Hîc prolixior fui studio Mystæ: cujus consilium Hierographia expressum, est salubræ & necessarium. Ac ne consilio aliquid desit; Symbolum (Assiduitate) ad Hieroglypton accedit. Nam consilio quidem opus est antè factum; sed à facto non cunctandum. studio, assiduitate, diligentia, potiùs maturandum. Horum si fidem Christianis facere, Christianus Princeps posset; Turcas, verè Tauros: sunt enim nostrorum multi, qui in belluinam degenerarunt naturam, qui Turcæ ancillantur. imò hoc est robur, hæ vires, (hoc præsidium Draconis) etiamsi ignem & Martem spirarent, nullo negocio subjugaremus, & frangeremus spiritus. Ac ne nascantur, ex dentibus gigantes, id est, posteri majoribus potentiores. ut à contemptis initiis, in hanc immanitatem, Tyrannis primùm contempta evasit; abrumpenda omnis societas, rescindendum omne fœdus, inferendum uni ab omnibus bellum est: & malum omnibus infestum, ab omnibus eradicandum. Sic sic aureum Vellus, aut sub hoc nomen, incredibilis Orientis semper divitis, nunc nostra miseria ditati, opes, cum ingenti perennique nominis gloria reportabimus. qui nunc inter nos non minori periculo, de mutuo exitio decertamus. Quantum civilibus aut socialibus bellis, auri, sanguinis, Virûm, exercitus, fallsum est? Cadmæ tamen victoria vicerunt. omnes, si qui vicerunt. Nec tamen, qui vel suo vel alterius periculo sapiat.

XXV. HIEROGRAPHIA.

Legitimè certantibus, inquit Mysta: & per coronam auream, traijcit geminos Palmæ ramos. Nam in ludicro certamine, palma donabantur Græci, aureo diademate cingebantur, cùm aliis de causis, tùm, ut nunc regnandi. Ac divus Paullus quidem ad morem istum respiciens, exstatur nos ad legitimè certandum Spirituale illud certamen, cum Carne, Mundo, & Diabolo. proponit præmium coronæ nunquam marcescentis. Non quod operæ debitæ, ulla debeatur merces: aut non satis sit præmii, in ipso Dei servitio & cultu; Sed quod animi hominum invitentur præmiis: & licet non debita, Virtuti & Pietati Deus præmia rependat. Hinc Mysta cùm præmia proponit, tùm ea distinguit quoque. Alia enim sunt præmia justa & hujus vitæ: & alia æternæ. Proponit autem eodem consilio, quo Paullus. quo bonus legum aut lator, aut gubernator. & ut beatitatis æternæ gratia, haud dubiè & fœlicitatis Reipub.

Nam

Nam non minima felicitas Magiſtratus eſt, parentiũ virtus. Et de virtute, eſt jucundiſſimum certamen. ſi virtute certatur; & non uter potentior, ſed melior evadat. In bellum aliâs non bellè ruimus : & neceſſarijs armis honeſtam aut piam cauſſàm prætendimus. cùm ne cum perduelle quidem, niſi piè & juſtè bellandum ſit. imbecilliori etiam, niſi neceſſariò. Non enim ſemper benè fit, quod benè: niſi etiam tempeſtivè. Pollentiori niſi non ſolùm quid poſſit, ſed & quid debeat, conſideret. Debet autem in judicium adhibere rationem, non libidinem. Nam, quam maximè appetit, gloriam amittit ſemper: quæ enim eſt gloria, cum ſcelere in juſticia, immanitate conjuncta? nonnunquam, & quod vult invadere, imperio excidit: quod enim validiſſimi exercitus, exigua manu fuſi fugatiq́; ſunt? His de cauſis Princeps ætate florens & ſtudio Reipub. incenſus; præmia non tollit, ſed relinquit certantibus legitimè.

Duces et Principes S. Rom. Impery

Philippus Audax Dux Burgundie et Brabantie Comites Flandrie etc

Margarita Philippi uxor Ludouici ul timi Comitis Flandrie et Brabā. Filia

Ioannes Dux Burgundie et Brabantie Comes Flandrie Ardecie Rossilonis etc

Margarita Ducis Albert. Bauarie et Com Hannonie Filia Ioanni Duci unor

Philippus Probus Dux Burgundie et Brabantie Comes Flandrie etc

Carolus Dux Burgundie et Brabā tie ultimus Comes Flandrie etc



I. HIEROGRAPHIA PRINCIPVM.

Olinus ignitabulum appellat, ex quo, ignis, percussu silicis elicitum. repertum apud Pyrpilem insulam, nunc ubique gentium (necessitas usum probat) divulgatum. Hoc sive ignitabulum, sive igniarium, ut Budæus nominat, est, quod Dux Burgundiæ pro Hieroglypto usurpavit, quod Symbolo hic decorat: Antè ferit, quam flamma micet. Et Verum est. Ante enim fomes, sive suscitabulum, ignem excipit, icta supina parte (στορεύῃ dicitur.) quàm sulphuratum (ramentum est sulphura tinctum) flammam ex esca eripiat, & accendat Lucernam. Cur autem Burgundo usurpatur quod servile munus; quæstio supereſt. Paradinus existimat, belli averruncandi caussa. Nam cùm dux natura bonus esset, & sciret bellum sæpius injustum, nunquam bellum: quod tàm atrox, crudele, in humanum; ostendere voluisse suis, & vicinis, nimiùm promis ad arma: ex conflictu duorum, ignem, stragem, ruinam omnium prius sæpe na ci, quàm bellum inchoatum sit. Nihil egit. si satis est, voluisse aliquid, arduis multùm, & quidem longè plurimum egit. Non enim est Cyneas, qui disuadet bellum; aut Seneca, qui Alexandros, prædones appellat; Sed Burgundiæ Princeps bellicosissimis populis imperitans, ipse non ignavus. Et multum facit, ad faciundam fidem; quis sit, qui consilium dat. Nihil egit, dico: quod Carolus Dux Burgundiæ, stirps hujus, in bello mortem occubuerit; cujus caussa erat, currus ovinis pellibus gravis. non alia culpa ducis, quam quod Monfortium clientem suum, rapti reum, injustè defenderet. Hæc omnia ad Paradini sententiam pertinent: nec enim is sum, qui recta oppugnem, ut qui ex alieno probro, sua alijs probare cùm nequeant, laudem malitiosè captant, sed qui propugnem, si possem: aut quidquam valeret hic stylus. Olim tamen iræ tributum est, & sumptum à fulgure, quod ante tonitru corruscat, & sine quandoq; tonitru; ut ante flammam, scintilla ignis. Ita priusquam animum nudent multi, irati nocent. nec Principes solùm, qui quibus succensent, plerosque habent in potestate; verùm etiam privati, qui volunt haberi & sunt χειροδίκαιοι Hesiodo, manibus jus vindicantes. si tamen jus, quod injuria vindicatur. quoties jam injuria vindicatur injuria? Horum aliquem ita incaluisse ira. Theocritus scribit, ut ab ea facile καὶ λύχνα ἅπτειν planè, ut ab esca, inflammatur lucerna. Hoc similitudinis caussa, non dissensionis à Paradino, adjeci. Nam ad belli, præsertim conciti & injusti caussas, accedit ira, malus ejus, quod agitur etiamsi benè consiliarius.

II. HIEROGRAPHIA.

Revulsa hæc de vipera opinio antè à nobis, sive potius Matthiolo est, cum usu suo, tùm aliorum testimonio. Nondum evulsa ex animis hominum. & Herois ista, antè Matthiolum vixit. Si autem dicit, quod in Symbolo dicit; quòd ipsa tantùm infœlix est, sed & genetrix in partu obijt. Aut quid dicit? sentit, inquam, cùm dicit? Hac natam me,

 ratione

ratione puta ; ratio id est talio, genus pœnæ non iniquum semper, ne-
cat. Referri & ad alia potest. ut antè attigimus. Nec tantùm in-
vidus se macerat ipse & enecat: Verum suo quisque vitio. quodcunque
tandem est, carpitur: & nisi singulari præpotentis Dei indulgentia, pau-
ci effugiunt, quod in alios audent. ni fortè æternis cruciatibus serven-
tur, quos si qui non horrent (contabuerunt certè Pagani , nec vulgò
homines, sed Tiberius, Nero, alij contemtores Divûm & oppressores Legum) quid pallent ? quid pavent ? quid quò propiores morti
sunt, quæ finit ærumnas humanas, eò magis, ac magis trepidant ? Ne i-
gitur è nobis nascantur, quæ nata nobis pœnam, interitum accelerent;
non concipiamus animo infando; sed cor Sacrarium S. spiritus, serva-
mus impollutum Deo.

III. HIEROGRAPHIA.

Columna hîc est ansata. solida, ex marmore, aut qua alia materia:
structile enim nihil apparet, nec striati. At scapus, supra scapum, capi-
tulum: infra, spira, inferior Stylobates, feriunt conspectum. Jam an-
nulos duos, circa medium, totidem, in diversum, manibus trahi, nemo
non videt. Nam alteram cochlea, alteram ala insignit. Et ut cerne-
re omnia prolive est; ita intelligere, collatum ad imaginem Symbolum,
cuivis judicij est. Una enim Vox, & non brevitate obscurum. Testudo,
tarda est : ala verò præpes. Utcunque moliris; evertes columnam, sivè
citò, sivè tarde. conare modò, & incepto perseverа. Licet altè fixa, aut
æquè librata sit. Hoc est quod Mysta dicit: & dictum imagine illustrat.
Architecto inquies, dixerit. quid mihi cum columna ? impotunus es.
Quod in columna vides; id quavis in re experire. Omnia straveris, ever-
tes, pessùm dabis. Nihil erit tàm arduum, quod non superabis. Nihil
tàm difficile, quod non vinces. Obdura modò. Quidam & quædam
spontè & citò tibi cedent: si ostenderis te velle, quod vis, nec pateris tibi
verba dari: aut vanis promissis, spem eludi.

IIII. HIEROGRAPHIA.

Aquilam pictor Grui hîc subjecit. Nusquam tamen huic cum il-
la volucre bellum esse legere memini. Nec sunt libri quos consulam.
Plinius varia, Aquilarum genera statuit. Duo colligo, Gnesion & in
suas species dividitur : ac spurium quod non subdividam : nec hercle
Aquilis movebo de statu quæstionem. Cæterum Percnopterus A-
quila Plinio est non gnesia. Vulturina specie, alis minimis, reliqua
magnitudine antecellens, sed imbellis & degener. Sed hanc A-
quilam corvus verberat, eodem Plinio teste, non Grua. Et quo ani-
mo lacesseret Gruem, temerè ordines non deferentem ? cùm ne aqua-
ticas quidem aves , nisi solas aggrediatur , quæ illis causſa , grega-
tim versandi ? Jam mascula vox est. Symbolum. ut Corvus sit la-
cessitus, non Grus. Sive tamen Grus, sive Corvus lacessitus, ho-
stem improbum magis, quàm impigrum habet pedibus subjectum;
Herois

Herois prudentèr unumquemq; admonet: ne meliores, pollentiores ingenio aut viribus lacessant. digna, quæ hac tempestate renascereturIta scioli, audaculi, Thrasones, Bavij, omnes tentant. & ut generosos equos canis villaticus allatrat, non accedit; molesti sunt omnibus bonis. præsertim nisi simul impudentes sint, absentes. Sed quid Heroidem repeto? castigandi verberibus, non verbis sunt. Quam Laudem Baro Poëmus pragæ non ita nuper, pænè est adeptus. Nescio quis malus Genius, à compescenda linguæ petulantia, & rustieana licentia, virum generosum diverterit.

V. HIEROGRAPHIA.

Vellus arietis, quod aureum fingunt, pictum & præmij instar cùm vides; tùm audis: Pretium, non Vile laborum. Honos alit artes: Merces operas. Hoc interest inter sordidos & ingenuos animos. Hi ratione ad gloriam, illi ventre ad necessitatem ducuntur. Nemo, ut dicam, quod sentio, nemo ferè est gratuito bonus. præsertim ubi latrocinari, quæstuosius est, quam arare: plausibilius simulare, quam colere virtutem. ubi, inquam, benè meritis præripit honores & opes, malignitas, & invidentia. Quod animadvertens longo rerum usu Mysta; proponit laboribus præmium non vile. Nihil enim auro pretiosius est. Quid jam, si ad opes tantoperè Mortalibus concupitas, honores accedant? qui etiam viles animos, subinde tangunt? Certè plus gloriæ, quàm auri Argonautæ sunt adepti. Aut enim fabula est, aut historia, de aureo Vellere. Si fabula, aurum est fictum; laus vera: Si historia, aurum sive factum sive infestum, jam diu perijt, gloria superest immortalis. Tàm celebris ea expeditio est. Hoc agitabat secum Dux Burgundiæ, cùm sub eodem Vellere, Burgundis & opes & honores promitteret. imò Christianis omnibus, si aurum nobis diu evulsum, non Vellus aureum. cum ditissimis fœcundissimisqúe regionibus, unanimes reciperent: & injustissimum incubatorem depellerent, barbarum Turcam. Non lubenter scribo, quæ ab alijs, mandata litteris sunt. Quod sæpius indicat sermo de vellere aureo; in summam, quæ ab alijs sparsa, contraham. Prixus, novercale odium fugiens, cum sorore arietem conscendit, non cujus Vellus esset aureum, sed navim, cujus insigne, aureum Vellus erat, & fortunas simul suas aveheret. Has mortuo Phrixo Jason, ut ferè, opes hostem alliciunt, in Colchide reposcit, quem exilio locum, & in exilio regnum sortitus erat. Et cum nequidquam res per feciales repeteret; expedivit arma: & socios expeditionis, ut antè narravimus, sumsit Principes. Græcorum, quorum nomina, nulla delebit oblivio. Mortales autem cùm simus; nihil viro benè nato & educato optatius esse potest nominis immortalitati. Prudens igitur Hierographus. Cùm enim ostentat prædam Jasonis; renovat gloriam Jasonis atque sociorum. Movent autem teneros animos, exempla sæpius, quàm præcepta.

VI. HIEROGRAPHIA.

Hystrix est, Græcis Acanthochæron, nobis, in sua cuique lingua ferè,

porcus ſpinoſus, animal non amphibium, ut quidam opinati ſunt; at ſilveſtre, ut Oppianus tradit, cui adſtipulatur Geſnerus. ſpinis contectum, ut Erinaceus; ſed longioribus, miſſilibusqúe, cùm intenderit cutem. Ora enim ut ſcribit G. Agricola, urgentium figit canum. & (quod ad Symbolum pertinet, Cominus & Eminùs) paullo longius. tanto impetu, ut in ligno hæreant Hæ ſpinæ, ſive aculei partim albicant, partim nigricant, non confuſis, ſed diſtinctis ordine coloribus, & in mucronem exeunt. Quo autem pacto inhorreſcant, conſpecto hoſte; ex eo conjeceris: quod Oppianus neget, in opacis ſilvis, ullam feram, horribiliori apparêre conſpectu. Tota igitur imago, cum magnitudine animi Principis congruit. Ea enim erat virtute, ut, licet Belgarum & Burgundiorum opibus niteretur modò, Lodovicum XI. Galliæ Regem compeſceret, nec hunc vicinum tantò potentiorem, ſolùm; verùm etiam Imperatorem, in ſui admirationem raperet: & Italiam metu percelleret. Dux Mediolanenſium profectò, conſilium Lodovico dedit: quo ſolo Rex, non armis ſervatus eſt, Ab Helvetijs, quos contrà incitabat Lodovicus, eſt cæſus quidem; ſed deſertus à Cominæo, qui arcana Caroli prodidit: & proditus à Campobaſſo. Iam Duces Burgundiæ ad acmen pervenerant; ut vel deſcendere vel labi de illo faſtigio foret neceſſe. Hoc erat in fatis. imò & Carolo in optatis, ſi ingentes illos animos conſideres, quibus ſine controverſia, optatius erat cadere, quàm cedere.

Duces et Principes S. Romani Impery

Carolus Dux Burgundiæ et Brabantiæ. ultimus Comes Flandriæ etc

Guilhelmus ab Hannonia ostrouctanus Comes Comesq; Pal Rheni Holazelæ.

Ludouicus Dux utriusque Bauariæ Comes Palatinus Rheni.

Albertus Dux utriusque Bauariæ Comes Palatinus Rheni

Guilhelmus Dux utriusque Bauariæ Comes Palatinus Rheni

VII. HIEROGRAPHIA.

Præter ignitabulum, de quo pendet Vellus aureum, ſen decuſſi forma Laurei rami duo, igne fulgentes. De ignitabulo & vellere nihil repeto horum, quæ paullò antè præmiſimus. Petere magis lubet, unde ignis cui inimica laurus? conijce in ignem, audies ut crepitet, & averſetur flammam. Ad focum non ad Plinium te mitto. Idem Plinius tamen ſcribit attritu lauri & Hedere elici ignem. imò & mutuo attritu laureos ramos, micari igne, uſu compertum eſt. quemadmodum & Leonis oſſa. Quid hoc naturæ, miraculum? de Lauro quæro, in cujus imagine occupati ſumus. Vrere vult Laurus, non uri. Et Carolo propoſitum erat inferre, non ferre vim. quod nec ipſe diffitetur, cum innovat ſuperius Symbolum antè ferit quam flamma micat. Non enim exſpectabat, ſed præveniebat hoſtem: non indicebat prius, quam inferret bellum: & denique telis, non minis, aut litteris pugnabat. Hic ardor Martius Caroli erat, qui in flammam ſæpe erupit, coruſcans ſemper antè. Fuit Laurus olim etiam in honore. Nam alibi pacis, Romæ & victoriæ erat inſigne. non quod ſemper vernet: hoc enim ab olea ſuperatur; ſed quod fulmine non icitur.

VIII. HIEROGRAPHIA.

Pecten ſine tentale, cratis iſta, eſt, dentibus aut ſtylis ferreis vel ligneis confixa: qua ſementem obruunt & occant ſolo. Huc in expeditione Africana, de qua Froſardus, ſignavit militare ſignum Dux Albertus: promittens ſibi in bello pio victoriam. videtur enim velle, populari e hoſticum & omnia æquare ſolo. Paradinus alio transfert. Nam ut Demoſthenes nequidquam ſcutum fauſto nomine; ita & Bavarus felici omine vexillum. Transfert autem à belli ad pacis ſtudia. iniqua æquat Dentale. & Princeps inquit Paradinus, ſuccreſcentes, bonorum injuria, malignos & flagitioſos homines tollere è medio: reliquos æquis legibus, & jure civili equare inter ſe poteſt, atq; ſociare. Ad quam, quod Symbolum apprimè quadret, nihil adijciam. cùm hæc enarratio modeſtior ſit, & dignior Principe. Non enim inconſtantes viros, cujuſmodi principes eſſe decet, canere triumphum decet antè victoriam.

IX. HIEROGRAPHIA.

Congreſſos cum Leonibus, Samſonem, Davidem: quid enim ſemper te.timonia proferam, ex Hiſtoria exotica? & hercle ſi exotica exempla vis, Herculem, Lyſimachum. imò objectos belluis in circo, & evaſiſſe victores accedimus. De Primoribus noſtræ pietatis, verba non facio. quibus non ſoli Leones ceſſere. ſed feræ omnes, imò terra & mare. ipſa, ne dicam natura pæne. Nam pijs nota ſunt & trita Divorum monumenta, impijs non probata. Quem hic ſtatuat ſuperierem Leone Myſta, & mordicus apprehendentem belluam, inter tàm diverſos, obſcurum eſt. Nihil clarius Symbolo: Iræ modereris & ori. Certè tanta claritas Symboli, ut Hieroglypto lucem afferat. Videtur enim fortior Leonis domitore

domitore & victore: qui iræ moderatur, aut os saltem refrenarit. Videtur, inquam, judicio Principis Philosophi, inquies non Principis. Et ego, Philosophorum Princeps, inquam, Plato, felices ducit illas civitates, in quibus aut Philosophi regnant, aut Principes Philosophantur. Actum enim boni & sapientes viri agunt, nisi idem, à cujus nutu, cæteri dependent, hoc ipsum agat: & facto magis quàm dicto comprobet. Jam si non iniqui sumus rerum æstimatores, non quis. Sed quid dixerit considerantum est. Nemo autem est, cui non magni est, magni viri auctoritas. Quid de Principe dicam? Qui intra potest, suadet. salutare consilium accipio: cujus mandatum, licet sævum, exequi conor. Satis pro Præceptore semet: quæ variis alijs, mentem vellicant. Venio ad rhombum. Animæ quot sunt facultates, totidem animalia appingere consueverunt Sunt autem facultates tres, Ratiocinandi, Irascendi. Concupiscendi Et Reginæ Ratio: Leoni ira: Simiæ concupiscentia comparatur. Ratio certè cerebrum, veluti regiam tenet. Irarum fremitus, veluti satellitum, si non vis ferarum, circa cor versantur. Sub umbilico cupiditas fœdior simia, veluti ad culinam relegatur. Mysta noster, sui similem, hic, superiorem infami cupiditate, arripit. Nec enim Leo est, in cujus rictum, manus insinuat; sed os hominis procax in contumeliam, quod sanare, & digitis compescere nititur. etiamsi sanguis bulliret circa cor: & per os, scrutatur, qua via, at cor pertingat, quam cum interseptam videt caucium angustijs, sententiam, veluti salubre poculum, quasi per infundibulum, infundit. Iræ sit modus. Rationem non adjecit. Legis latoris enim est jubere, non suadere. Et satis rationis est, in modo. Nam quidquid modum excedit pernicioſum est. Et quod corpori evenit, in qualitatibus; hoc evenire animo, necesse est in affectibus. Utrobique enim ad sanitatem, temperantia requiritur. Sed quæres, quid modum iræ quæris? & non potius finem statuit? tollit? eradicat? Quod affectus necessarii sunt ad actionem. Nam si cor non moveretur, & quasi impelleretur ad agendum; nihil vanius fuerit, nihil ineptius, nihil ociosius Homine. Non sunt opiniones. ut volebant Stoici, affectus: habent enim suas natura sedes: & in recto usu, Virtus, in pravo Vitium consistit. Ita nobis cum Mysta ferè convenit. Quod autem ori vim, non cordi admoveat; fit cordis magnitudine, quod molliri ratione & oratione vult: & linguæ præterviam, quæ quoties præcurrit, prodit perdit, mentem? se secandam, aut simul cum capite, carnifici præbet? Alibi oratione, hic vi opus est. Manlius certè Tribunum plebis, ad jus jurandum, non ratione traxit; sed ense stricto, mortem minitans & ostentans coëgit. Moriere si emiseris vocem. Ratione tamen, si, veluti medicina, non sit intempestiva, videtur sanari posse, linguæ præcipitantia. Natura hoc voluit: & ea dentibus, ut vallo circumvallavit: superduxit labra. Nil agit. Fert suppetias ars. Augusto familiaris suasit, ut quoties ira incalesceret, aut qua alia vitiositate, puniret lingua; non antè efferret quæ lubido afferebat; quam recitaret, elementa Græca. moram, quæ alibi inutilis, hic necessaria erumpenti malo quærens. Erasmus qui de lingua non satis tem-

perans

perans calamo, cetera præclarè scripsit, elementis Græcis, Orationem Dominicam subdituit. Ita non tantùm moram quærit, sed auxilium invenit ab eo, in cujus potenti manu cor est, & omnia cum corde nostra.

X. HIEROGRAPHIA.

En tibi iterum de Leonibus dicendum: ex quo duos Mysta, oculis subijcit, quorum ille agnum amplectitur, hic verbere regitur, & imperia patitur. Agnosco officium. Non enim idem, duo volunt. Sed cùm alter pareat Homini, alter parcat agno; debemus & nos obedire meliori ignoscere minori. Paret autem Leo Homini, & sensim exuit feritatem; imò repentè interdùm & sponte Homini, se subijcit, ut Plinius exemplis lepidis persuadet lectori Diu: Ambrosius cautiàm quoque in vestigat, & intuitu naturæ Hominis, cui Deus imperium orbis terræ dedit, evenire arbitratur. Si Leo Hominem agnoscit, cujus potior pars est mens, quam non videt: & quo minus videt, eò magis reveretur; quid nos à reverentia Dei cohibet? qui non solùm est melior, sed Optimus & Maximus? Non videmus, non audimus, non tangimus. Hoc ipsò spectatior est. Si enim sub sensum caderet; non esset Deus, Si tamen videre lubet; intuere magnitudinem universi, opera manum ejus. Si audire; rituales libros habes. si tangere; nihil habes boni, quod non à Deo accepisti. Parendum igitur Deo inprimis est; si meliori. Est autem meliori parendum: quod sic etiam melius sit parenti. ut corpori si paret animæ: discipulo, si magistro. Secundum Deum, parendum est Magistratui. Non est melior, dixerit aliquis, rerum novarum cupidus. Sed nostrum non est, inquirere, in magistratum Et si non esset melior; parendum tamen est, Dei, qui instituit, & sine controversia melior est, respectu. Deus autem si meliorem Magistratum dat, & Barbaro vel Tyranno mancipat civitatem; facit id, quod civitati melior sit & utilior ejusmodi gubernator. facit enim plerunque populo in vitia defluente & aspernante leges. Quod cùm facit; servat, quos perdere videtur: Compescit enim animos effrenes, asperiori & digno freno, stupenda plane sapientia. Nam haud solum bonitatis suæ participes facit; verum etiam ex malo alieno (ut Boëthius docet) boum elicit. Bone Deus, quàm es bonus. De uno Leone dictum est. Jam de altero dicam, aut potius, quid alterius exemplo, nobis faciendum est. Huc enim Symbolum refertur: Parcere subjectis & debellare superbos. cum feris, cum hominibus pugnat Leo. Solo terrore primum. cum venatoribus ut vi coactus, non terrore perculsus esse videatur. Nec cedit, quam diu patenti campo res geritur. licet canibus & venabulis urgeatur. Ita pulchrius ducit mori, quam cedere. A quo ictus, hunc unum è millibus petit: si absque vulnere. & ipse parcit cruori, Nobis in laceſſitus parcit. Fames si ad infandas dapes cogit. antè in viros, quàm fœminas fremit. postremò in infantes, fame, quasi furore, à generositate sua deductus. An agnę parcat, nescio. Catellum simul educatum memini; sed ut cum potentiori periculosa familiaritas,

liaritas, tandem diſcerpiſſe. Concedamus Myſtæ, agno parcere. Nam & officioſum mendacium, viro bono permiſſum eſt. Docemur hujus imitatione, parcere debiliori. Sed dicet aliquis P. Virgilium, à quo mutuatus Princeps Symbolum, Principis orbis terrarum populi officium, non noſtrum expoſuiſſe : ſic enim inquit Anchiſes apud Virgilium. lib. 6. Æneid. ſub finem.

Excudent alij ſpirantia mollius æra:
Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus,
Orabunt cauſſas melius, cœliq; meatus
Diſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

Cedo. & concedo aliud eſſe officium viri Principis & privati. Multa enim hos tollunt, quæ iſtos deprimunt. Ac ut nemo ferret privatum, qui ferret ſceptrum; ſic nec Appelles ferebat Alexandrum, in ſuo ergalio regnare. Sed in exercitio virtutis commune certamen, omnibus eſt. imò ſi volumus Deum nobis ignoſcere ; vult ut conſortibus generis ignoſcamus, Et nobis non tantum dedit præcepta ſalubria ; verùm etiam exempla reliquit efficatiora. Nec bonus Princeps aliud vult, quam cives ſui ſimillimos. non poteſtate, at probitate : Illius enim nullum eſt commercium : hujus verò mutuum conſortium. Ita dictum ſit de Leonibus, paullò uberius. Sed res poſcebat verba.

XI. HIEROGRAPHIA.

Si nulla foret Hierographiæ doctrinæ utilitas, quæ ſumma eſt: ut non ego ſed res ipſa demonſtrat. quemadmodum jam diu mecum, quivis & intelligit & colligit ; ſumma tamen voluptas eſt, tot principum, non ſolùm inſtituta; ſed & arcana. Quod enim cuique animo propoſitum eſt maximè ; hoc cùm evulgare, turpe ſemper ſit, nonnumquam periculoſum quoq; ita exponit; ut non minus tacitum ſit, quàm dictum. Nam in interpretatione ſemper eſt effugium. Quid ergò nos interprætamur ? quia affectus ponimus, qui Menti maxima caligo ſunt : & adjuvamur, ſucceſſu atque eventis rerum. perſonarumque citra metum aut aſſentationum. intuitu. Et hanc voluptatem, magis volupem facit varietas. Quemadmodum igitur alia atque alia ſcenam, non perſonæ tantùm delectant ; ita imaginum & ſententiarum diverſitas, faſtidium levant. Hoc ſimiarum cauſſa dico, quarum altera, periculum effugit : altera propinqua arbori & ſaluti eſt. Nam aut aſſentando, aut gyrando videtur ex Lyncis unguibus & faucibus ſeſe explicatura Ita in omnes artes ſe vertit ſimia. Vt ſimilitudinis nos pudere non debeat. Fabula eſt, vulpeculæ narranti & jactanti thenas ſuas, felim reſpondiſſe: etiamſi ex dolit conſuta ſis tota, una tamen ſolertia, quæ his omnibus præſtat, te ſupero. Qua verò ? dùm quæritilla ; en venator, & canes, dicto citius circumdant vulpeculam, cato in proximam arborem, veluti ad aſylum,

perfugi-

perfugiente. Nec in fabulis nec in hiſtorijs fortè Lynces venari ſimias. qui captant ſimias, Orſos in India Plinius, Strabo Praſios nominat. Iam hoc ab omnibus naturæ inveſtigatoribus conceſſum, à Leoni appeti, in ægritudine, remedij cauſſà. Natura ipſam pavere teſtudinem ut Eraſmus, limacem ut Geſnerus, crocodilum. Sed ſive Lynci, ſive cui alteri hoſti potentiori illudit, intelligimus, quid Princeps velit. vult enim vim virtutè ſuperari. Ad cujus ſententiæ probationem pertinet, quod Catus in Ægypto ſimias venetur, mamonetum puta. Cercopithecunt vòcant. Nam aſtutia ſimias, teſte Iſidoro, vincit. Idem de Pardali teſtatur Ælianus. mortem enim ſimulat, ut alliciat ſimias. Vnde Pardi ſomnium. ita enim & Panthera appellatur. tecta etiam pelle candida, & maculârum notis pulchrè diſtincta. gradiſſimum ſpirans odorem. cujus illecebris, ut fere quod volupe, doloſum eſt, non ſolas ſimias illaqueat. Hujus & ſimiæ concinnius fuerat duellum. ſimilitudine veſtis, deceptus Princeps, Lyncem pro Panthera cum, ſimijs commiſit. Et foret jucundius ſpectaculum: ubi alter, alterum ingenio ſuperat. Sed propoſitum fuit, in belluarum certamine, quantum ſolertia corpulentiæ præſtet, declarare. imò virtus ut loquitur, violentiæ. Poterat comparatione Regum, ſui & priſci temporis. ſed minori invidia animantium ferarum. & Hierographi rarò Homines hominibus proponunt. Quod planè non liceat, ut vulgo volunt, id refellimus his libris, quos de Hierographia ſcripſimus.

XII. HIEROGRAPHIA.

Multum hic Princeps tribuit virtuti, & non injuria tribuit. Aut enim virtus à viro: aut viri, quibus Princeps imperat à virtute. & certè, niſi ut poteſtate, ita virtute, parentes antecellat, debile imperium eſt. Aut enim parentes abnuunt, aut metuunt imperium. quorum utrum pernicioſius ſit; non facilè dixerim. Hoc prudentes viri putant, nihil tutius ad diuturnitatem, benevolentia: metum ſupra contemtum non eſſe. eſſe utrumq; capitalem Magiſtratui, accelerare ruinam, hunc magis. Eſt igitur cauſſà ſatis, cur virtuti ſuum tribuat. Nam ſi nihil eſſet, in vel è virtute commodi; ſatis eſt quod deceat virum. imò virûm principem, decori. Cùm autem ſola imperium non modò cohoneſtet; ſed & contineat: meritò Princeps, virtutis encomium repetit. Poſſet enim aliquis virtutem laudare quidem; ſed in alios intuens, aut potentioret, aut feliciores, rem laudabilem flocci facere: quærere alia principatus, aut regni præſidia, amplos fines, immenſas opes. Cùm autem idem Symbolum: vincit vim virtus) alia ſimilitudine ſtabiliat: Laurum enim digito oſtentat, quam nec fulgur tangat, quam nec tempeſtas deformet, quam nec hyems defloret; ſi ſagoge convincit, nec principi, nec privato viro, bono, à potentiori viribus, aut opibus, quidquam eſſe metuendum. En, ut vernet, nec ipſa percuſſà, nec folia decuſſà. Quæ erant loco concrua, ſuo loco de lauro collegimus. Ex hoc habitu arboris, hic colligimus, non omnia in viribus conſiſtere; at ſua cujusq; virtute, ſive animantis ſive ſtirpis. Nec fidet ſecundùm Dei auxilium, quod omni in re, inprimis neceſſarium eſt, vir virtuti? colamus modò virtutem, & tanti boni ſemina excolamus. Non eſt, nõ eſt, ô viri. quod paveamus temporis, aut timeamus hominum injurias. Tantum præſidij eſt in ſolida virtute: & mente à vitijs repurgata.

XIII. HIE-

Duces et Principes S. Romani Imperij
Guilhelmus IIII Dux utriusque Bauariæ Comes
Palatinus Rheni

Renata Lotharingia Ducis
Bauariæ Guilhelmi IIII uxor.

Maximilianus utriusq; Bauariæ Dux
Comes Palatinus Rheni Eques Aur. Vell.

Ferdinandus utriusque Bauariæ Dux
Comes Palatinus Rheni:

Otto et Philippus Comites Palatini
Rheni Bauariæ Duces

XIII. HIEROGRAPHIA.

P. Ovidius, duas Arctos esse tradit: quarum altera, ursa minor quin & Phænice appellatur, quod à Phænicibus observata primùm ut Aratus tradit: alterà Helice, à Græcis notata. Ad has cursum olim Nautæ direxerunt. Quid si celum interdiu nubilum? aut noctu obscurum? Amalfitani igitur, majori cum laude sua, & utilitate omnium, Magnetis usum invenêre, & inclusere Helicen in puppi. Pyxis nautica in puppi est, ad quam, veluti ad normam, gubernator navim regit. Gnomon enim Ursam majorẽ commonstrat, magnete tinctus, aut tactus, nec ante conquiescit. Scio polum Mundi, à polo Magnetis differre: nec ubique eundem esse usum Magnetis; sed hic nihil horum tradimus, sed transimus ad Hierographiam, ut delibasse suffecerit. Miratur Pachimerius, πῶρ συμπαθεῖ μαγνῆτις τῶ τ' κελίκυρ ἄστρῶ. Et est admiratione dignum; sed alterius loci & majoris ingenii consideratio est. Nos minoris ursæ, caussa, de majori diximus, & huc sermonis tractu, ut fit, huc delapsi sumus. Ad rem revertamur. Cynosura duce, obdurandum inquit. aut gubernator navis, aut Reip. Nam in conspectu navis est, & ut navis Resp. diversis, ut procellis illa, motibus agitatur. Cynosuram ipse, una stella exhibet, quanquam sint stelle septem unius syderis. Hoc dictum sit ne ignoretur, non quod ad rem multum pertineat. Illud verò ad Mysticam traditionem inquirendum, si ut Cynosura duce ferendum, quidquid mari evenire possit incommodi, spe commodi; ita Deo duce, quem haud dubie, ut astrorum conditorem & rectorem intelligit, ferendum quidquid conditio humana affert incommodi, spe beatitatis sempiternæ? Est enim hæc vita, piena miseriarum. Quam si non alia, mẽlior, felicior, diuturnior, imò æterna vita exciperet; homine misero & mortali, quid esset inter mortales miserius? Extra omnem controversiam Princeps, consortes generis omnes, secum complectitur, & benè promerendi studio, ad constantiam excitat, atque ad perseverandum cohortatur. At sui similis inprimis, Principes Nam non est nova, at perpetua, jam ab Heroibus recepta comparatio gubernatoris Reip. cum gubernatore navigii. Et hercle Resp. veluti navis, qua vehimur in hac vita procellosa, gubernante Magistratu. qui præ ceteris Constantiæ admonendus est, ut cujus motu & cives, & civitas, quemadmodum Navis & vectores, regimine gubernatoris; ut nobis constet, quid sequamur, quid evitemus. Sunt enim, ut in mari, vada & scopuli, interna: & externa mala, tempestates ac piratæ; ita & in Rep. factiones internæ, & externæ, non ita tamen mala, impressiones hostium. Et si socii navales ac vectores, gubernatori obediunt: Imò malis ipsi cognitis sponte occurrunt; haud aliter cives decet; & imperata Magistratus facere & quandoq; antevertere studio, diligentia & amore salutis publicæ.

XIV. HIEROGRAPHIA.

Habemus hîc, quod mens horreat atq; à versetur omen, Mundum, cui mare dehiscit: aut si quæ unda, Oceano major est. Mare enim à terra separatum non est, quod natura terram abiret, sed retecta mari ad animantium sedem, & hominis imperium. Globi, inquam, duo, in unum, coaliti. Extra Globum verò, Hippodromum aut Catadromum, quod æquê absurdum est. Non enim in aëre, aut decurritur, aut decertatur equis.

Jam

Jam nec in ſtadio, ne, ullo curriculo, medium Meta tenet ; ſed ipſa hoc, ut alterum extremorum Carceres. Hic in medio eſt meta, Pyramis excelſior. ſi non hæc Pyramis, eſt palus, de quo bravium, ad concitandos animos, oſtenditur. Hic profectò, cœlitus, ultra nubes ſcilicet, Lauream coronam Palmæ Rami, decuſſi forma incerti, ſuſtinent. Erunt igitur fores ante obeliſcos tres, Carceres: ex adverſo, totidem obeliſci Meta. Quid igitur Eques fertur concitato equo ad Carceres à Meta? ἀνὰ στοαμὸν quod ajunt? Quemadmodum enim ſecundo flumine facilius labitur carina; ita à carceribus ad metam decurrere, feſtivius eſt. Et hoc eſt, quod Myſta innuit, cum ait, Agnoſce, dole, emenda, quaſi, inquies, illum fatiget, juventę ardor, vel furor. Si ludicro certamine delectetur, neſcio: hoc ipſe nec tu ignoras. feria ſemper, jocoſa aut jucunda imagine tegi, à Myſtis. Et ſi furor eſt, non eſt recens, Heroibus receptus, Argonautæ enim certarunt in Lemno, ut Apollonius Rhodius tradit: Commilitones Achillis, in funere Patrocli: Æneæ ſocij in paternis exequijs. fabuloſa ſunt. Hiſtorica eſt Olympias, & ludi Græcorum alibi etiam & aliàs exhibere ſoliti, Parum quidam virilis. At hercle Martij Romanorum, in campo Martio Non ſanguinolenti. Gladiatorij ludi, plusq̃ ſanguinolenti erant. Erant ſervorũ. Liberorum erant apud Gallos. quorum patria aliquot deſcendens de Alpib⁹ exhibuit Annibali captivi erant, Sed & Reguli anteq̃ aſcenderet Alpes, de regno certarũt. In duellũ corã Scipione in Hiſpania & Principes venerũt. Auguſtus quoque Trojæ luſum vel agmen reducere conatus eſt. Ita bellicoſis gentibus, ſemper placuit, in arena prius exercere virtutem, quàm in acie. Et certè quod joco didiceris; melius ſerio feceris. Hæc vindicandi ab opprobrio, veteſtiſſimi inſtituti cauſſa, quod imperatores Germani, legibus quibuſdam finierunt, poſtquam privati duello ceperunt, ut Principes bello, litem dirimere, uberius produxi. Ardor enim eſt generoſi impatientisq; indignitatis animi, non furor: ſi vel juſticiæ defendendæ vel virtutis exercendę gratia, arma ſummitur. Sed furor ſit, poſtquam in conventu omnium Chriſtianorum, Pont. Max. abrogavit, non illud virtutis præludium; ſed vindictæ privatæ ſtudium; quid animo occurreret Principi, quæris, cùm retrogrado gradu. Equidem facit currere in Hippodromo. ludit in ludicro certamine, & illudit vanitati horum, qui de re nihili inter ſe certant: cùm globi terreſtris dimidium, non mare, ſed mari ſævior Turca hauſerit pænè atq; abliguririt. Sunt offenſæ. at quæ aut Reip. erant, aut Chriſto ſaltem condonandæ. Si populus Romanus, potuit exorare Pompeium & Craſſum; ut in gratiam redirent Reip. cauſſa; non permittemus, ſi hoſti ignoſcere hoſti non poſſumus, vindictam Deo? Cretenſes ſeditioſi natura adverſus hoſtem externum cõibant omnes. poſitis tantiſper, quæ finiri non poſſent, odijs atq; ſimultatibus. Nos cum Turca conſpiramus: & à Meta, vindictæ privatæ ſtudio, ad carceres, jugum Barbarorum. verè carceres, læti decurrimus. O nos miſeros, licet o vantes? imò toto terrarũ orbe, & mari ſimul amiſſo, neſcio quod ſtudium imaginemur, quod nusq̃ niſi in terra eſt: neſcio quod premium nobis promittamus. quod omne à celo depẽdet. & non hoc, ſed legitimo certamine petitur. Hoc mihi videtur, ſi quid aliud Lynceus àliquis viderit; ego, qui cecutio, nõ refragabor. Mihi profectò ſubſcribit Princeps, in Symbolo: Quid enim eſt? Agnoſco. Non aliud, quàm cognoſce errorẽ tuum, quiſquis es,

tàm alieno à Rep. à tua, animo. Quid Dole? Dole aut tuam aut alienam amentiam? Nec aliud est: Emenda, quàm muta studia & consilia, in melius. Hæc sunt, quæ Princeps dicit. An cum nostra sententia congruant, aliorum esto judicium.

XV. HIEROGRAPHIA.

Insignia Mystas signant. Corona Laurea triumphantes decuit. quod in Parnasso uberrimè proveniat, & Apollini sacra. Ex cujus oraculo, principium libertatis p. Romani. quod Brutus rectè interpretatus, genitrici omnium telluri osculum dedit: & arrepta occasione, ex stupro Lucretiæ, extorres patria, Tarquinios egit. Boni ominis caussa retinuerunt Principes averti licet à libertate, non in triumpho tantum. Sed & in vestibulo. Ante fores enim excubasse & Cæsarum & Pontificium, auctor est Plinius. Quod igitur hîc signat insignia, quæ superliminaria visuntur, non in solis Principum ædibus, nihil est insoliti, aut novi. Lotharinga cinxit peculiari de caussa. Nupta enim Bavaro, in connubio constantem & perpetuum amorem optat, imò & floridum, vrnantem, semper sui, ut laurus, similem. Quod votum non tàm Lauro celat; ut Symbolo intonat: cor unum & anima una. Sunt fœminæ omnes, natura loquaciores: ut & viri futiles, senesq; rusticani. ne miremur principem fœminam, longè aliam à numero, & extra numerum, in amore qui per se, ut Laurus crepitat, non jactabundam, sed exultantem. Quod qui damnat, omnium calculis damnaretur, si quid sancti juris, humani aut divini est. Non enim hîc est impurus, sed geminus amor. sine quo, unius ætatis foret res humana: aut nos omnes spurij, ferarum more geniti, & genituri successores. Ponunt voluptarij in vaga libidine voluptatem: & proponunt incommoda Matrimonij. Sed quæ voluptas, quam pœnitere sequitur? quæ incommoda, quæ molestia non levant, commoda uxor? & in quibus renascimur, nati atque adolescentes, tanta cum suavitate Liberi? Vxor molesta. Non omnis. & si quæ, in potestate tua est. feræ domantur leniri & virago potest. Si vitium tolli nequit; quit ferri. Quid sterilis? fœcunda tu virtute, si liberi degenerent; id cave recta institutione. Quid si bonam spem mors intercipiat? Molestus ipse es, in exaggerandis molestijs Matrimonij. Quid si cælum rueret? In terris versamur, non in cælis. Ergò nobis excedendum è terra? Ineptus, non solum molestus es. Si sine illis esse possemus; quibus carere non possumus; nescio an esse vellemus, ita quas non debemus; volumus. & morbo aut probro contaminus nos: sus verò non sua quemq; uxor expilat, exhaurit, exinanit. cùm opibus, tum veribus Quod si uxor etiam, cui prodigalior sit, tua est. licet non probem, nec probam deceat. Ut enim viri est coërcere; ita uxoris custodire.

XVI. HIEROGRAPHIA.

Eadem sententia non ejusdem Mystæ. Dignus enim matre filius, eodem animo est, in Matrimonio, re eadem. In eodem calice, par turturum, sub eodem signo crucis, statuit. & eadé pluvia perfluit, aut ijsdem radijs lustrat. Quem calicé binę dextrę conjunctę sustinet. Et scribit, sive adscribit

Æternæ

Æternæ concordiæ. Turtures fidos amantes referunt: calix ritu Christiano conveniſſe teſtatur: Crux radijs clara, in omnem fortunæ caſum conſenſiſſe demonſtrat, Ærumnæ enim crux eſt: ſplendor verò, quæ ſub cruce beatas Manus conjungere, eſt alibi in fœdus, alibi in amicitiam, alibi in contractum alium; hic in matrimonij leges coire. Animadvertis, ut, quod à matre ſuxit, Princeps Bavarus expreſſit. Quod non absque cauſſo adijcio. Iſocrates enim putat, Principes debere parentibus, non ita in poteſtatem, quæ fortunæ eſt; ut in virtutem, quæ longè ſpectatior, & illam aut dat aut corroborat, ſuccedere.

XVII. HIEROGRAPHIA.

Quæ hîc Delphinum equitat? Deane? aut mortalis virgo? Nuditas, nec virginem nec pudicam vult. Exuit n. fœmina cum beſte pudicitiam Sed ab opprobrio vindicat libra, inſignæ præſidis, æqui & boni, Aſtrææ. Nam ut ſua Magiſtratus habet, quò ſpectatior ſit inſignia; ita Dij, Deæque apud Poëtas. Præripiant inter Mortalis, alij alij honores. quæ res noſtras ſæpe quatit: & tandem, ut vereor, multumque equidem vereor, ex cardine excuſſa evellet. Inter Deos, non eſt fraudi, non eſt ſimulationi locus. Quæ itaque Veneres dedecet; decet Aſtream nuditas. Eſt enim Aſtræa, Iuſticia: quæ tegi non vult. quod ſub latebris plerumque latet aliquid, ſi non deforme, turpe, obſcænum plurimum iniqui, impij: nihil ſinceri, fucati multum boni. Qua de cauſſa Athenienſes, nervos oratoriæ facultatis, ad fallendum comparatæ, Præmium & Epilogum inciderunt: Lacones, nullam partem orationis admiſerunt. Et noſtri non tàm propter barbariem: nemo enim inter ſuos barbarus eſt; quàm propter juſtitiam, Iuriſconſultos oratoribus ſubrogarunt. Sed hominum malitia, Iuſticiæ præſidia, ſacroſanctis legibus, ſi tamen hæ ſemper ſunt ſacroſanctæ, Iuſticiam oppugnat. Ceſſent querelæ. Iuſtitia nuda, fruendi libidinem habendi cupiditatem, potiundi furorem extinguit. ita; ut nihil ſic adverſentur voluptarij, avari ambitioſi. Omnes enim hi, latibula ſcelerum, cupiditatum perfugia, & clandeſtinos de honore, quem non merentur. conventus quærunt. ſatis operta, quæ ſic defenſa Aſtræa eſt. Nunc alia dubitatio angit de plebe aliquem. id eſt, qui plebeio & agreſti judicio legit Hiſtoriam: Pueros legi (complures numerat Plinius) quos adamarunt, & reconditit veluti vagina, cultellis, tergo exceperunt, vexeruntque quò illi vellent. imò deſiderio mortuos vita defunctorum. Nunquam fœminas, & cauſſa in promptu eſt. Omnes, quos de navi deturbavit Bacchus, in Delphinos tranſierunt, viri erant. lege Lucianum. ſive igitur pertæſi muliebris conſortij, ſive appetentiores novæ conſuetudinis fœminas non amant, non recipiunt, non vehunt. Qui ergò Aſtræam? Quod Dea ſit, Dn. Magiſter. Non eſt verum, ſi dicet Magiſter; quid reſpondebis. Quod æquum eſt, tu mentiris. Non intelligis, quæ legis. Fabula eſt, involucrum veritatis. Fingitur Iuſtitia à Poetis Dea, ut vel hoc nomine auctoritatem retineat, apud Mortales. & eſt profectò divina, ac norma Ævitatis Divinæ. Quod autem Delphinum conſcenderit; fugientis eſt. Mirum enim ut greſſum ille accelerat. Quos fugit Dea? ſui contemtores, Homines impios & injuſtos.

Quò tendit? Peregrè, si quos forte, his nostris vitijs impellutos reperent, At Poëtæ scribunt, jam dudum terris excessisse & recepisse se in cœlum. si fingere hoc Poëtis licuit: nunquam enim à cœlo abfuit, aut quo posset cœli, quo moventur stare duplici motu? Harmonia est, quæ in compagine, etiam in statione cœli. Licet & Principi Bavariæ, vera de Iustitia comminisci. Certum enim est, & in vicissitudine rerum humanarum diligenter observatum, quod Siracides scribit: Regna de gente, ad gentem transferri, propter Iustitiam. Ita, ut fabulose scribit Hesiodus, fatigat querimonijs & supplicij Iovem. Sed audiamus valedicentem nobis: Cognosce, elige, matura. Quid cognoscam virgo? Me esse incorruptam. Quid eligam? Quod cernis præponderare justum injusto. Quid maturem? ne momentaneo peccato, æterna pœna te obliges. Hæc publicè omnibus: privatim dicta singulis puta.

XVIII. HIEROGRAPHIA.

Coram Deo & hominibus, fratrum concordiæ. Magnifica verò vox, & Principum dignitate digna. imò conditioni tàm periculosè quàm optatæ alijs necessaria. non vox, sed quod voce expressum est. Plures enim loquuntur, quàm meditantur concordiam. Qui autem aliud sentiunt, ac loquuntur; næ sibi, ipsi malum accersunt. Nam etiam si adipiscantur, quod maximè volunt; se alterum necat, qui fratrem aut propinquum, regnandi causâ necat: & se ipsè, perenni ignominia maculat, ne dicam, horribili exitio implicat. Aut enim non fert impunè tantum scelus: aut in posteros derivatur vindicta. Id Tyranni curant, scilicet. Sed curat Deus, violenta igitur morte Romulus perit, qui fratrem occiderat: & Cresus proavi flagitium luit, qui dominum interemerat. ne quis sibi licere in alios putet, quod in suos etiam natura sibi videt interdictum. Miraculo igitur in Hispania fuit olim trium fratrũ in principatu concordia. ut fabulæ tres in unum contraherent, qui tricorpor habitus & creditus à posteris est, ea potentia, quæ ab Hercule, id est Deo. non homine dissoluta. Et medius fidius, ut discordia, omnia labefactat; ita è diverso, concordia, tenues etiam opes collgit & facit invictas. Sed Tyrannis, uti dicebas, nec curat pœnam, nec admittit præcepta. Nam & nostra ætas, fratrum, in eodem regno, discordiæ meminit, & defectionus populorum à suo Magistratu. Et in ipsa Hispania, in regno Gothorum, perpetuæ fuerunt lanienæ Principum. antequam tota Hispania, unius subiret imperium. Ita est. At quo plura sunt discordiæ exempla & mala; eò laudabilior & salubrior est, quorumcunque est, Principum concordia. Nostri Mystæ testantur Deum: nec quos poterant fallere, homines solos, conjunctissimorum animorum testes producunt. Nequidquam sua hominibus probare nititur; qui se non potest probare Deo. Animorum igitur arcana relinquamus Deo, qui falli non potest, nec debet: & speculemur nos, quæ concordiæ dedicarunt fratres ac qua imagine, consentientem voluntatem nobis declararunt. Primùm habemus insignia, quæ quod eadem sint agnatis; admonent ejusdem originis, sanguinis & qui hinc merito flueret, mutui amoris. Deinde quod hæc necessitudo fallat plerumque; ad scutum adjungunt unam eandemque Panopliam. En, si non Cudo,

Galea

Galea coronata, cum Cono, in quo Leones, & alia terriculamenta; cancellis bucula. Inter Galeam & Clypeum, Lorica: aut thorax ferreus, non Pectorale tantùm. Nostri enim milites non credunt Statio, nullum esse à tergo metum. Sed quid Panoplia una ad unionem animorum? Quod mutua defensio, ut tritum est sermone hominum, sit tutissima. Non hercle inopia Principum, qui ferramentorum, & armorum curam inprimis habent; sed copia amoris est. Planè igitur, ut Phorcidas Poëtæ fingunt. uno oculo & dente, plures cùm essent, uti; ita germani isti fratres, unam Panopliam pingunt. Sed munimentum, hîc video, dicet aliquis, unum, quemadmodum istic unum oculum: Dentem verò hic, id est, arma, nullum. Sed ignoscamus Plastæ, Minimè vero, inquam ego. Cognoscamus potius diversitatis causam: nulla enim ullius culpa; sed Principum summa æquitas: quibus propositum erat sese mutuò defendere: decretum offendere neminem. Ita non in se tantùm justi; sed nec in ullum injurij sunt, aut videri volunt.

Duces et Principes Sacri Rom Imp.

Joannes Casimirus Comes Palatinus Rheni Bauariæ Dux

Wolfgangus Comes Palatinus Rheni Bauariæ Dux



Joannes Georgius Comes Palat. Rheni Bauar. D. Co. Veldentz

Ricardus Comes Palatinus Rheni Bauariæ Dux

Antonius Dux Lotharingiæ Comes Rasemontis etc

Godefridus Bullonensis Lotharingiæ Dux. Vidamontis Comes

XIX. HIEROGRAPHIA.

Casus mirus Casimire, si constanter & sincere agimus: inte non inquiro. Nam vulgo constantiores sunt in malo, quàm sinceri in bono. Jam in malo pertinacia est, non constantia, si suis quæque nominibus distinguere & notare notis volumus. Et sinceritas, in malis nec est, nec esse potest. Principum altior mens est. eà te à multudine secerno, ideoque in annulo, cujus palam adamas: oppositum veluti punctum, geminæ dextræ claudunt, insignia tua gentilicia. quæ decussa forma dividunt palma & laurus. imò quid velis video. vis enim familiæ benè dominari, pace & bello: ac simul omnibus patefacere, tuam in educando nepote aut filio ex fratre, fidem constantem, & sinceram constantia m. Benè facis. quanquam enim amplissimum testimonium sit rectè & facti & decreti mens sibi rectè conscia; interest tamen Reip., ut at te ni hil pertineat laus tua, habere Principes, tantæ fidei, cum principatus esset, perfidiæ præmium, verum integrum, & late resonans. exemplum. Nec enim in Macedonia Archelaus propinquis: nec in Insubria, Jo. Galacio patruus pepercit. & Principes nisi boni, quorum exitus horrent; horum facta avide consectantur. Tantò pollentior est spes præsentis boni, quàm metus absentis mali, aut secuturæ pœnæ. Ita nomini tuo consulo, secundum fata tua; qui meam æquitatem, in gratiam fratris mei, Carolo duci Suecia, commendasti, quanquam genuina sit hæc Hierographiæ tuæ non adulterata, interpretatio. Nam adamas constantiam, dextrarum nodus, sinceritatem, cujusvis judicio significant. Nihil igitur gratiæ tribuo, sed omnia veritati: & ut tibi non assentior; ita conabar explicare, quod tu sentires.

XX. HIEROGRAPHIA.

Iusta, inquit Princeps, Tyranorum punitio. & justè inquit. Quid enim gravius in eum statui aut dici potest? qui quarum custos & minister est, leges aut instituta præclara violat? qui quorum caput est, artus suos, cives lacerat? qui denique, nulli parcit, in se, in sanguinem, in viscera sua audet in fanda? Sed plebs hæc solet dicere, cujus libertati tyrannis adversatur: & Tyrannoctonis præmia statuere, statuas erigere. imò quos Tyranno aut cæso aut fugato subrogat. Caterùm si hoc agit plebs, cui ut agno adversus lupum, innatum est odium, metus, fuga, abominatio Tyrannidis, & dicit non absque gloria; quanta laus Principis, quæ potestatem gravant invidia, execrantis, detestantisque vitia potestatis? Nam Regem novi ego, non ita olim vita functum: apud quem, capitale erat, non ipsi tantùm maledicere; sed dicere, quid à Tyrannis & de Tyrannis factum Historia referret. Certè illius, qui omnia ferè, lauda digna gessit, nihil ferè laudabilius; quàm cum de more, daret ensem Præfectò Prætorij, hæc sit effatus: si me uero pro me, aut contra me. Ita Mystæ encomium ex diversa comparatione resultat clarius. Sed quò pacto scriptura Mystica, cum pictura convenit? Hoc tu videris. vides enim luctam Draconis, cum Elephante. Natura inter hos jecit discordiarum semina, ut ostendat nihil esse tam vastum corpore, aut validum robore; cui non

aliud

aliud vel corporis agilitate, vel animi solertia ad versetur. Hic præter gloriam, & lucrum, ut fit, Draconem stimulat, feruens scilicet æstu, frigidissimum sanguinem Elephantis appetit. Hinc ex arboribus, ex ripis, insidiatur validiori. atque ex improviso correptum, lethali cingit cauda: & in ipsa nare caput condit? præcluditque spiritum (sequor Plinium) non specte Pictorem. Draco tantus est, ut totum sanguinem capiat. Hæc aviditas igitur, ipsi draconi etiam perniciem affert, ut alibi quoque alijs immoderatio. Nam Elephas moribundus cadit, & draconem ebrium obruit, moleque corporis elidit. Atque hinc est Græcis Milton, nobis Minium (Galenus & Dioscorides Cinnabari, neutro genere appellant) vel potius, ipse sanguis elisi Draconis: aut permistus utriusque animalis. Quid hæc picta, ad sententiam scriptam? Plurimùm mehercle, Nam duæ feræ, simul cadunt: & quod justissimum est, duo feri homines mutuis vulneribus occidunt. Eteocles in fabulis & Polynices In historia, & quidem ex oraculo, Philippus Macedo, victis non diu supervicit. Sine oraculo Cæsar non longo tempore superstes fuit Pompeio. Hoc unum me angit, quod Elephante nihil humanius, nihil mitius, nihil indignius, ut cum dracone ne dum Tyraño comparetur. Quotquot enim de Elephante scribunt; ea afferunt, quæ etiam nobis, & Principibus nostris allatura gloriam forent. Serpentes inter se, aut quas alias feras velim inter se commissas. Nam nec vastitas Elephantem efferat: nec Tyrannum potentia. at impotens sui animus facit. Elephantem nostra ætas & Belgium vidit, quem Rex Hispaniarum Philippus II. Imp. Maximiliano II. misit dono.

XXI. HIEROGRAPHIA.

Quacunque tandem forma, qui hoc loco & lucet & fumat; Lychnus est & quidem, stabilis, uti videre est: sunt enim & pensiles Lychni, arborum instar, ut hæ floribus, illi relucentes lucernis. Candelabra vocant Latini. Etenim labra candelæ sunt. alveus scilicet cum margine, fomenti ignis. Non me fallit lampadem Græcè etiam nominari. Sed & pro face Pub. Virgilius usurpat. & candela non id modò est, quod est & dicitur; verùm etiam quod candeat, quævis lucerna planè, ut λυχνος Græcè περὰ τὸ λύν τὸ νύχος. Porrho si antiquior est alveus, an scapus, non facile dixerim. Video Vlissem apud Homerum, quasi de trulla ferrea ligni segmenta incendere. Secamenta ejusmodi sunt Homero σχιδία & fiunt ex sicca arundine, sed præcipue ex picei generis arboribus. cujusmodi sunt, teda. larix. Ita ante utrumque videtur aliud fuisse, quod igni Vesta consecrarit. Nam ne deflueret oleum, labro opus: ut clariùs luceret candela vel febacea vel cerea, candelabro est. Hujus superficiem Ægina, scapos Tarentum elaboravit. ut Plinius scribit. Quorsum hæc tàm altè repetita? Et quædam non omnibus probata fortè? Jam jam intelliges. Clesippus fullo, à Geganea accepit, gibbere, & alio fœdus aspectu candelabrum immensi pretij, æreum, in quo superaret materiam opus veluti arrham impuri amoris accepit. Ex fumo autem hujus candelabri, in lucem erupit, impotentia libidinis. quàm dùm Clesippus, vult inducere, Geganeæ sepulchrum nobile construxit, per quod non exstaret

gratitu-

gratidutinis ſuæ) ſed æterna ſuper terras, ut ait Plinius, utriusque dedecoris, memoria duraret. Hoc quod vel legiſſet, vel audiſſet Princeps, cavet: ne quis in flagitio jactet: aut malum malo curet. Nihil enim aliud conſequitur impudens excuſatio, aut imprudens purgatio; quàm quod fomitem probri, ſenescentem tempore, & fumantem modò, ſuſcitet, hominum linguas acuat; & odium contemtum infamiam inflammet. Si in re ipſa nobis convenit; de verbis parùm laboro. Sit igitur Lampas, ſi vis, voluit ſtabilem eſſe Myſta; ut meliùs te, velut in ſpeculo contemplere. Quemadmodum enim ſtupeus ille; vel Xylinus funiculus (ellychnium Plinius vocat) in oleo natat: & niſi emungas ac ſubleves; mergitur, extinguitur, moritur ante diem; haud aliter nobiſcum agitur. Et niſi marceſcentis animi virtutes excitemus, à vitioſitate repurgemus; in corporis voraginem immergimur, & vitam vivimus belluinam, quam fruſtra celamus. Tempus enim omnia ex ſolitudine, veluti ex caligine eruit, & collocat in luce, Cæterum Ellychnium ut vox ipſa indicat, non fuit ſemper, ex goſſipio, aut qua ſtuppa; ſed ex lychnide: Et verbaſco aliisq; tomentoſis herbis, ut Matthiolus ariolatur. Eſt autem Lychnis, ut ſcribit Dioſcorides, non igniaria ſolùm; ſed & coronaria, floræ albæ violæ ſimili, ſed purpureo. Expetiâ virginibus ad corollas ſcribit Matthiolus. Quod quùm ſcribit, ſuperiori noſtræ ſententiæ ſubſcribit. Nam quàm volunt impudicitiam floribus tegi nonnullæ veluti fumo; hanc in luce ponunt irritatæ hominum linguæ, offenſa oculorum. Quod opus eſt verbis? ſemper flamma Sumo proxima eſt, ut ait Plautus. Quod tanto applauſu ait, ut in proverbium abierit: ſignificat enim lepida ſimilitudine, malum in tempore evitandum. Non poſſe melius evitari, Eraſmus adjicit; quam ſi evitetur occaſio.

XXII. HIEROGRAPHIA.

Quemadmodum fabri fabricando; ita nos tractando Hierographiam, Hierographi fimus. Taceo de Symbolo, quod jam lippis & tonſoribus notum eſt, ipſum Hieroglypton, ſuo quiſque Marte, enodarit, qui modò in memoriam revocet, quæ hactenùs memoriæ mandavimus. Nam Principis inſignia, non jam primùm, annulus, cujus pala adamante lucet ambit. Et ante viſi, intra orbem rami Palmæ & Lauri. Spem enim concipit de æternitate ſtirpis, quod valde Principibus familiare eſt: dùm inſignia generis, in inſigni perennitatis collacat. Item de gloria, cum in pala animum magis, quam lapillum, indomitum locat. Quin & de victoria, quæ lauro ſignatur: & placabilitate. Quæ Palmæ eſt, indicis juſticiæ. De hac ſpe, ne deſperet poſteritas; Symbolo, veluti aculeo inſtigat: In via virtuti nulla eſt. Habemus æmulos virtutis, invidos poteſtatis. Video, prævideo. Quò plures invidos; eò ſimus ad rem noſtram attentiores. Quò plures æmulos; eò in virtutem incumbamus diligentiùs. Rectè, ſed tu videris nos ad majora impellere. Quod non tantùm juſtæ diligentiæ, ſed & majoris audaciæ fuerit. Ita eſt, ait. At virtuti via, nulla eſt via. Deo præſertim auſpice & auctore. Macte iſto animo ac ſententia Princeps. Nihil enim videris injuſti vel affectare, vel concupiſcere. Si Deum proponis tibi & poſteris ducem. Nam ſtolida de ſe ſuisq; opinio, multarum ſæpe & gravium ærumnarũ origo & cauſſa exſtet. Nec obſtant quæ proteſtant exempla,

exempla. Etenim non licuit Cæsari Borgiæ; quod Iulio Cæsari licuit. Benè precari tuis, per nos etiam tibi licet. Sed quidquid ortum est; hactenùs occidit Pelidæ Æneidæ, occidéntq; qui regnant & reguntur. Nam aut fortuna deserit virtutem: aut hæc illam. & nihil in caducis, potest esse sempiternum. Quod hic quæris, si quæræ, in cœlo invenies.

XXIII. HIEROGRAPHIA.

Domine vias tuas demonstra mihi, inquit Mysta: & lucente nocte, Septentrionibus scapham, ut vides, subjcit, sine ut apparet, vectore gubernatore, remige. medio mari, procellosóque. Quid? quò vult? Inprimis Symbolum, sententia sacra est, & sancti auctoris. nec ad legendum nobis scripta tantùm; sed & ad repedentum eodem animo, in eodem discrimine, relicta. Deinde sive in terra, sive in mari versamur; mille periculis expositi sumus: & plusquam decumanis jactamur fluctibus. Non opus est demonstratione, in his, quæ cernimus atque experimur. Postremò cùm tàm incerta nobis consilia nostra sint, quàm de quibus consilium capimus, eventa; multa quidem effugere possumus; sed aliud, quàm Deum, asylum non habemus. Ex his, quid scapha, Princeps, & quò velit. Scapha enim, corpus est, quod sine remige, sine gubernatore, animum hominis, qui sub visum cadit, vehit. & ut illa inter procellas & scopulos fluctuat, incertum, quo eventu; ita & Homo, qui nihil aliud ferè est, quàm corpus (aut animatum dicam? qui omnia corporis cupedijs expendit, & impendit? in varijs periculis & erroribus versatur. ex quibus nulla alia evadendi ratio est; quam veluti ex sentina, è corporeis voluptatibus gravius, quam ulla sentina olentibus, ad unicum salutis sydus, oculos attollere, Filium Dei, Iesum Christum. Tàm piè ego ex sententia pia, de Principis sententia conjcio. Et quid aliud vellet, cùm nulla sit alia salus? aut quò vellet, cùm nulla alia sit, ad salutem via? ut omnia nobis obtingat, quæ homini mortali possùnt esse inoptatis; & homo ut appellatur, mortalis: ac cetera omnia, quæ nulli tamen mortalium obtigerunt, cum vita finiuntur. Homo autem, natura illa digniori & non mortali, nihil mortale, sed infinitum quid appetit & consectatur. Id quia in terris non invenit, percunctatur eum, ubi quærat, cujus bonitas infinita, potestas æterna, majestas summa.

XXIV. HIEROGRAPHIA.

Nulla re animus sibi malè conscius, impotens sui aut levis, & magnarum illicitarumque rerum cupidus; quàm successù & eventu, angitur tabescit, ac torquetur. Nam vir constans, securus est sui: & vitæ integrum nihil, ut omnia cardine moveantur, perturbare potest. Transit tamen, sollicitudo, ad homines non extremè perditos. Hinc auguria, auspicia, sortes, oracula: & si quæ alia sunt divinationum genera. quæ non tantùm privata curiositas invenit; verùm etiam publica anxietas recepit. Quod si caverent homines, in vita ne peccarent: in consilijs ne errarent. imò recordarentur conditionis suæ, suarumque rerum; non anticiparent animo molestiam, aut nihil profuturus se macerarent curis. Si

malè

malè feciſti, aut facere deliberaſti; quid ſperas boni? ſi benè, quid metuis mali? Nam ſi votis reſpondet eventus; eſt quo gaudias: ſi repugnat; non eſt quod magnopere doleas. vacare enim culpa, ut ille ait, magnum eſt ſolatium. Bona verba. Deus ipſe Patres admonebat futuri, Magnum beneficium. Sed ſi fuit privilegium; quid vis? Noſtrum enim eſt leges accipere, non dare. Iam non fuit privilegium, quod ad nos dimanat: ſi benè interpretari poſſumus, Et multa providentiæ divinæ, prudentia humana percipit, ſi ſuo manet loco. Godefridi Biliónæi cauſſa hæc dico, qui oratione Vrbani VI. Pont. Max. (qui graviter Reges & Principes Lugduni increpuit, quod Paleſtinam ſinerent à Saracenis teneri: & ubi pietas nata eſſet; dominari pietatis hoſtes) ad pium & juſtum bellum exitus, dux juſte expeditionis fuit, nemine Principum cauſſante longam à domo militiam, nemine privatorum dextrante itineris difficultatem, vincere enim omnibus propoſitum erat, aut in conatis mori. Ex hac conſtantia, ex hoc conſenſu, ex hoc ardore, eadem omnibus ſpes erat, ne miremur ducem tàm elato animo. & in pacato & hoſtico fuiſſe. Acceſſit in obſidione Hieroſolomitana, res non admodum magna, quæ duci, videretur, felicitatem & victoriam portendere. Prætervolantes fortè tres apodas arrepto jaculo, trajecit uno eodemq; ictu. ſtupentibus miraculo rei commilitonibus, & erat herclè ſtupènda, non defuerunt auſpices. qui certam victoriam gratularentur. non dextero ſolùm, verùm etiam fortunato duci. Sapientiores, non auſpicio, ſed argumento, ceperunt rem expendere: & de felici jactu jaculi diſputare accuratius. Caſunè, an certiori conſilio, providentiam vocant; telũ ita feliciter cecidiſſet? Atq; hinc eſt Symbolum ex Poëta ſumptum: Dederitne viam Caſusve, Deusve. T. Livius pravam religionem appellat, quæ minimis in rebus, Dei providentiam collocat: cùm refert prudentiſſimũ ſenatum P. Romani, viro, quem ſano judicio legerant, audito ſoricis morſu, Magiſtratum abrogaſſe. Verùm enim vero, ſi omnia fiunt, ut fieri aliter nihil poteſt, quam cauſſis antecedentibus; & minima ſuas habent cauſſas, quæ veluti per gradus, ad principem cauſſam aſcendunt, ſine ulla cõtumelia, imò cum laude, omnia moderantis. An nos benè vertamus; alterius quæſtionis eſt, imò nullius. Conſcij enim ſumus nobis ipſi, noſtræ inſcitiæ & ſuperſtitionis. Pomponatius oſtendit, vertere nobis, quò lubet, licere: non interpretari ſolùm; quod Homo ſub Luna, præſtantiſſimus animantium, ut habet liberum imperium; ita & liberam oſtentorum interpretationem. Certè Epaminondas, cùm antè Leuctricam pugnam, varia eſſent oſtenta, miſſis fauſtis, infauſta proferens. & hæc, inquit, fauſta erunt, ſi vos viri Chaldæi ad tabulam cœli, nos ducunt. Si ultrà, manum de tabula, inquiam: Nam Magiſter adeſt Deus. cui ſervire, & juſtam cauſſam commendare, ſecuriſſimum eſt de rerum eventu, augurium. Sed peccata fiunt, & quæ Deus non vult Privatio ſunt, non exiſtantia. Hæc quærimus, & ſtudioſius, hoc ipſo peccamus. Non enim magis ſenſus, quæ ſupræma cognitio ceterorum animantium eſt, ſentit, quid ſit ratio, qua nos illis præſtamus; quàm ratio, quid ſit intellectus ſimplex. Hinc David noſtræ audaciæ occurrens, Iudicia tua, inquit, Domine, abyſſus multa. Et verè in caliginem incidimus; quoties ad inacceſſam illam lucem accedimus. Quemadmodum noctua offendit, ſi quando in diurnam lucem impingit. Qui non

 neceſſaria,

neceſſaria, nequidquam quærimus queremur juſtiùs de noſtra, non dico, ignavia: nunquam enim magis exercita eſt diſciplina militaris; ſed cæcitate, qui videmus Barbaros noſtris cervicibus imminere, ſi tamen videmus, & odio partium cæcutimus. Quod ſi reviviſceret Godefridus & ſucceſſores, cum tot præclaris Heroibus, qui hoſtem barbarum & immanem, per tot locorum intervalla, ultra petebant mare. Et viderent nos mutua diſcordia in mutuam perniciem conſpirare; ac Turcam non minus barbarum, immanem, ac Mahemetanum, recipere intrà viſcear Reip. Chriſtianæ, quos gemitus, quæ ſuſpirea, quos ſingultus ederunt. Nihil eſt illis beatius: ſed & hoc beatiores ſunt, quod triſti iſto & lamentabili oculorum ſpectaculo careant, Memor majorum, Dux Mercurius accurrit. Quid non concurritis Chriſtiani, & vos memores majorum? Dolore impedior, ne pluribus querar.

Renatus Lotharingiæ Dux. Filius Friderici Comitis Vaudemontis &c

Margaretha Lotharingiæ Ducissa &c

Margaretha Lotharingiæ Ducissa

Carolus Lotharingiæ Dux. et Comes Vaudemontis

Geberhardus Dux Brunswicensis & Luneburgensis

XXV. HIEROGRAPHIA.

Fuerunt jam aliquot Principes fœminæ, quibus Pavo in delitiis fuit, aliis atque aliis de causis. Hæc ut ex Gallico Symbolo, uti audire est, quod formæ venustati, integritatem fidei, & constantiam amoris, erga maritum anteponat. Explicat Pavo caudam, laudatusq: gemmantes expandit colores, Et de industria, umbræ quosdam repercussus, ceteris, qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda. Adversò ceteros Sole, quod sic fulgentibus radiant. Gemmis superfusum aurum diceres. Oppianus majori arte descripsit, quàm plastes scalpsit. Hunc tamen, sivè venustati, sivè opulentiæ, aut imagini divitis, formosæ & inclytæ proavis fœminæ nam & hoc, Junonis dare, creditum, cujus Pavo est) pudicitiam in fide maritali anteponit, & non injuria anteponit. Quid enim matronæ reliqui? ut illa dicebat, quæ stuprum violentum, morte voluntaria punivit, amissa pudicitia? Quid verò miserius, prostituta conjuge? sic mysterium Heroidis interpretor. Nam Pavo alias animal malevolum: & antequam Pavo, Argus, in suspicione pellicatus, serviebat Junioni. Quorum hoc Ovidius, illud Plinius docet.

XXVI. HIEROGRAPHIA.

Cum Livia Drusilla pacta esset Cæsari Augusto, aquila sedenti sub dio fortè, gallinam conspicui candoris, in sinum abjecit integram, quæ rostro teneret, Laureum ramum, suis baccis onustum. Res nova, ut erat, visa; & consulti aruspices, qui Gallinam jussèrunt ali: Ramum seri. Id factum est in villa Cæsarum, quæ abs re vocaretur, ut scribit Plinius, ad Gallinas, mireq; ne mus provenit. Unde Cæsar postea in triumpho, quem successores secuti sunt, non modò coronatus est, sed & ramum virentis lauri, tenuit manu. Et Heroina hìc nostra, ramum baccis gravem, non serit, at fatum ostendit, Hoc Drusilla longè felicior, quod sobolem non laurum propagarit, quam ubertatem stirpis suæ, cum laurei surculi miraculo comparat: Et se consolans inquit: si me fata vocant; en generosa soboles, in qua me vivam: quæ me non sinit mori: cujus præsentia, me desiderium, marito leniet. In quam qui intuebitur, me non magnopere desiderabit. Hęc enim nos nil vetat ex paucis colligere; quæ pluribus enunciare, genetrici erat turpe. Nam & suos simia, cum nullis, catulos comparandos putat.

XXVII. HIEROGRAPHIA.

De Palma, scribunt Theophrastus, Dioscorides, Plinius, alii, Quoties jam nobis Hierographi, materiâ scribendi renovant? Palma, quod ad hanc Hierographiam attinet, victoriæ Præmiũ semper Græcis, in celeberrimis istis ludis, Olympicis, Pythiis, Nemeis & Isthmiis fuit. Licet n. pecularia essent victoriæ præmia, oleaster, pinus, pomum, apium; tamen mos idè omnibus fuit, ut ubiq: locorum, palmã manu gestarent. Hoc apud Pausaniã leges: illud ex uno Græco Epigrãmate habemus. Palmæ autè is honos habitus est, judicio Plutarchi; quod oneri non succumbat, at gnaviter resistat. Unde etiam ad latinos transiit: Palma in medio proposita est. Et hoc mihi palmariũ, Hæc relatu nõ indigna, nec scitu in jucanda; si, ut fit, visa tantùm palma,

palma,recenſerentur.Nunc ad Symboulm planè pertinent NamHerois, quæ per coronam duos, Palmæ ramos, id eſt ſe cum marito trajecit, Palmæ inſtar florentes, licet de corona & majorum opibus certemus, & in periculum veniamus aliquando, quo pacto quinquertioni, & cuivis ad gloriam accincto evenire ſolet; tamen non cadimus, quod juſta cuique ſit rerum ſuarum defenſio.

XXVIII. HIEROGRAPHIA.

Nihil hæc à proxima diſcrepat; quàm quod ſublatum diadema: ſubjectum M. prima nominis littera, & gentilicium Lilium, inter decuſſim formam palmæ atq; diadema. in tanta propinquitate loci, & ſimilitudine Hieroglyptici (Symbolum enim idem eſt) nihil addam

XXIX. HIEROGRAPHIA.

Legere eſt apud Suidam, Crucem eſſe, ſigna duo,ad rectos angulos devincta, ac connexa: & in Serapidis templo, dùm fama Deorum,imperante Theodoſio, ſubruerentur, Hieroglypticas literas inventas eſſe inter quas figura crucis celebraretur, quam ſalutiferam aſſerebant, qui ſalutem oppugnabant. Tantum tribuebant Ægyptij, auctoritati majorum,& ſacrarum litterarum teſtimonio quod Euſebius ni fallor, luculentè ſcribit Chriſtiani etiã, naſcenda Eccleſia in æde ſacra colebant crucem. Nam his id objici Tertullianus contra Gentes, teſtatur. Conſtantinus Magnus, laborum in formam crucis auguſtiorem transmutavit. ut Prudentius non ſuaviter minus, quàm pie canit. Et antè, ſuppara, faciebant omnia ſigna Romanorum, cruces. quod etiam ex patribus quidam, reſpondet Paganis. Trajecto enim ligno erant pendula. Vbi crucem non ſolùm in templo colore, aut in ſignis in umbrare; verum & ſub diu efferre, & palam explicare licuit, quanquam & Conſtantino fulſiſſe de cœlo, memoriæ Proditum ſit; cruce non ſigna tantùm, ſed & milites,ſua quiſq; cruce ſignatus eſt. imò & cruces celitus lapſas, in veſtibus hæſiſſe,cognitum eſt. aut comburamus annales; & lucem temporum,Hiſtoriam, tenebris involvamus Nec ante Vrbanus VI. Pont. Max. Chriſti gloria, ad pium bellum, Chriſtianos potuit impellere; quàm ſalutiferum ſignum tolleret: & Crucem, velut, ex erario proferret,Ergo & militum claſſes, variata cruce, diſtinctæ ſunt: & vetitum Lege, ne ſculperetur humi crux. ne cujus ſignum eſt, ejus Majeſtas lederetur. ſubjecta ea pedibus, quaſi ad ludibrium, conculcanda. Ceperunt ut, degeneratum à majoribus ſcias, averſari etiam Chriſtianorum quidam, quo ſigno, Chriſti & Chriſtiani nominis perpetuum hoſtem, Imp. Julianus, quem transfugam vocant, fugari in ſuo delirio cognovit. Reſpuunt enim piæ aures: quo reſponſo, Diaboli mancipia. non ſacerdotes,factum purgarint. Si crucem non averſantur; ſed pictam crucem, cur non & ſcriptam? Nam memoriæ cauſſa, uti pingitur; ita & ſcribitur. Jam pingere latiùs patet: & cum litteratis, rudes litterarum, complectitur, quod maximè Idolis, in feſtus, Gregorius Papa, ſolerter obſervavit. Secuta eſt, quam Papa maximè vitabat, Idolomania, inquiunt. Aliqua nè igitur honoris ſpe-

cies eſt, quæ Chriſto pro nobis cruci fixo, non debetur? Non n. lapis, aut lignum eſt, cui honos defertur; Sed qui pictus aut ſculptus intelligitur, quod in pictura notant; id Seb. Francus in ſcriptura, cenſoriè perſtringit. Cum enim libros ſacros haberent omnes, in ore & manibus. ac ne efflu. ant, religatos de menſa, compedibus; dixit, jam iſtis volumen hoc Idolum eſt. quàm verè aut piè, non diſputo. Nam inſipiens ſapientia eſt, divinis rebus illudere. juſtè non poſſum negare his, qui ſubmovère ab oculis hominum, quod homines Chriſtianos maximè in ærumnis erigat: in felicitate ſedet & quo nihil denique ſalubrius eſt, vel rei, vel ſpei noſtræ, commone faciat, in hac vita lubrica & infelici, vitæ & ſalutis ſempiternæ. Nam ſi albuſus culpatur; quis uſus, amabò, lectionis ſacræ? Quæ profectò ſequi deberet lectionem, dilectio ut apparet, nulla ſequitur; ſed, odium, rixæ, bella quæ à dilectione Chriſtiana, & cruce Chriſti omninò aliena ſunt. Hæc pro Principe dicta ſunto. ut cum ipſi, tùm ſucceſſoribus, bona cum venia vicinorum, liceat retinere Crucem, qua Chriſtus primus: Conſtantinus Magnus deinde: poſtremò Godefridus Biſioneus ſplendidè triumphavit. Nam Godefridus non poſtremus ex majoribus Myſtæ, ſub ſigno crucis, magnificum egit triumphum; ſed æmulatus gentilem, ex Regibus Luſidaniæ aliquis, uti in Symbolis Regum, memimus obſervatum.

XXX. HIEROGRAPHIA.

Sylvanus iſte, Sperno invidiam, inquit. & quis, inquam ego tibi invideat? undo, egeno, ſeni? Miſeria te tua, invidia liberat ſed quod invidiæ vox ambigua ſit, & tàm in eum cadat, qui invidet, quam cui invidetur; utamur invidentia, quod M. Cicero dictum cenſet, à nimis videndo fortunam alterius, ut alter alterum intelligat hæc principio ſermonis noſtri, dicere libuit, Qui igitur in te, tuamq; fortunam intuetur; quid tibi ô mortalium miſerrime, invideret? Me quidem miſeret tui. Tantum abeſt, ut invideam. Malignitas hominum, invidet beatis, & ſe melioribus natura fortuna, aut induſtria. Quis tibi vir ruſticane? aut quid invideret? ſi tua te nuditas, ruſticitas, ſordes oblectent; fuere iſtis tuis delitijs, tibi per me licet. Ego enim malim mihi invideri, ut cùm Pindaro ſentiam, ſi non loquar; quam mei miſereri homines. An hoc de effert? quod Principis feras inſignia? Næ Ruſticus es Ruſtice. Nam & Aſini ſacra portant, Deorum, non Principum myſteria. Quod qui videt; non invidet, ſi ſanus eſt, at ridet vanitatem. Et quis non rideat homines ad omnia ineptos, cæco judicio fortunæ, à Principibus adamari? omnibus conſilijs adhiberi? cuivis negocio adaptari? Ego certè riſu diſrumperer; niſi riſum cohiberet, metus de Rep. de Principe, de ſalute, quæ ſalva eſſe non poteſt, inſanis hominibus credita. Quid cum Sylvano ſtomachor inſonti? nec horum ruſticorum & agreſtium ſimili? qui undi virtutibus, operti ſunt opibus & honoribus? Nuditas enim hujus, ſignificat animum ſyncerum Principis Bruſvicenſis: & generis ducum vetuſtatem. Nam ſynceritas tegi non vult: & fama eſt homines quondam, ſola virtute coöpertos, in ſylvis vagatos aut ſilæis abditos, vitam egiſſe, quam feliciſſimam ducebant, liberam & inſontem. Ita de Sylvano noſtro opinemur. cui

ut

ut credidi insignia ; ita & mandata dedit, ex corde suo, veluti ex solitudine : quod enim nemus tàm opacum, tectum, solitarium ? sententiam enunciandi : sperno invidiam. Quanquam enim nec Principis viri, nec privati sit, contemnere, ut M. Cicero indicat, quid homines de se sentiant, ac loquantur : cumnihil ulli pretiosius fama sit : & nihil Principi periculosius siniſtra de se opinione concitata : tamen magni, constantis & digni Principe animi est, rumusculos & malignos de se hominum sermones despicere : si falsi sunt, tacere, si verj. Spreta enim invidia, ut contentiosæ mulieres, conticescit. Alcibiades cùm nec eluere, nec negare facta posset ; insuetæ magnitudinis canem emit, & solutum per urbem vagari sinit. in quem cùm ab ipso & linguæ & oculi aversi essent, nunciantibus amicis. hoc inquit volebam. Philippus Persei pater rex Macedoniæ, Heraclidam probris & criminibus oneratum in custodiam conjecit : & omnem à se invidiam avertit. Ita publicè & privatim ars, conciliandæ benevolentiæ, aut odij effugiendi, inventa est.

Ernestus Dux Brunswicensis & Luneburgensis

Ioannes Guilhelmus Dux Brunswicensis & Luneburgensis

Ericus Dux Brunswicensis et Luneburgensis

Henricus Dux Brunswicensis et Luneburgensis

Julius Dux Brunswicensis et Luneburgensis

XXXI. HIEROGRAPHIA.

Quis hic, qui vix ex Ephebis exceſſit? nondum enim vel tenera lanugo, mentum veſtit: Qui ſubjecit pedibus crocodilum? Lacertæ ſimilitudo oſtendit. Et conſidens non ignavia: hoc enim cogitare nefas eſt. In experimento tantæ virtutis. Ac me hercle, ne feſſus quidem labore: Nihil certè æſtuat (deſtricto enſe, & objecta parma, vim non modò propulſaturus? Sed & facturus. Juſticiæ cauſſà: Fortitudo enim virtus eſt pugnans pro æquitate, & civium commodis) videtur? Erneſtus Dux Brunſvicenſis, meo judicio: at Principis ſententia, Juſtus Hoc enim Hieroglypti Symbolum eſt: Juſtus non derelinquetur. Quis ille juſtus? Chriſtus ſolus. Quem ne capitales quidem inimici, ullius criminis in ſimulare in convitio, nec accuſare in judicio, qui omnia auderent, auſi. ſunt. Nam effectatio regni nulla erat: Et ſi quæ fuiſſet; non fuiſſet injuſta: Eſt enim rex celitérræ, non jam modò, quod meruerit virtute; ſed quod condiderit providentia, & regnat ſemper prudentia. De templo calumnia erat. Et ſi de templo Salomonis, & non corpore ſuo, unico ſacrario æterni Numinis dixiſſet; non poterat momento temporis, XXXX. annorum lapides reſtituere? qui orbem ſtatuit ex nihilo, & tot ſeculis conſervat? Non opus eſt verbis in tanta veritate: Et eſt opus, in tanta diritate temporum. Me miſerum? in quæ tempora incidimus. Sed vindicat ſe æquitas, ab iniquitate: Et erit veritas ſemper ſuperior falſitate. Secundum Chriſtum quis ſit juſtus, non reperio. Nam, ut nævus in pulchro corpore; ſic & inter virtutes germinant vitia: Quæ nec Hiſtorici negare, nec Poëtæ diſſimulare poſſunt, in vivis illis, ut Tacitus loquitur, virtutibus. Chriſtus etiam conculcavit caput ſerpentis, ut vates cecinerant. Tenera quidem palma: ſed non incruenta victoria vicit. Ita ad ſpiritale certamen Hierographiam transferre, ſi libet, licet. Et non tantùm licet, verùm etiam decet. Laudare enim Deum inprimis par eſt. Servato igitur decore, Chriſto; mihi videtur Dux, in juſta belli cauſſà, nullam hoſtis vim reformidaſſe. Imò jam debellaſſe, & ſub pedibus habere preſſum. hoſtem præ ceteris formidabiliorem. Crocodilus profectò infeſtiſſimus natura quadam Homini eſt ut omnes tradunt. Ad duodeviginti cubita excreſcere Plinius ſcribit: Et paullò poſt, ſui immemor, accreſcere, quo ad vivit. utcunque eſt. fera Homini infeſta eſt. odium auget, gulæ irritamentum ita appetens eſt humanæ carnis. Et fortè nullo odio; ſed à cupiditate trahitur: luget enim mortuum. Unde Crocodili lachrimæ. Bellum quoq; inter homines, ut odium accendat, cupiditas, fovet. Nec tàm infeſtus eſt homini Crocodilus aut ulla alia fera; ut homo. Hæc ad comparationem, Et quemadmodum nullius hominis tantæ ſunt vires: quas alterius non adæquet vel fortuna, vel virtus; ita etiam falſamenta homo invenit contra morſum Crocodili. Nec trochilus modò & ichneumon, partiti vices, crocodilum opprimunt. Tantilla, tantum; verùm etiam, Delphin, ultus noſtras vices: Et noſtri generis. Tentyritæ. Sic appellantur homines, ab inſula, quam habent, menſura corporis parva; ſed præſentia animi, in hoc tantùm mira. Terribilis, inquit Plinius, hæc contra fugaces bellua eſt, fugax contra inſequentes. Adverſum ire, hi ſoli audent. Quin etiam flumini, dorſoque, equitantium modo, hærentes, veluti frenum,

num, hiantibus resupino capite ad morsum, clavam injiciunt, dextra ac læva, tenentes extrema ejus utrinque in terram agunt captivos. Imò olfactu homuncionum, ut Psyllorum, serpentes fugantur. Ita nil vult esse natura, quod nequeat vincit. Et naturæ parens, exigua sæpe manu, immensam edit validissimorum hostium stragem: Ac multis seculis tyrannidem constitutam, momento temporis, eruit à fundamento. Hæc ad plenior em comparationem. Ut Hierographia Principis, quæ oppido ingeniosa est, pronius intelligatur.

XXXII. HIEROGRAPHIA.

A belli gloria semper benè audiverunt Principes Brunsvicenses. Sed hæc magno & difficili labore paritur. Mars enim communis est: Et alea belli incerta. Quocirca ne aut ipsi terrerentur periculo: Aut suorum aliquis, fractus animo cederet vel hosti, vel necessitati, Præconem Majorum, Sylvanum, cum insignibus, ex quo vestem fecialem non induit, nec legit verbenas mittit qui, quasi de rostris, de hoc tumulo, sublata voce clamet: Ex duris gloria. His tribus, quod ajunt, verbis, omnes, contemtis laboribus & periculis, ad audendum concitari posse, Dux putat: sui enim similem quemque unusquisque existimat. Et ducis similes, sine controversia, incitantur. Tanta est animis magnis insita laudis cupiditas. Nec olim erant pretiosæ, sed honoratæ, victrices coronæ. Poëtæ fortium virorum præcones, de vili hirco certabant, aut qui hirco etiam vilior est, de populi applausu: Quid enim vilius judicio Multitudinis, in qua pauci sapiunt, plures dominantur? ubi pretio ducitur virtus; vir non est virtute præditus. Commiscuit, veluti torrens quævis absque discrimine, Poëtas cum Principibus. Verùm non hos tantùm quorum ingenia, viribus corporis, aut fortunæ magnæ adæquat penè, gloria quædam titillat; sed & famæ quoddam desiderium, per omnes officinas pervadit quoque. Ut in libellis de fama conamur enarrare. Non igitur surdis cecinit Sylvanus; sed animos omnium commovit, & vel famæ, vel gloriæ studio (magnum inter hæc discrimen est, accendit. Ut, si pluries prodierit in proscenium, non modò benevolè, sed & attentè audiendus sit. Ita evenit sæpe, ut, à quo minimè exspectes; in eo, digna maximè spectatu spectes.

XXXIII. *HIEROGRAPHIA.*

Non est hîc Corytus, aut Pharetra; sed arcus & Sagitta, in promptu sunt, imò in crena hujus, illius nervus. Omisit Glyptes, alàs non uncinum teli: Quæ manus lentet arcus cornua, non est, quo quæram: Robusta enim est; sed quo collimet (scopum enim video, & si aërem ferit, nequidquam ferit) jam jam cùm jaculaturus videatur, cujuscunq; tandem manus est, lubet observare. Me moræ aliquis impatientior, non attendet ad id quod faciet; sed dicit sagittarius. Nam licet telum sit, ut appellatur volatile; vox tamen antevertit. Quod cunctatiorem facit prudentiorem virum in dicendo, Non enim ut telum, dictum revocari potest. Et nos, si placet, audiamus. Nondum enim manus dextera laxat nervum. Sic ad astra, itur. Ipsi suppleverint, qui sapientes viros antè audiverunt. Ut

fieri

fieri neceſſe eſt, in longiori vitæ curriculo. Habet igitur alium ſcopum ſibi propoſitum, quàm ego rebar, hoc exiguo indicio: & aërem non ferit; at cœlum petit, non vi; ſed virtute, in quam niſi omnes animi & corporis vires intenderis: verè aërem feris, & fruſtra laboras. Militaris & erudita Ducis Erici ſententia. Quam factis longè accuratius, quàm dictis aut pictis illuſtravit. Hic enim ille eſt, qui labentibus fere omnibus collegis, fidem Regi Catholico ſervavit. De religione taceo, quam non mutavit.

XXXIV. HIEROGRAPHIA.

Magna me tenet admiratio, legentem & videntem iſta. Verè enim ſunt Hierographiæ: & aut oracula Prophetarum, aut ex ore ſequacium miſſa. Tantumnè poteſt, accepta à majoribus, & retenta, in Deum pietas? Cum Auſtrijs Principibus, in amicitia, tot mutuis beneficijs obligata, animorum conſtantia? Miror & admiror legens & videns. Henrici animus & major & lucidior. Neutri enim fortunæ ſuccumbens. Imò & in adverſa ſe jactans, qua alij torpent, aut non viriliter ſe gerunt. Exemplo ſit Achilles in nece Patrocli. non ut Heroem decet ſeſe, quemadmodum Plato reprehendit, teſtimonio Homeri, gerens. Hæc mediusfidius fortuna æquiori, ſine gemitu effudit. Viſitavit nos Oriens ex alto. Cujus verba ſunt, nemo ignorat. Nam Sol æternæ Iuſticiæ Chriſtus eſt, aut Lux Solis: Lumen Luminis. Nam ſparſi ab utroque radij, S. Spiritum repreſentat. propter gratiarum abundantiam: & proceſſum ab utroque. Quid ergo Deum mali ſtatuit auctorem? Non cadit tanta impietas, in pietatem tantam. Statuit Deum potentem rerum dominum. Et ſe non caſtigatum, at ſalutatum exiſtimat, ab eo; qui cum poſſet perdere, ſervavit. Quid ſi ſtatueret pœnæ auctorem? Nihil alieni eſſet, à Majeſtate Dei. quam & juſtam eſſe convenit. Multùm enim malum pœnæ, à malo culpæ differt. Non eſt malus, qui culpam caſtigat; ſed qui committit. Et in juſta vindicta Dei; moderatio elucet. Ni eluceret: omnes & omnes abirent in antiquum chaos. Mihi certè nihil ego poſſum vindicare, præter miſericordiam tuam Domine: quam continua nobis, oro atque obſecro, ad nominis tui divini gloriam magis, quàm ſalutem animæ meæ. Cupio enim ſervari me; ſervari omnes meos, tuos, ſervari, inquam omnes, ut tibi poſthac ſerviam, ſerviant omnes perennitates. Non enim mortui laudabunt te: neque ullus horum qui ad inferos deſcendunt.

XXXV. HIEROGRAPHIA.

Caduceator non novus adeſt. Quid enim Præconem dicam Principis Brunſvicenſis internuncium? aut fecialem nuncium pacis? Caduceator Sylvanus, non ſylvanus, ſed Lar familiæ Brunſvicenſis: aut, ſi mavis, familiaris & tutelaris clienſ adeſt. Non inſignia tamen, ſed lumen gerit. An ergo Cynicus? Minimè, qui eſt aulicus. & Diogenes, á quo illi, in caula, non in aula educati, clauſum habebat, ut ille apud Plautum in cornu Vulcanum. Hic de candelabro lucentem candelam.

Nec

Nec hoc ruſticana impudentia, aut agreſti imprudentia facit, Neſtor Brunſvicenſis (ſic ſane appellatur Sylvanus, qui jam tot hominum ætates vicit) ac ſumma ſapientia & ſingulari cognitione rerum. Nam lux animi, uſu non conſumitur; ut lumen candelæ cerce, vel ſebaceæ. Eſt quippe virtus, clariſſimum animi jubar, quæ non ſeneſcit, ſed invaleſcit ætate, & uſu. Sed aliter, inquies, loquitur; quàm tu ſentis. Audiamus inquam ego, quid loquatur: Alijs inſerviendo conſumor. Dictum bene. Sed in vos, qui in his rebus verſamini, quæ uſu teruntur: cujusmodi ſunt, omnia fortunæ corporis bona tandem. etiamſi uſus ſit laudabilis. non obſonus à natura. Labar enim fatigat licet, exerceat aliquamdiu, & tandem affligit corpus Liberalitas minuit, & poſtremò exhaurit arcam. Vera virtus quò magis exercetur; eò magis illuſtratur exemplo, ſit contra iſtam prodigalitatem; quod ex arca non promitur, benè de omnibus promerendi ſtudium: & adverſus immanitatem corporis, fortitudo animi. In vos hæc cùm dicet Princeps Iulius; ſecum ipſe gaudet, & exultat, velut ampliſſimo orbis terræ amphitheatro; rectè factorum conſcientia. quæ meum non eſt, ſed Hiſtorici domeſtici poſteris teſtari.

XXXVI. HIEROGRAPHIA.

Effrenis & ſaliens equus, utrum ex habenis mordens, neſcio, eandem ſententiam loquitur. Quid facient iſtic viri? ubi tàm graviter beſtiæ ſentiunt? Non enim diceret, ſi non ſentiret. Sed ut dixi, Principis longè alia ſententia eſt. Verè enim de ſe equus: qui ſtrigoſior ſit currendo: & debilior geſtiendo: qui in ardore pugnæ cadit, ut lento igne candela torretur: qui deniq; in uſu verſatur, & quocunq; caſu, aut tempore, quod diuturnum Vitæ non eſt. Et ut eſſet;

quæ tandem diuturnitas? ubi aliquot
extremum? occidit atquæ
extinguitur.

Dux & Princeps Sacri Imperij
Henricus Julius. Postul. Episcopus Halberstadiens:
Dux Brunswicensis & Luneburgens:

Henricus Julius P. Episc: Halber:
Dux Brunswicensis & Lunebg:

Henricus Dux Brunswicensis
& Luneburgen: Eques Aurei Velleri

Otto Henricus Dux Brunswicensis
& Luneburgensis.

Carolus Dux Geldriæ ultimus
Eques Aurei Velleris



XXXVII. HIEROGRAPHIA.

Factum benè ab antiquario Cæſaris, quod ſuum cuique Hierographiæ auctorem & Hierographum ciet. Si modò nomen exſtet, & non tempus edax rerum, hoc quoque abliguriit. quemadmodum hujus Hierographiæ, non modò Brunſvicenſium, ſed & litteratorum Principem, Henricum Julium. Nam cum ſit inter proverbia: μὴ πρὸς λέοντα δορκάς inſignem verò gloriam, dicet aliquis, ſi capra vel ſilveſtris, è rupe alicubi rapta, vel domeſtica è ſtabulo erepta ſit à Leone? capra autem eſt, in quam hic leo inſilit: ſerpillum enim (ſic hirci barbam appellant) non cerno. Si tantus contemtus eſt cornuum capræ; eſt autem: etenim pueri infantes rident etiam capri cornua, non deſpiciunt Leones modò; nec horrendus profectò morſus: lingit enim non mordet. Unde & aliud proverbium: Sontem vel capra mordeat. De tam vili hoſte nec ſpectanda nec exſpectanda laurea eſt. Quod ſi Capra ſtraviſſet ac cepiſſet Leonem; res nova, memorabilis, ſpectabilis fuerit. Nam pollentiores, in manu, ut Leo in ungue, jus habent. Hoc ſi quandò Deus vindicet, ut Sinnacheribbo profligato aut virtus à Deo, ut fugato Xerxe apparuit; id verò admiratione & honore dignum, homines cenſent. Hæc diceret aliquis, qui neſciret, Principem litteratum eſſe auctorem. Cùm autem conſtet, quis ſit auctor; is figura oculos non terminat; ſed redit ad mentem: & penitius de capra cogitat. Eſt autem, animal natura ſubdolum. Aſtum Principes generoſi, & pectore aperto, ut peſtim averſantur. Quid tùm poſtea? dicet aliquis. Non enim ſatis cauſſæ eſt, in odio ut inviſum damnent: vel in gratia, ut indignum honorent. Importunus es ſine me cætera perſequi. Eupolis in comedia, Æges, multas arbores & frutices commemorat, quas Capræ ligendo corrumpant. Jam libero mactabatur, vitis cauſſa. imò Leges in locatione, ex fundo eijci permittunt. Noxium igitur animal eſt, non non modò ſubdolum. Noxæ autem agere, ſive cum hoſtibus, ſive cum ſubjectis, Principi, non ſolùm fas; ſed & jus eſt. Juris enim cauſſa Princeps eſt. Ita fortè ad ſententiam Principis litterati appropinquamus.

XXXVIII. HIEROGRAPHIA.

Hic verbis opus non eſt, ſed factis. Ita ſunt omnia aperta, vitanda partim, faciunda partim. Duo ſunt Symbola. Proſopopææ tres. ſub veritate, calumnia & mendacium. in circumferentia: Bene faciendo neminem timemus. Circa veritatem: veritas vincit omnia. quæ mirum dictu, ut inter ſe quadrent. Nam cui perſuaſum eſt, ſecuritatem in benefactis conſiſtere: & eſt profectò animi fiducia, validum præſidium adverſus metum; ne ſimulatione nitatur, & malit videri, quàm eſſe bonus: Veritatis ſimul vis explicanda erat. quæ calumniam eludit, mendacium elidit tempore tamen. Quis levi temporis uſura, aut æterno opprobrio ſe maculet? aut manifeſto opprobrio exponet. Calumnia perſonam diffamat. Mendacium orationem invertit. Voluit Princeps omnia patère, propter utilitatem. Hierographi aliàs latere volunt propter diſciplinam.

XXXIX. HIE-

XXXIX. HIEROGRAPHIA.

Adeſt iterum Sylvanus Brunſvicenſis cum haſta, & ferula ardente. Ecquid molitur? Honeſti aliquid pro patria, uti audire eſt, ex Symbolo. imò quidvis fucturus. Huc enim arma referuntur, & flamma. Ego ejuſmodi vitium, amicum quam hoſtem malim. Nam ut ferro, ita & igne graſſaturus videtur. nec laturus, ſed vindicaturus quovis modo injurias patriæ illatas.

XL. HIEROGRAPHIA.

Aliud eſt fortia pati, aliud facere. Proxima Hierographia videbatur, quidvis facturus: hac omnia paſſurus, patriæ cauſſa. O Principem, non prudentem modò, ſed & fortem virum Principis enim Sylvanus arcana effert. Patientiæ lux eſt, accenſus in læva foculus. Nam Scævola, ſic abs re appellatus, in focum, lævam immiſit, conſtantiæ oſtentandæ gratia, & contemtus tormentorum, In noſtra religione etiam receptum olim fuit, prunas calcare, invocato Deo, ſi falleret. Et Pagani anticiparunt factum, Herculis ni fallor, Sacerdotes. Ita ſuperſtitio propinquà religioni eſt. Et Magi in Ægypto, adæquarunt pænè præſtigias ſuas, miraculis quæ erant divina, Moſis. Iconi fortitudinis: fortior enim eſt patiens, quàm immanis (adjicit Princeps non minus piam, quàm fortem ſententiam. In manu Dei colloco. Hoc enim ferè Symbolum Germanicum eſt. Etenim, ſi Deo permitteremus omnia; felices nos ter, ut dici ſolet, quaterque. Hic enim ut ſolus poteſt, ita & vult, non ſolùm ab injuriis vindicare; verùm etiam à flagitiis liberare & pœnis eripere. Nunc nos ſumus, qui ſimul accuſamus & damnamus; ſi poſſumus: ſi non poſſumus. ſocios injuſtæ vindictæ quærimus: aut malitioſa juris interpretatione, vis evertere conamur.

XLI. HIEROGRAPHIA.

Guil Budæus, libros ſacros cothurno Tragico aſſimilat. Nec herclè aliter jam ad omnium opiniones, etiam toto, quod ajunt, cœlo, diſcrepantes, detorquentus; quàm Cothurnus, utri, vellos, pedi indueretur. Cauſſa Symboli hoc dico. Nam pii juxta ac impii, hac ſententia, Lux in tenebris, & poſt tenebras lux, promiſcuè utuntur. Luna eſt, quæ nocturnas tenebras diſcutit, & noctu lucet. Sed ambo, non de luna; ſed veritate religionis, quæ luminibus Animæ multò clariùs relucet; quàm illa, corporis, loquuntur. Hoc autem fit, quod ſua cuique placeat: & multitudini inſanæ veriſimilia, ſic appareant vera; ut ſanis vera; videndum igitur eſt, à quo quidque dicatur, & pingatur; ut ſuperiùs monebam. ne fallamur. Nam ut meretrices interdum matronæ faciem mentiuntur; ita viri impii muta pietatis perſona loquuntur piè. Non vereor ut quis hæc de Principe dicta interpretetur. Principem enim norunt omnes. Sua autem fama quemque tueatur. Et me à malignitatis ſuſpicione, in ſcribendo, modeſtia tuetur.

XXXXII. HIEROGRAPHIA.

Aquila ſuper globum terreſtrem, Altiora, inquit, peto. ſi cœlum benè. ſite majora ; vide quid petas. Multi enim quod gravius humeris tollunt, oneri ſuccumbunt. imprudentiores camelis, qui plus non recipiunt, quàm cui ſint ferendo. Si non tantùm majora ; verùm & ea, injuſtè; aut in conſectando cadis, aut in fruendo angeris: & vel te ipſe, vel poſteros tuos, tuis, nihil meritos, pœnis miſerè involvis. Ad Carolum poſtremum Geldriæ ducem pertinet oratio : qui patrem in carcerem detruſo, uti narrat Cominæus, tyrannidem occupavit, Et Mariæ, quæ maximiliano I. Imperatori dignius nupſit, nuptias ambivit, Nec ſera fuit paricidij pœna, ut Gygis homicidij. In bello enim cecidit, quod Galli, qui ſe, patre virginis ſuperſtite non moverant Virgini Mariæ inferebant. dignus, qui caderet, in carnificina.

Duces et Principes S. Romani Impery

Guilhelmus Dux Cluiæ I. et Comes Marchiæ

Joannes Dux Cluiæ II. et Comes Marchiæ

Joannes II. Dux Cluiæ III. Comes Marchiæ

Joannes III. Dux Cluiæ III. Juliacensis et Montis primus

Adolfus Dux Cluensis V. Juliacensis et Montis II. etc.

Carolus Fridericus Princeps Cluensis Juliacensis et Montis

XLIII. HIEROGRAPHIA.

Centauros fabula est. Compressa Nube, quæ Junonem referret, ab Ixione, natos esse. Hyperphialum, inquam, qui congressus cum equabus Magnesis in Pelio monte, genuit centauros. Historia verò Centauros Ixionis filios cum sodalibus, dictos fuisse; quod ad depellendam externam vim, armis correptis, equos conscenderint mortalium primi. quos cùm agrestes essent conspicati, judicasse superiore parte homines, inferiori equos: appellasse autem centauros, quod, de quibus erat certamen, tauros, & reliquam vim pecoris, ante se agerent, &, ut fit pungerent, urgerentque stimulis. Fuerunt inter eos vitiis & virtute inclyti. Acne plures commemorem, Chiron, qui Achillem, non solum ad bellum, sed ad omnem virtutem informavit: & Nessus, militaris luxuriæ, qui Deiamiræ Herculis, vim inferre conatus est. Brevius rem prolixam enarrare non potui. Debui attingere, ne quem agrestium quoque, jam specie monstri hic picti deciperet. Non est tamen Nessus, qui puellam vehit: nec herclè Deianira, quæ vehitur; sed quocunque tandem monstro Libertas fertur, ut ex Symbolo manifestum est: læsa libertatis affectus. unde liquet, libertatem esse. à quo autem læsa, non addit. Temporis ratio & loci vicinitas, libertatem Belgarum, ab Hispanis attentatam, animo subijciunt. Nam Belgæ, à quibus semper antè, ut monstris abhorruerant; ad horum societatem confugerunt odio Hispanorum. Ita dum fumũ servitutis fugimus, in ignem sæpe incidimus. Nec tam firma est libertas, liberarum & fœderatarum civitatum, quam nobis apperet. Nam non longa dies multa novat. & mercenario milite utuntur. quid dicam? quod duci perpetua potestate, in bello animos addunt: plebem conciliant. & viam complanant ad tyrannidem? quam maximè fugiunt.

XLIV. HIEROGRAPHIA.

Plinio sæpe utor, & ferè solus ad manum est. Hic carere nequeo. Delphin enim supra mare apparet, ut ex cauda trisulca apparet quem velocissimum omnium animalium Plinius non marinorum modò testatur. ocyor volucre, ocyor telo est. Huic celeritati, ne cæteris piscibus exitio esset, natura occurrit. ore multo infra rostrum, medio pænè, in ventre abdito. Hinc enim fit, ut nisi resupinus & conversus, non corripiat. quæ res vel imprimis celeritatem belluæ pandit. Ingluvie enim concitus fugientem in vada ima piscem insectatur: & cum animam diutius continere nequeat, ut arcu excussus, ad respirandum evolat. tanta vi atque impetu; ut supra vela navium feratur sæpe eadem contentione. Hoc autem relatu hic necessarium erat, ne quis quæsitam auribus fabulam retur. Nam quod Plinius, ultra vela; hoc Mysta amplificans, ultra nubila inquit irridens assentatores, pestem Principum: qui vitia horum extenue, aut promiscue virtutibus dealbant: aut factum non malè aliquod. laudibus ad cœlum vehunt. Sunt quidem facta Principum hoc illustriora, quò ipsi sublimiori sunt loco; sed non minus pravè quam rectè facta. imò sæpe illa, ut intentiores sumus in aliena vitia, quam virtutes,

tes, sæpius emanant : & majori sanno excipiuntur, quam laudabilia applausu.

XLV. HIEROGRAPHIA.

Suis coloribus Lilium varii depinxerunt, ut nos suo loco observavimus. Si tamen ars, naturæ opificium potest exprimere. Odorem certè pictura non spirat ; quem natura ita gratam flori afflat. ne quod miramur minùs lilium miremur. Hoc tamen lilium, non pictum, sed factum à natura, ad agri ornamentum : ab hortulano traductum, ad horti delitias : si decerpis, flaccessit : si relinquis, marcessit. & ut hac luce floret ; sic crastina moritur : & fit, ut Mysta inquit, longè aliud, imò amisso colore & odore, omnino nihil. Mysta autem est, idem, qui prioris Hierographiæ dux Cliviæ Joannes II. ut me non pæniteat conjecturæ meæ de Delphino. Quemadmodum enim istic sub Delphino Principes statuit; ita hic solerter omnes privatos & principes sub flore comprehendit. Brevis enim ævi sumus omnes. & vita nostra, somnii instar. imo umbra, ut Pindarus sentit. vivit alter altero diutius ; Nemo certus vitæ vel momentaneæ. Hanc communem miseriam deploro uberiùs in oratione funebri Joannis III. Regis Sueciæ. Quid iterem quærelas nihil profuturas ? & misera hæc vita facit, ne nimium illam miseriam deploremus. Cùm igitur moriendum sit ; vivamus mortales, ut aliquando, etiamsi nesciamus quando morituri.

XLVI. HIEROGRAPHIA.

Phœbus inter Principes ventos lucet : & quasi frontem corrugat, intuitu tempestatis. Aut non est Phœbus ? sed Christus, qui vitam Hominis, quam tanti redemit, videt, ex alta illa specula, tot tantisque subjectam miseriis ? Solis profectò incommoda, & cœli tempestates, nec semper salubres syderum aspectus persentissimus. O nos miseros, & nisi misericordia tua Domine, mitigaret justam patris iram ; periissemus jamdudùm funditus. Sic non impie, ad sententiam Principis Cliviæ, quasi in tenebris collimamus. Nec fortasse aberramus à scopo. Nam & Poëtæ fingunt, Tellurem apud Jovem queri, de Humano genere : nec se ferendo esse, oneri flagitiorum. Quasi verò opus foret testimonio Poëtarum : cum sua cuique mens locuples testis sit.

XLVII. HIEROGRAPHIA.

Signum & vexillum discreverint prisci, aut vocum promiscuus fuerit usus, hic scire nihil refert. Ex quo à crucis forma descitum est. auctoribus Barbaris (acceptum enim morem à majoribus Constantinus Magnus illustravit magis) vexilla, magis sunt, quæ non infra crucem hastæ, sed sublato ligno transverso, de hasta dependent. Hoc cognitu necessarium quin & illud, si tamen quisquam ignorat, pediti hastam, equiti lanceam datam. Nam hic lancea est. rupta, cum vexillo. quod simi-

lius

lius est Romano (quadrum enim ferè) quam vexillum hastæ, latè fusum, aut circumvolutum, circa hastam. De Hieroglypto dictum est. Audiamus Symbolum: Mali, consilio. aut, si mavis: Malo consilio. Signa non dantur signifero, ut pugnet aut pungat hasta signata. potius, ut pugnam accendat. Ad signa enim tanquam ad Deos suos miles respicit, & Romanus supra Deos colebat. sive igitur suo, sive alterius consilio errat Vexillarius, si tanta re credita abutatur. Non me latet, rebus profligatis nunc, ut olim, contusis aut abjectis hastis. signa à ludibrio hostium viros fortes vindicare. Necessitati non dantur leges. Quis usus signorum sit, significatum est. quanquam Mysta, non tàm signiferum, quàm ducem exercitus, Archistrategum Græci vocant, feliciores & uberiores in dicendo: (Latini enim nisi felicem ducem, imperatorem salutant) admonitum officii velit. Decorum quidem est, non tantùm erat, ut T. Livius ait, ipsis concurrere ducibus, vel opima spolia: & hercle laus opima: Nam detrectare certamen, non solùm cum ignavia, verùm etiam, cum exitio conjunctum est quandoque. Sed distincta sunt ducis & militis munera. In illo consilium, in hoc fortitudo laudatur. Ac ut milites non rectè fecerint, si mandata abnuant, quod ipsis aliter videatur & sententiam suam, consilio anteponant ducis; ita & dux, si in periculum ruat; & non potius videat, ut è periculo, exercitus evadat. Si enim ipse, pugnæ avidior, in pugna cadat; actum est de exercitu, aut de victoria. Capto Rege Francisco Gallo I. fœda fuit peditum strages, equitum fuga. Cæso Epaminonda, inutilis illa præclara Thebanis victoria. ne successeamus Philippo Regi Macedoniæ, qui ut Lucianus scribit, apud Inferos Alexandrum reprehendit, non minus manu promptum, quàm consilio bonum, licet in acie non ceciderit; quod vitæ prodigus, & laudis avidus, in mille discrimina sæpe ita meritum, exercitum duxerit. filium pater. Non enim fortuna, imprudentiæ culpam levat.

XLVIII. HIEROGRAPHIA.

Hi Germani Principes, fuisse insigni inter se fide, & benevolentia videntur. Optant mediusfidius, non alio nomine felicitatem. Felicitatem verò eam felicem & stabulem ducunt. quæ à Dei bonitate provenit: & ejusdem numine defenditur. Princeps non solum genere, sed & virtute, ut decet esse, qui genus & nomen tueri volunt, insignes. Nam quorum felicitatis origo, aut injusta, aut levis est: nec firma est, nec optanda. Quis enim bonus vel regnum cum scelere exoptet? aut ad cœlum ferri, ut brevi post, ad tartara relabatur? Ne prudens quidem. Nihil profectò violenti, impunitum est: nihil leve, perpetuum. De sententia autem Principum ex Hieroglypto quivis divinarit. Quod enim de loco in locum distulimus; Amalthea fuit capra, quæ Jovem lactavit, postquam Rhea clàm Adrasteæ & Isdæ dedisset educandum. ut scribit Hermogenes de Phrygia. Hujus alterum cornu, capra in cœlum relata, nutricibus Juppiter jam adultus dedit, cum hac facultate, ut Xantus, in rebus Ætolicis: ut quicquid esset possessori in optatis,

eo

eo repente cornu redundaret. Hoc cornu hîc, & fulmine armatum cernis. fabulosum est. quis negat? Sed vero verius est, gratitudini & pietati sua esse præmia ampla in terris, ampliora in cœlis. ut veritatis Magister aut potius, ipsa veritas Jesus Christus nos docet. & usu discimus. Nam & malos, non tantùm bonos, tanta Bonitas, consortes reddit.

Nemo certè est, qui Deum frustra aliquid poscit. Etenim si non dat, quod volumus, dat, quòd magis expedit: si non citò; cumulat, cum nobis maximè est commodum.

Duces & Principes S. Romani Imperij.
Carolus Fridericus Princeps Iuliacensis Cliuensis
& Montis Comes Marchiæ & Rauensburgi

Carolus Fridericus Princeps Iuliacensis
Cliuensis & Montis Comes Marchiæ Rauensburgi

Joannes Guilhelmus III Dux Iuliacensis
Cliuensis & Montis Sextus.

Guilhelmus Princeps Vrariæ Comes
de Nassau Eques Aur. Velleris

XLIX. HIEROGRAPHIA.

Aurea virtutis merces, ſudore paranda eſt. inquit Princeps & Poëta bonus. Nam virtuti ſuæ præmium nullum petit. Major eſt animus Principis virtute contenti. Quis enim is eſt, qui bona animi, his compenſari putet, quæ fortunæ appellantur? At alienæ virtuti præmium proponit: & quaſi Agonotheta cives, non tantis animis præditos ad certamen de virtute accendit. Et ſunt ædepol Tyranni, non Principes. qui vitia caſtigant, nec remunerantur virtutem. Quocirca de M. Antonio Imperatore accepimus: quanquam exſtirpare mala vellet, ſi poſſet; praviorem fuiſſe tamen, in remunerationem bonorum. Verùm enim verò, virtutis, inquies, naturam exponere debuit potiùs, quam præmia proponere; ſi munerarius, non tantùm eſt potens; ſed & prudens. Nam P. Romanus, cùm cepit mirari aurum; deſiit excolere virtutem. Eſt nonnihil quod dicis. ſed populus ille agrariis legibus, veluti furiis agitatus eſt à Tribunis plebis. Populus erat, inquies. imò fuerit, inquam ego, fæx populi, plebs; pars erat tamen civitatis: & Patricii, princeps civitatis pars, fœnere merſam tenuerunt ſæpe civitatem. Ita non ſemper culta eſt; ubi maximè, culta eſt virtus. Nemo gratis, facit, grata. Nec rere vitiatos tempore, ut fit, Romanos. Agros publicos, honores regios, Patricii nullo jure invaſerant: ut longi temporis poſſeſſionem, plebs, licet intempeſtivè, non injuſtè omnino turbaret. Romani tales erant domi, metientes omnia utili, non honeſto. etiamſi non tantùm utile honeſtum, verùm etiam Deos prætenderent: qui auderent in concione plebis dicere: plebem auſpicia non habere. At foris fortes. Fuerint. Una ſpecies virtutis eſt fortitudo: & hac quidem ratione, ſi non injuſta: quis enim fortem unquam prædonem, piratam? & non verius immanem ac dirum appellat? Quod autem ſui commodi cauſſa pugnarint fortiter, argumento eſt Italia ſubacta: & victis ſociis redactus in ſervitutem: quid enim aliud erat, provinciæ forma? orbis terrarum. Et teſtimonio, non Methridates ſolus, gravi illa epiſtola, apud Saluſtium; ſed & cives Romani, apud M. Ciceronem in libris de Rep. ut conſtat ex fragmentis. Nam venendum fatentur ad caſas, quibus hoſpites exepit Rex Evander. Si juſticiæ ratio habeatur. An ergò imitabimur Romanos? Non, ſi ſapimus, qui legibus vivimus, non exemplis: potiora enim optimo cuique virtutis præcepta ſunt, quàm virorum exempla. Sed ut Romani ſecuti ſunt majores; ita Minores, Romanorum veſtigiis inſiſtunt. Rectè igitur virtuti Princeps ſtatuit præmia; ut honeſtè malint ſubjecti imperio ſuo quàm cupidè, cùm parare, tùm ſervare opes. Nec enim cum perfectis agitur. Laudata olim magis melioribus: quis enim perfectus, in vita hac, omnibus vitiis infecta, & inquinata? quàm probata paucis, Zenonis ſententia eſt: Virtutem ſe ipſa contentam. Ariſtoteles in omnibus, ſui ſimilis & excellens, ad bona animi; corporis bona & fortunæ requirit. quod nihil præclari, ut velit, poſſit, quem cura valetudinis impedit. & egeſtate multa præclara ingenia contabeſcant. Natura paucis contenta eſt; ſed quæ ſine ingenti labore aut diſcrimine, multi, & vel hoc infelices, non comparant. Jam non paucis contenti; ſed multa, jure an injuria, poſſidentes, admittuntur ad honores. Ac ne queremur noſtri temporis moleſtias;

leſtias ; cenſus, non virtus, in florentiſſimo ſtatu Reipub. aperuit Romæ curiam. Hæc pro bono Principe, ſi non benè ; benevole dicta ſunto. in quibus ſi prolixior fui (copia rerum, copiam verborum poſcebat) fabula nauſeam levabo, non aggravabo. Non enim relatu modò digna ſed utilis eſt, ne dicam, neceſſaria. & ſi dicam, verè dicam. Picta enim eſt pugna Herculis, cum Dracone, de pomis aureis ; unde hauſta ſententia Principis, quæ nos torſit. Quæret enim ſpectatorum aliquis, ſine controverſia ; quid hoc certaminis ? & qui non ignorat rem totam ; rei ſeriem declarari expetet. Eſt igitur inter Herculis decora hoc non poſtremum. quo præter exuvias draconis, aurea mala reportavit. Erat autem Draco, Typhonis & Echidne filius, Ladon nomine ut Appolinius Rhodius ſcribit. quem, de ſtatione excederet, alebat Heſperidum ſacerdos ut Virgilius ſcribit Heſperides autem Heſperi Atlantis germini filiæ fuerunt, Egle, Aretuſa. Hipertuſa. ut plurium opinio, licet Eubulus Atlantis contendat. forte quod hortum aureis pomis, à virginibus conſitum, non ſepimento, ſed montibus circumſepſerit. fore enim Themis cecinerat, qui raptum veniret, Jovis filium. præclaro oraculo, de filio Principis Deorum, Ita opes alliciunt quoſvis, quovis. Etenim extrema ora terræ, ut Dionyſius de ſitu orbis, tradit, Heſperidum ſedes. Habes fabulam amice lector : & ex fabula colligis, non vulgò homines tantùm, verùm etiam Heröes legere, in victoria, prædam, & ſpolia hoſtium. ut ovum non ſit tàm ovo ſimile ; quàm Symbolo Hieroglypton. ſive igitur, per aurea mala oves intelligimus, quæ ſolæ erant olim opes : à pecude enim pecunia, ut poſterior dicta eſt. ſive pomum arborem, feracem aureæ frugis : Lucullus enim & Perſicam Malum. & Ceraſum in triumphum intulit ; in idem res recedit : ſunt enim & hæ divitiæ, parabiliores que, variè interpretandi eandem fabulam, antiquis eſt eadem vox μῆλον. qua ſignificatur & Pecus & Pomus.

L. *HIEROGRAPHIA.*

Non pulli Aquilini, ſed Principis virtute & ætate Adoleſcentis carmen eſt : Me juvat auſpiciis magno adoleſcere Divûm licet tacitus pullus, quod non canit, facit. Nam in cranio ſtans, canino forte, militiæ ſuæ præda atq; rudimento, in patrem intuetur, nec veretur, quo ille conſiſtit, fulgoris micantis fulgore. Nullum autem felicius auſpicium eſt, patris obſervantia : & ſi virtute inſignis, imitatione. Ex hac comparatione Principis & Aquilæ creſcentis, res ob cura, veluti ſydus, fluentibus tenebris paululùm inclareſcit. Pergam igitur cætera Hieroglypti indagare. Faces accenſæ in medio ſunt. & ut quivis conjecerit : Caſtoris & Pollucis. Nam Pauſanias in Arcadicis ſcribit, creditos eſſe navigantium Deos, quod coörta tempeſtate, digreſſis à Sigæo Argonautis, Orpheus pro ſalute vota conceperit : nec mora, geminas flammas, circa Caſtoris & Pollucis capita fulſiſſe : ſubſidiiſſeque vim tempeſtatis. Subjecta ſtella fabulam diſcutit : & mutationem in melius lucet. Sed laurus aliter in horto & Parnaſſo, quàm hic viſitur. Mirum non eſt. Quo enim ducit & flectit ingenioſa manus, ramos & herbas. Hîc Laurus in orbem flectitur, id eſt, in coronam : & divaricatur, quod gloria honeſta parta, per

per omnes gentes ac nationes latè diffunditur ac diu conſervatur. Quid nunc adijciam? quod aut ſcitum, aut dictum eſt priùs, Aquilam Jovi ſacram? Laurum Apollini? Caſtorem & Pollucem Jovis filios? Repetendum quidem memoria eſt ſed admonuiſſe ſit ſatis. Nam Princeps magnorum Deorum auſpicijs fretus videtur, ad virtutem, cui laurus debetur, eniti: ut ex repetitione Symboli, manifeſtum eſt. An ergò Divos cenſet, quos Pagana recepit ſuperſtitio? Bona verba. Domi fatam laurum, & cœlitiùs lucentem Majorum, quorum æmulatione ducitur, gloriam intuetur. Et ſine ulla ſuperſtitione; piè cenſet de proavis, nec inepte Divos appellat, quos virtus in cœlum intulit.

LI. HIEROGRAPHIA.

Magna me angit dubitatio, ecquis ſit, qui dignos meritis propter virtutem, tollat ad ſydera. Si Virgilius benè depingit virgam Mercurij, ad Homeri exemplar (hac animas ille evocat orco Pallentes: alias ſub triſtia Tartara mittit) Mercurius eſt. Nam quod cetera itineraria depoſuit; factum eſt, quod vehatur. Sed quadriugo curru Sol ferri ſolet. Non reſpondebo, Mercurium Apollini, ut ante boves, ſic equos jam ſubduxiſſe: aut pace facta utendos accepiſſe. ſuæ enim cuiq; Deorum Dearumq; ſhenſæ erant. noſtras Veneres ſejugi etiamnum vehunt. ne Mercurio invideamus quadriuges. Sed neminem video horum, quos in altum tollit, inquies præter aurigam in capſo. Nihil te turbet. Heroes exuerunt mortalitatem, qua caderent ſub viſum: & ſola refulgent virtute. quæ ſi oculis cerni poſſet, incredibilem cieret amorem ſui. Quod autem videamus Mercurium, fit; quod dij poſſint, quidquid velint. Si aperte vis dici, quæ rectè ſentit Myſta. Deus non pictus, non fictus, ſed benedictus in æternum, præ infinita ſua moderatione, aperit miſeris mortalibus cœlum; ſed qui coluere numen ſuum in terris. Dicerem de Mercurio, quæ prudenter inter Ethnicos ſeníere, vulgus dixere. Sed vir magnus fuerit, qui in terra res magnas geſſit: non enim ſine cauſſa poſitus ſtellato in cœlo, hominum benevolentia, inter Planetas. & hujus quidem loco, qui motu inprimis varius eſt, & fabulæ ac famæ congruus. Omnis fatiſcit inſtituta, cum Deo comparatio. Cæterum columba, quæ faſtigio Virgæ inſidet; Caritas eſt ſemper conſpicua, & tantopere adamata Deo.

LII. HIEROGRAPHIA.

Beſtiarij capiendarum, domandarumq; beluarum, & regendarum, beluarum rationem quandam tenent, quam ſequantur, Magiſtratus, cui nõ cum belluis, ſed conſortibus generis, res eſt; non inibit rationem capiendi domanti & gubernandi hominis, præſtantiſſimi animantium? Inita jam olim eſt. ut alias relinquam his, qui in Rep. verſantur, aut ſcribunt de Repub. duas invenio principes, Benevolentiam & Metum de quibus nec me pigeat pauca dicere, nec te tædeat audire. Pertinent enim ad explicationem Symboli & Hieroglypti. ut ipſe audis & cernis. Nam Symbolum eſt Italicum: Optimum Benevolentia præſidium: Hieroglypton verò, Parma cordibus perpetuis turgens. Et tanquam prius Symbolum non

esset satis ad rei declarationem: Hic murus aheneus esto; tàm doctè quàm prudenter adijcit. Etenim vix ac ne vix quidem Magistratui persuadetur, tutiorem esse benevolentiam metu licet exempla exstent: & difficulter, ut ratio, convincit, unus omnium possit obsistere insidijs. quod non diffitetur. Hinc enim custodes corporis; sed hi ipsi in dominum sæpe conspirant: castella; sed quæ manu hominum constructa, homines manu destruunt: præsidia; sed quæ prodant hosti. Metu si Tyrannis consistit; fit Divûm inclementia: nihil enim adversatur ita hominum naturæ, qui duci, non trahi volunt. Et Europæi quidvis ferre malunt, quàm inviti jugum. ut satis mirari nequeam, viros fortes, & natura liberos non ire concordes, adversus tyrannidem Turcarum sub paterno imperio Imp. Rodolphi II. &c.

LIII. HIEROGRAPHIA.

Cor diademate insigne sub S. Spiritu, Principem testatur: & ipse agnoscit, se, per dominum Cordis, esse ac versari in manu ac potestate Dei. Egregia ac regia sententia. Enim vero, si ea mens esset Principibus ubique omnibus; næ multò æquiores, essent multi, in Principatu, quem precariò obtinent, à rerum domino Deo. Nam si non hominum intuitus flecteret à rigore ad mansuetudinem; raperet ab affectione ad rationem, respectus Dei. sentire cum Principe, Philosophi: qui cupiditatem subijciunt rationi. Nec nos dissentimus, qui in libris de optima forma Reipub. rationem submittimus Deo.

LIV. HIEROGRAPHIA.

Audaces fortuna juvat, Princeps Orangiæ, inquit. Quis? qui Imp. Caroli V. à quo summis affectus beneficijs, filio Philippo II. Regi Catholico, telam in Gallia Belgica exorsus est, quam nec ipsa Penelope retexerit, causas alienati animi Harius referat. Nostrum est examinare Symbolum: fuit enim audacis animi adversus tantum Regem, bellum suscipere. quid dicam gerere? continuare? & debilitare magis, quam simul omnes Christiani & Barbari, Reges ac populi? Noverat Belgarum vires, quam desiderabat in bellis, majorem virtutem, videbat usu disci, &, ut cæteras artes, exercitio. Hoc animasse Principem, argumento est Populus in medio posita, quam Hercules, præripiens animo victoriam, caput cinxit, antequam ad Inferos, non leve certamen, plæclaram arenam descenderet. Et per arborem, intelligit Multitudinem, qui Populus etiam dicitur, accentu modò ab arbore differens, nec omnem, sed aquaticam. Cæteros enim Belgas, videbat constantiores & fideliores Regi. Missò igitur continenti insulas & peninsulam Hollandiam felicius tentavit. Inter aquaticas verò arbores Plinius numerat Populum: & Poëtæ non dissentiunt, qui ad Eridani ripam, sorores Phaëtontis conversas esse, lacrymantes in Populos ingeniosè fingunt. Est etiam Lentitia Platano, sicut & Alno, sed madida. & ideò scutis faciundis: plaga enim contrahit sese protinus, cluditq; suum vulnus & ob id contumacius, transmittit telum. Sed nec arbor insignem, nec scutum ex arbore; sed Populus Zelandiæ & Hollandiæ pollens opibus, audacem Principem fecit. Et sub hoc scuto plus multò fecit; quàm sperare unquam sit ausus.

Sacri Romani Imperij Principes

Mauritius Princeps Vraniæ
Comes de Nassau

Wilhelmus Princeps Vraniæ
Comes de Nassau

Renatus de Schalon Princeps
Vraniæ Eques Aurei Velleris

Philippus de Croy Dux de Arscoth
Eques Aurei Velleris

Antonius Marchio Bergæ Eques
Aurei Velleris

Hugo de Melun Vicecomes de Gualz
Eques Aurei Velleris

LV. HIEROGRAPHIA.

Sive Herculis id duellum eſt, cum Achelöo : ſive pugilis cum tauro luĉta (nam Hercules cornu, quo comprehenderat rivalem, fregit: & Theſſalorum inventum eſt, cornu intorta cervice, tauros necare) Comes Mauritius ingenioſè magis quàm viribus, in Hiſpanos inſurgit: & cornibus, id eſt opibus ereptis, nunc claſſe, nunc tributo, ſternit, lentoque bello, ducit pæne ad tabem Hoc non ego, ſed ipſe tacitè dicit. Contumelia cladem exaſperans. Ut vel ex ipſius pugilis habitu videas : vel ex mugitu bovis audias.

LVI. HIEROGRAPHIA.

Duo funalia per coronam lauream trajecta, funebria ſunt in Patris Vilhelmi Principis Orangiæ exequijs accenſa. licet non ignorem, funera, cum ſcirporum luminibus, efferri olim ſolita : ſunt enim humum verſa. Et licet, ad faces referri poſſit, extinxiſſe neſas ; de Patre filius queritur, violenta morte mortuo. Sequanus fuit, qui Principem ſclopeto trajecit. Regis Hiſpaiarum juſſu volunt. fortè quod, ut (Iulius Cæſar, Attrebati illi patriæ, quàm ſui amantiori, Sicarium ſubmiſerit. Proſcriptum & læſe Majeſtatis damnatum conſtat. Ego dubia non affirmo.

LVII. HIEROGRAPHIA.

Claudium Vilhelmo huic, Carolus V. Imp. Comiti Naſſovio, deſpondet, cum Principatu Orangiæ. Principum verò Orangiæ poſtremi, ille in Italia, hic in Gallia cecidit, uterque inſigni fide erga erga Carolum Imperatorem. Horum alteri, quanquam utrique, hoc honoris, familiarium aliquis, triduere ut potuit) tribuit. quod Hierographia tibi demonſtrat. Ecquid ? Non vides ex rupe canem, in ſubjectum focum, moliri ſaltum ? Audiam, quid non latret, ſed dicat (Principis enim Orangiæ Renati vox eſt) Hoc quoque feciſſem, ſi mihi vita foret, Quid tandem bone Princeps. Quod canis fidos heri aſſecla. Mori maluiſſem præcipitio, incendio, & quovis mortis genere ; quàm à Domino meo deficere.

LVIII. HIEROGRAPHIA.

Qui hujus viduam duxis (erat Lethoringa) Dux Arſihotus, de hac fortaſſis conjuge loquitur: Iugalis fides. certè de ſua loquitur, ut ex orthographia Baſilicæ ſuæ, non jacentis, ut in ignographia, ſed erectæ apparet. Ad pietates in parentes, quàm amorem conjugis, Ciconia, quam in nido conſpicis ſupra Vaporarium ſpectat.

LIX. HIEROGRAPHIA.

Toties nobis eadem redeunt ; ut faſtidiat magis oculus videre, quàm auris

auris audire. Grus est, jam usu familiaris. Nec hoc in auditum, quod videmus lapide sublato, cavere somnum. Vanum tamen Hieroglypton non est. sunt enim quæ sæpius iterari debeant: & ejus nos decet periculum facere: cujus experimentum alijs non infœliciter cessit, at servavit pereuntem sine periculo. Ejusmodi hoc est. Nihil enim aliud est, quam admonitio diligentiæ. quam fastidire nemo debet, quod alijs attulit salutem, vel quam rem aliam petimus. Hoc autem velle Marchionem Bergij ex Symbolo manifestum fit: sic sperare licet salutem nobis, tibi quietem & finem belli, Rex: si ut Grus, ad rem attenderis. Si tamen hæc oratio ad Regem & non ad gubernatorem pertinet.

LX. HIEROGRAPHIA.

In spe, inquit Vicecomes Gandensis, & silentio, fortitudo mea: & simul subjecit navim rostratam. Nec dubium est, quin ubi te ventis & mari, duabus rebus incertissimis te, ubi nihil nisi pontus & aër conspectu sunt, exposueris; quin sublato consilio, omnia sint in spe, & votis prò felici reditu nuncupatis Deo. nec non in silentio & quiete, ne remigum officia, sociorum navalium munera, aut gubernatoris mandata turbes, aut impedias. Hoc igitur certum est. & forte non incertum, Mystam commendasse Rempub. Belgicam Deo in tanta ac tàm diuturna tempestate: proximum quod erat publicæ non at privatæ salutis, ne quem offenderet, cùm non posset patriam defendere, linguæ silentium imperasse.

Promptum enim est, in publico malo, privatum publico nihil profuturum accersere. Ira Reipub. cùm nihil videret consilio posse adjuvari, ferente omnia furore & casu, piè ac sibi prudenter consuluit. imitentur, qui pari in discrimine versantur.

Duces & Principes S. Romani Imperij

Cristophorus Marchio Badensis etc

Eduard Fortuntus Marchio Badensis

Guilhelmus Princeps & Comes in Henneberg:



Christianus Princeps Anhaltinus. Comes in Waldersee

Philippus Flachius. de Swarzeburg. Eques ordinis S. Jo: Hieros: & p German. Magis.

Phippus a Riedesel de Lamberg. Eques ordi: S Io: Hierosol: & p Germa: Magis

LXI. HIEROGRAPHIA.

Tempestati parendum inquit Marchio Badensis. Masculavox. & si non sine mente, digna Principe. Multa enim ut tempestas, eveniunt publice & privatim: quibus repugnaris nequidquam, cesseris non incommodè. Exhibet in palude Typham. quæ stagnanti in loco, non admodum eget imbre: fert tamen, & qui ariditate defluerunt, madefacit pappos.

LXII. HIEROGRAPHIA.

Non aliter, Marchio ait, illius, ut reor filius, Fortunatus infortunatus, quàm Laurus vigorem & virorem (supplenda enim imperfecta sententia est, experfecta imagine) in sole ostendit: ita videtur velle famam suam vindicare ab approbrio agnati, qui in principatum, quo jure nec dico, nec disputo, invaserat: & vitam, præter amores vagos, cetera insontem in sole, in luce, in corona totius imperij ostendere. Morte subita præventus est.

LXIII. HIEROGRAPHIA.

Quando Deus volet (verba sunt Principis Hennebergij) truncus, in quo surculum seni (vides, non opus est indice) repeuerascet, & feret suos, non suos fructus. Ità primùm res ipsa eruta in lucem. Quam rem animo Mysta conceperit: cujus fidei commiserit; me latet. Hoc neminem latere potest. ptè factum, non dictum modò; quod ipse inchoarat. eius proventus spem, in Deo esse collocatam. Sumtum quanquam non solis agricolis usurpatum, ab his ipsis, morem fatigandi superos votis, quorum manus in solo, oculi in cœlo. Nunc enim pluviam eliciunt precibus, nunc averruncantur, jam precantur, jam deprecantur serenitatem. Non latis memini. quæ Paganis ferere, cum imprecatione fuerit consuetudo. Rebus profectò secundis, oblivio nos ejus, cujus beneficio secundæ sunt, nobis capit. Vbi reflare, quemadmodum ventus, fortuna incipit; tùm ferè & Dei & nostri, nobis in mentem venit. Cæterum inferendi duplex est modus. semine & surculo. uterque casu observatus. Nam semine aut ab avibus, aut vento in arborem delato, vidisse platanum in Lauro: laurum in Ceraso, & baccas simul discolores. Rursus circa sudes, quò minus putrescerent hederæ à sedulo fundi domino circumjectæ, suam ex alieno fecere vitam. Ita casu in oculatio & in insitio nata est.

LXIV. HIEROGRAPHIA.

Quid hoc? Ex hoc in hoc. Mihi videtur, si non omnino cecutio, Ensis, Quid vult Princeps hoc. ense? Difficilis est conjectura, de alterius consilio. Principis præsertim. Debebant enim Principum consilia, esse abdita & arcana. non quod nostra liceat esse aperta; sed quod Principum majoris ponderis sint & momenti. quæ temerè vulgata, Principes cum Repub. labefacta. Nam falli cives volunt; Hostes cognita, aut

aut prævisa in Principes vertunt. Quò magis miseret prudentes viros, vanitate familiarum, omnia Principum non dicta solùm, sed & somnia efferri foras. Et tamen id genus hominum; pestim hominum, & suam, Principes amant in secreto habent, & pæne in sinu gerunt. Hic me consolatur & ab omni dubitatione liberat Princeps Anhaltinus. Non enim conjciendum, sed recolendum memoria; ut varijs in procellis versatus sit. Atque inde statuendum de gladio, fido & perpetuo Comite Principis, ex hoc in illud bellum illapsi, etc.

LXV. HIEROGRAPHIA.

Quanquam eadem sententia, alium antè usum, satis recordamur: virtute & meritis dignos ad sydera tollo; vel memoriæ, vel utilitatis caussa, relegatur. Est enim è Repub. sciri & credi, præmia quædam esse virtutis. Iam Symboli fastidium tollit, novitas Hieroglypti. Est enim præpollens viribus vir, qui adolescentem humo tollit, coma diffusa spectantem cœlum. Quis ille? si non virtus mascula; est Chiron, qui Asculapium, Achillem educavit & hujus patrem, Peleum, ad summos honores extulit vulgata de Thedide fama. Est autem tollere, & educare: & extollere. ut nemo ignorat. Et Chironis exemplo, Princeps bonus, præclara ingenia fovet, educat, & in via collocat: qua in terris honos, in cœlis beatitas quæritur. Chironis formam requiris. Num hæc virilis? est, sed nuda. Et quæ vestis monstra tegit? Nudus est, quod apertus, bonus, integer. Sed non est monstrosa forma, inquies. Cedo, nec enim in tam humanum ingenium ulla feritas cadit. Et qua ratione Chiron non equus, sed eques erat? eadem Princeps in bello. Nunc pacis studia Chiron tractat.

LXVI. HIEROGRAPHIA.

Triremim qui unquam vidit; nihil dubitare potest, quin hæc triremis sit. Ita inter proram & puppim extenditur. Ac ut notare est foros & transtra; ita & columbaria, per quæ, remi, promicant, & scalmos, imprimis malum infractum, ad truncum arboris religatum. Acroteria enim & reliqua sive instrumenta, sive ornamenta, cum navi communie sunt. Quæ visu percipi debeant; percepta sunt. Audiamus quæ auditu accipienda sunt: Non frustrà. Quid? quod vides, contractis velis, quiescо: aut adverso vento, recipio me ad remos. Nunc versorium secundam ostendit tempestatem. Significat igitur quiescendum quandoque à negocijs: imò nihil vetare, & bellum inducijs interdum suspendere. & sese, ut in lucta fit, colligere, ut paratior ad rem accedas: fortiorvè in hostem redeas. Si posterior limitatiò magis placet, nec intueris, velim de summo mali. quod si aplaustre appellandum est, in etymo errant, qui non cessarium putant, est enim maximè necessarium, variantibus sese varijs ventis; agedum ad remos, ad scalmum, ad labores. Nec fortunæ cede, sed animo forti obsequere.

LXVII. HIE-

Carolus Philippus de Croy Dux d'Arscoth Marchio de Hauve Baro in Vistingen

Fridericus Dux Wirtenbergiæ et Tech Comes Mumpelgardiæ

Georgius Ludouicus Landgrauius in Leuchtenberg. Comes in Hals.

Joan Fridericus Dux Pomeraniæ Cassubiæ Vandaliæ Rugiæ et Stetin.

Carolus Dux Munsterburgensis Comes Glacensis etc



Henricus Dux Ligniz Brigen Slesien

LXVII. HIEROGRAPHIA.

Chamæleon est, de quo Hauræus loquitur. fama à majoribus accepta, feram hanc pasci aëre. Plinius describit ; ex hoc vide, an rectè depinxerit Glyptes. non quod desint, qui Plinium mecum secuti, multis rebus inventis, multa adjecerint. Quid fera versipelli uteretur. Marchio candidus, & inter optimates Belgarum non postremus ; magna me dudum admiratio tenuit. Nam nihil ferè aliud habet laudabile ; quàm quod accipitres, mira naturæ vide cœlo trahat, infestos, volucrum generi, minorum præsertim & insontium : justeque voret. quasi conscientia vinctos & nihil repugnantes. Nam colorem mutare, aut timidi aut callidi animi est. Iam Australiadum colores sunt, in quos mutare sese Chamæleon nequit. quo ferè pacto ut ut simulet improbitas ; nunquam redditur similis viri boni. Hæc in caussa sunt, ut negarem esse Marchionis, qui & bonus est, & litteratus postquam me collegi, ac rem penitius inspexi ; Marchionem Hauræum non animi sui latebras explicare ; Sed Principi Inferiores Germaniæ, velut in speculo declarare : belli impensas non fore tantas, quæ ut charibdis, vorarunt immensam Hispanorum gazam, ne dicam pænè, Regem ipsum. Si dextrè geratur ; ita bellum se ipsum alit. nec refert civiles sit, an externum : maritimum, an terrestre. Quemadmodùm enim colores non mutant naturam feræ ; ita nec species, belli quantumvis feri ; conditionem : accidentia enim sunt diversitas belli, & color animantis. Eadem olim & Regum bellicosorum, & ducum clarorum sententia fuit. Quæ autem dexteritas (licet alibi alia interdum opus sit) in bello debellando, tàm diuturno, à importuno, celanda multitudinum uni aperiunda est.

LXVIII. HIEROGRAPHIA.

Draco cervices telo confessus, insperatum, cum anima evomit. Aut Princeps Wittenbergij, de terribili hoste, qualis est Draco, dicit : præter omnium spem, cæsum esse, ac majori vi, quam humana profligatum. Nam nec prudentis viri est, dicere, non putarum : nec hercle fortis, eo nimium dolore, si id patitur, quod alteri erat facturus, certè nec Principis est, bona venia omnium Principum dicam, insultare victis. Vulgò Hectorem jam mortuum vellicant. Achilles, ubi ad se redijt (nam in cadaver sævire, amentia erat, non amor Patrocli, aut odium Hectoris) corpus patri reddidit.

LXIX. HIEROGRAPHIA.

Princeps Leuchtenbergius, difficultatem negotij, in quo versaretur : & certitudinem divini auxilij, eadem Hierographia, exponit. Nam cùm dicit fata invenient, viam scilicet elabendi superandique omnes difficultates ; Deum dicit, qui secundas caussas, ut Princeps & prima caussa, subjectas imperio habet. Iam nos ante ex Philosophi non vulgaris, Boëthij sententia, Providentiam statuimus superiorem fato. Quod discrimen si Virgilium, aut nescisse, aut hoc loco non admisisse

fisse putas; per me licet: Nam Helenus Virgilianus, multa Aeneæ vaticinatus, & de musis anxio, sic finit sermonem: Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo. quo. planè nos modò, ærumnosos, & exitu rei suspensos consolamur, quanquam nostra oratio, plena rationis sit. Verè enim Christus accelerat opem vocatus.

LXX. HIEROGRAPHIA.

Dux Pomeraniæ, cùm nihil dicere videatur; lõge plurimùm dicit: Mundus est Mundus. Eadem enim est hominum, & rerũ humanarum conditio. eritq; quam diu erit non Mundi sonlùm & machinæ hujus eadem species & figura. Ac quemadmodùm P. Virgilius, binis Heroibus Homeri, Achilli & Vlyssi, unum Aeneam sufficit; sic dividuntur aliquando, quæ aliquando conjunguntur virtutes Herõum. Nec non ut alibi Comici alibi Tragici ludi luduntur; ita hìc pax, istìc bellum. Paucis finiam, quod pluribus poteram ostendere. In idem amphitheatrum diversæ personæ introducuntur: eadem res exhibetur. prorsus aliter ac Histriones. Namut Histriones iidem, non eadem referunt, sed variant in dies; ita Homines non iidem, eadem faciunt, quæ majores. Et si casus aliquid novat, nihil mutat. ut hìc Princeps signa prisci temporis, à signis nostri. & totam Panopliam ferè, distinguit: qua cum comparet arma veterum, cui lubet.

LXXI. HIEROGRAPHIA.

Vtriusq; Luminis defectum proponit Dux, & simul exponit à Domino factum. impietati os obstruens. Nam si natura à Deo; naturæ operatio ad Deum non magno intervallo pertinet. Hoc in promtu est. Quid jam in adito? Duos aut Principes aut privatos, sibi mutuo, inter simultates officere, ut fit: & alterum alterius, aut suismet ipsos, luminibus obstruere. Iam in Eclipsi Solis, potentia Persarum corruit, nobili illa victoria Alexandri ad Arbela: Lunæ verò, Macedonum & Atheniensibus; jam soluturis, in Siciliam, protendit calamitatem,

LXXII. HIEROGRAPHIA.

Vitis Pedata aut staminata est, quæ circa palum, aut perticam volvitur. Hoc cernere est, istud verò audire: Dum volvitur iste. & quis, oculos perstringit, radians Sol. Nunc mentem Mystæ intueamur. Mihi videtur hoc hebeti judicio, aut erga amicam benevolentiam; aut erga conjugem declarare amorem. Singularis animi affectio. Facilè enim offendimus & offendimur, in arctiori familiaritate. præsertim, quam nec vitæ huius luce, at cœli lumine terminat. Et digna principe, digna viro. Quæ enim ea est levitas? si quid offenderis in familiari usu, quod nolles aut nescieb as? mutare sententiã, fidem, jusjurandum? cùm tu si non scateas, nec careas vitijs? Quin potiùs noveris, non oderis vitia socij, sociæ? Faciamus, disputatione non est opus, quod Dominus & Magister vitæ præcipit: Alter alterius oneris portate.

LXXIII. HIE-

Comites Principes S Rom Imperij

Sigobertus Comes Hapurgensis Primus

Ottobertus Comes Habspurgensis II

Babo Comes Habspurgensis III Grat.



Robertus Comes Habspurgensis
IIII Æquus

Heloprechtus Comes Habspurgensis
V. Cautus

LXXIII. HIEROGRAPHIA.

Pervenimus, ad fontem Principum, radicem Regem, ſementem Imperatorum (quod nobis Deus, regum Rex, & Imperator univerſi benè vortat) Comites Habsburgenſes: Qui ſe primus nobis offert; videtur animo eſſe militari. Nam ut ex unguibus Leonem; ita Comitem Sigibertum fortem & impigrum ex tibia agnoſcimus. Hujus enim crus ocrea veſtit, pedem calcar armat; cujus animum ſententia animat: Hoc opus eſt. ut ſemper ocreatus, nunquam deſes in actu ſis: quò cogit neceſſitas, trahit ſocietas, impellit gloria, accenſurus equum. Eſt enim in ſtapede, pes à nobis vocabulis non abhorreo, in rebus novis. Cùm, quo religetur de ephippio, & aptetur tibiæ, fibulato loro. Quod ſi de calcare interpreteris Symbolum; non male quidem. Eſt enim ut calcare opus, in incitandis regendiſque equis; ſic in rebus gerundis, celeritate nec committendum, ut fortia ſeneſcant conſilia. Sed quid parergis iſtis opus erat? ſi de ſolo calcare cogitaſſet Myſta? Sua cuiq; ſtet ſententia. Nam licet diverſis ſententijs. ut vijs, ad idem forum accedimus; & juſticio in dicto, efferimus ſigna.

LXXIV. HIEROGRAPHIA.

Rebus, ut apparet, fluentibus ad nutum. ita virtuti magis indulget, quàm adverſatur fortuna; illuſtrior, inquit Comes, ad ſalutem. non meam. quam Deo & Reip. devovi, at civium, ſociorum, & ſi qui me opem poſcunt, aut ad me confugiunt. Non do majorum laudes, poſterorum auribus. Intuere in vitem, qua nihil frugalius. Hæc rigatur pluvia, ſiccatur ſole, non ſibi: quæ ſucco terræ, & rore cœli contenta eſt; at nobis. Nos ſumus, qui vinum bibimus, non tantùm ad ſitim, verùm etiam ad voluptatem. & multò plus meri, voluptas; quam neceſſitas haurit. Qua cum quod ſe comparet fiducia animi Heros; ego contentum recta conſcientia fuiſſe judico: & ſi quid fecit dignum memoria: quid autem non fecit? feciſſe non ſuæ, at alienæ ſalutis cauſſa. Quod qui fecere olim Hercules; & crediti originem à Dijs trahere, & Dei facti. Noſtri Hercules carent encomio, quod in ſæculum vel rude, vel ingratum incideruntt.

LXXV. HIEROGRAPHIA.

Itanè cito degeneratum eſt? Si eſſet, nihil eſſet novi. Nam Principes olim aut nullos reliquerunt, aut melius nullos reliquiſſent. Prioris generis eſt Romulus: poſterioris Cyrus. Lampridius plures coëacervat, inutili ſtudio: patet enim. Nunc ab hoc opprobrio & calamitate Ottobertus Comes Habsburgenſis, Sigebertum liberat. Citheram manu tenet, inquies. ſed armata inquam ego. Et Achilles Heroum reſgeſtas, quarum commemoratione, ſeſe excitaret ad imitationem, canebat Citharam. quam hic pictam vult eſſe Nebriſſenſis. Sunt profectò ſeptem chordæ, ſive fides, quot Planetæ: Hypate, Parhypatæ, Lichanos, Meſe. Parameſe, Paranete, Nete. Aliud erat claſſicum inquies quàm cithara. Erat.

primum concha: deinde cornu: postremò lituus. antequam ad luxum veniretur. Quid ergò usurpat Mysta citharum pro tuba? Aliud longe facit, quàm dicit. non tamen mendacium dicit. sed fide & concordia subjectorum, veluti tuba excitari se dicit, ad audendum. Concordiam illam, fidium concentus repræsentat. E similitudine non solum Princeps verùm etiam Philosophi utuntur. Quod si Principes ubique omnes uterentur; ne multò major foret, cùm Principum laus, tùm civium felicitas.

LXXVI. HIEROGRAPHIA.

Corona inter duas parmas, hastas, verò quatuor videtur parari & servari armis, quanquam benevolentia ut loco digniori, & potiori præsidio sit. Hæc prudentis Hierographiæ, simplex enarratio sit. Nam non satis est, in alterutro præsidio, præsidii. Benevolentia civium, sine diligentia Principis, manca est. Et arma rursus Principis. cum odio aut contemtu populi, debilia sunt. Philippum Alexandri Magni patrem, securitas perdidit Phalaridem, civitatis totius odium evertit. Cyrum vigil animus, inter vigiles custodivit, &, ut Xenophon scribit, ad maturam senectutem perduxit. Paucis multorum Comes admonet Princeps. ut rectè sibi consulturus sit, quicunq; Principum, prudenta dicta diligenter, fecerit.

LXXVII. HIEROGRAPHIA.

Rari hactenus viri, aut potius virtutes. Hic comes, nihil majoribus minor videtur. Non enim absq; gravi causa nomen Æqui invenit. Iustus ante appellatus est Aristides. Sed obnoxius legibus, quæ juvenem quoque terocem. nisi simul recordem, cogunt vel exercere, vel simulare virtutem. Rotherius Comes Habsburgensis, in illa potestate & dignitate, nomen æqui tulit, longè majori cum gloria. Nam illi, uti patuit, non licebat esse iniquo. Principibus an liceat, non disputo: video, quid faciant, occasione freti. Hæc de appellatione Comitis: nunc de sententia. vim viribus. vi, jam antè dictum est: & est dictum plane idem. Sed hæc sententia, abs æquitati, cujus nomine laudavimus jam, a quales Comitis secuti, multum distat. Hæc enim in legibus, illa in manibus versatur. Qui verò? Natura enim non modò licet, verùm etiam necesse est vim vi repellere. Naturæ autem lex, potior est, constitutione hominum, etiam non iniqua: vetustior quippe & sanctior. Homines quoque, qui leges condunt, interpretantur, aut exequuntur; quod jure nequeunt in causa justa, non injustè arma expediunt. Non igitur iniquum est, æquis armis, ubi fractæ sunt leges, æquitatem defendere quemadmodùm M. Tullius in lib. de officijs, sanctè ostendit. De sententia Comitis, quid sentiam, imò sentiant eruditi & prudentes viri, audis. Superest, ut videamus qua figura ipse sententiam suam declarat. En jubar quod per caliginem perrumpit. imò depulsa caligine, radios longè lateq; diffundit hoc scemate illustrat, quod dictum videbatur obscurius. Ut enim jubar superat, dissipat, perdit tenebras; sic virtus insignis, qua nihil illustrius, hostes domesticos obterit & peregrinos fundit, fugat.

LXXVIII. HIEROGRAPHIA.

Cautus hic Comes à provida mente, & ſagaci judicio cognominatus eſt. Quam viri laudem ſi ſilentio prætermiſiſſem, prætergratitudinem, lumen Hierographiæ extinxiſſem. Multùm enim refert, à quo quidq; dicatur, ut ante dictum, recordare mecum potes. Ad rem accedo. Superabo, inquit, alibi. & ſimul lucente Sole, duas arbores quaſi indice oſtendit: quarum altera arefcens, alterâ frondens eſt. Et Sol averſus ab hac, illã colluſtrat. Si Comes eſt Sol: & erat, ut dicitur Cautus; non debuit ante florentes opibus hoſtes aggredi, quam debiles, aridos, & pænè enectos, qualis hîc altera arbor eſt, radicitùs evertiſſet. Sic aliquem ratiocinari ſecum, audire videor. Sed generoſi animi eſt fractis & jam manus dantibus parcere: cum integris æquo Marte manus conſerere. imò & cauti. cùm enim hoſtes videt licere, victo vivere; ignaviorfit: & quibus in victoria peperceris, ex hoſtibus ſocios facis.

Lamprechtus Comes Habspurgen. VI. Gratiosus.

Cuntramus Comes Habspurgen. VII. Fortissimus.

Vilitardus Comes Habspurgen. VIII Religiosus.

Luitfridus Comes Habspurgius IX. Laudatissimus

Hunfridus Comes Habspurgensis X. Honoratissimus.

Guntramus Comes Habspurgen. XI Modestus.

LXXIX. HIEROGRAPHIA.

Gratiosus hic Comes, non tulisset hoc nomen, si non fuisset insigni virtute, quæ blandè, in hominum animos influit, præditus. Sunt autem, quas vulgus maximè admiratur, & quasi obstupescit, virtutis species, continentia & clementia. Illa enim voluptatem, hæc iracundiam continet, ac quasi vinculis constringit : quibus maxima hominum pars cedit, atq; superatur non invita. Ego de Continentia, ex nomine conjicio : gratus enim suis non est, quicunq; Principium, alienos incestat thoros. Ipse Comes de Clementia testatur, & verè quidem, Nam si falso, aut æquales non tulissent, aut posteri refutassent) Cùm ait : Læsus juvo. Et simul ostendit duos foculos, in quorum alterum conjecta est pila, vel ænea, vel ferrea, quæ quo perforata est, ore flat, & opopsitum focum, quasi folle excitat & inflammat. Sic scilicet Comes, à duobus contentiosis, in rixæ ardorem, compulsus, hujus fert, illius lenit injurias. Et si nequit, ut nonnulli beneficiis irritantur, concervat in verticem, non lentum ignem. Sed prunas, ut veri Mystæ loquuntur ardentes.

LXXX. HIEROGRAPHIA.

Quæ proximum seculum antecessere, barbara fuisse rudia litterarum, ab inundatione Barbarorum, quidam volunt Litterati non sapientiam in scriptis, aut humanitatem in factis desiderant ; requirunt modò eloquentiam. Sua cuiq; stet sententia. Ego nec temporum injurias, quæror: nec quæro rei exactius examen. Principes video non tantùm sapientes, verùm & eloquentes. Comes Cuntramus, fortissimi nomen accepit, Non vulgare. Et cùm nostri Thrasones, in tanta litterarum luce, à litteris abhorreant. Quasi immanitas sit fortitudo ; Comes fortissimus, Contramus, secutus majores, purissimum nobis Symbolum ex M. Cicerone ; & Hieroglyptum ingeniosissimum reliquit ex Homero. Non solum nobis nati sumus. nosti, quæ sequuntur apud Ciceronem. Et quis ignorat noctuam ab Ulysse agnosci, sacram Minervæ, in speculatione nocturna? Ergò erat hic Princeps, non viribus tantùm ferox. quibus, à belluis superamur ; sed & animo fortis, quo vir virum superat. Tinctoq; litteras, & imbuto præceptis veræ virtutis. Cæterum parma & gladius in promtu sint ; ut non solùm excipias dextrè, sed & inferas justè bellum. Multùm enim interest, exspectes, an antevertas hostem, cùm ad famam, quæ inbellis plurimùm potest, tùm ad rem : avertis enim clades belli in hosticum. Non est semper tutum, inquies. Hoc videns Comes, in umbone Clypei, Noctuam sculpsit. ut vigilet, qui bellum gerit. Tutius enim est vigilandi duci exercitus in hostico castra, quàm in pacato metari. Unde Annibal : Illis (de Romanis loquitur, quibuscum in Italia pugnabat Afer, ignavis esse licet. Nobis nisi in virtute nullum est præsidium. Multò minus, effugium. Quod ergò timidi formidant ; duces rei bellicæ periti, quærunt periculum sæpe. Et Cato in Hispania, non à fronte, sed à tergo, hostium castra oppugnat. Ne ad sua castra respectaret miles ; sed aut vincendum aut moriendum intelligeret. Proximè Noctuam, Lauri surculus assurgit. Nemo tàm noctuæ similis est ; qui non videat, Comitem pro-

mittere vigilantibus, & non torpentibus in bello victoriam. Insigne documentum, etiamsi non reliquisset, qui fortissimi nomen in acie invenit, ullum nobis exemplum.

LXXXI. *HIEROGRAPHIA.*

Deus bone, quæ hæc propago Heroum? sua quisq; virtute insignis est. Et non exclamabo? non clamabo? ut perpetues non virorum, sed virtutis propaginem. Nihil profectò salubrius Reip. datum est à te, qui multa donasti & donas, omnia ut breviter finiam, quæ aut habemus publicè, aut possidemus privatim; Principe, qui nobis non solum præsit potestate; verùm etiam præcat virtute. Erit qui hæc dari posteritati censebit. Ego tamen non, sed antiquitas honoravit nominibus, & quasi suis coloribus, distinxit, virtutes. Et non grata memoria repetam, quæ nostros vel ex æterno excitent? præsertim, cùm ut Ptholomæi Reges Ægypti, vitiis insignes; ita Comites Habsburgenses, virtutibus clari & illustres sint. Nam per ludibrium Philopater, Philometer, Philadelphus appellati sunt. Quod, ut Turcæ suos quisque interremerit. Verum enimvero hic omne punctum tulit, quem pietas Religiosissimum nominat. Quid enim cultu & observantia Numinis majus ad rem humanam? vel augustius ad divinam. Solet Pietatis studio animus mitescere. Ut non modò compertum est, in superstitione Numæ, sed & in religione Salomonis. Sed Carolus & Constantinus Magni, ut pii in templo; sic acres in bello extiterunt. Docueruntq; & Deum coli & bellum geri ab eodem posse. Nec video, quid sedentaria ista quorundam pietas, otii altrix, de nepotibus tutè conjice, Reip. conducat. Mysta noster se ab hac ignavia, pietatis simulatione, aut superstitione tecta, liberè vindicat. In Leones enim animum Heroicum atq; Leoninum ostendit: Scipionemq;, Principis alicujus scilicet potestatem dividit, ac mordicùs comprehensum deripit, comminuit, tollit. Quod cùm facit; pro æquitate, inquit, sine qua, ne piorum quidem societas consistit. Ita latè patet Justicia: & omnia, supera, infera, media continet & ordine disponit.

LXXXII. HIEROGRAPHIA.

Rebar me ad apicem, & summam virtutis pervenisse. Nunc Luitfridus signum tollit, quem video laudadissimum salutari. Præstat igitur proximis hoc: quod ut laudent, ita & paveant homines fortitudinem potentioris: Et religionem Principis plures contemnant, quàm laudent: ipse omni virtutum genere excelluerit. Si laudem ubiq; invenit: Nec odium modò declinarit, sed & excesserit invidentiam. Quæ Principis virtus ne inimitabilis: aut fortuna ne incomparabilis, cuiquam esse videatur; moderatio est in rebus qua citra invidiam, ut Terentius loquitur, laudem pares ille quidem de studiis liberalibus, nos de civilibus. Ac ne videar à sententia Comitis aut vos deducere, aut ego dissentire; Comes, equum paullò antè effrenem, ut apparet, manet enim in vultu ferocitas, Lupato domitum & constrictum, vacerræ alligavit, id est, hostem sub jugum misit, non trucidavit, at servavit. Nam cùm ista faceret; dixit: Hæc vera

potentia

potentia. Quæ? victis parcere. Imò ad melius vitæ institutum traducere, ut horum salus quæsita, non spolia, aut gloria tua videatur.

LXXXIII. *HIEROGRAPHIA.*

Ego lego, Immersabilis: Memini enim Horatii loquentis, de Ulysse: Aspera multa Fertulit, adversis rerum immersabilis undis. Nec quenquam latet, quod Homerus subtili rate vectum, nec tamen mersum soluta scribat; virum fortem notari: Qui licet jactetur variis temporum procellis, nunquam mergitur. Immersabilis enim est, ut suber, magnitudo animi: Et semper supernatat. Et hæc ad nomen honoratissimi apprimè quadrant. Virtus, inquam & fortuna. Nam non plenis honoribus refulget, cuicunque altera deest, Fortunam enim multi virtutem pauci honorant. Sed Hunfridus, cognomento, Honoratissimus non Ulyssem sed testudinem exhibet: Et ad spectaculum, Solem quoque adiscivit. Fluvitantis supra undas. Si cognominis rationem habuit; non absre: Troglodiitæ enim Æthiopiæ populus, adnatantes testudines, si Plinio credimus, fama fuit, adorasse. Si rei magis ad rem. Domi enim testudo manet. Quod si Principibus ubique omnibus persuaderi exemplo posset pauciore, sua amitterent. cùm appetunt aliena. Jam quod evehi in summa pelagi, quemadmodum hic pingitur, à Plinio scribitur, blandiente antemeridiano Sole: Ut siccato cortice, dùm toto dorso, eminent vapore Solis mergi nequeant: prorsus ad virtutem pertinet, quæ quò magis ex colitur in palæstra, imò coloratur, & indurescit sub sole, in luce, in conspectu, in conflictu; hoc minus mergi ærumnis, aut cedere fortunæ & hominum injuriis potest. Fit enim ut testudo, immersabilis.

LXXXIV. *HIEROGRAPHIA.*

Quo quisq; sublimior; eò modestius se gerat. Quis sapientium Græciæ dixerit, & an hisdem verbis dixerit, non satis memini. Nos si non verba, rem assequimur & Modestiam cum Potestate: Comitatem cum dignitate: temperantiam cum licentia meritò admiramur. Quis enim nostrûm, quos leges veluti vincula constringunt, perpetuum in vita tenerè servat? Humana non Barbara ætas, quæ Principes suos, à virtutibus, appellabat & honorabat. Ut enim ex Mortalibus eximunt; ita pæne Diis immortalibus adæquant. Imò virtutes sunt, quas in cælo homines collocarunt. Si tamen virtutes, superarunt enim vitia in Diis Paganorum. Comes nomine Modestus, cujus cautìa, hic institutus est fermo, in caveam adducit Elephantem, cum catello, cur non cum mure? inquies. Indigna comparatio. Canis facilè assuescit & homini & belluæ. Si hunc spectat, Tempore & assiduitate, quod est Symbolum Comitis: aut ad Elephantem, qui non modò jugum hominis subit. Tantilli, tanta bestia; verùm etiam genua submittit, dona offert, mandata accipit, & facit imperata; Verum est Symbolum, & hujus, quàm illius exemplo illustrius. Quò enim quidq; incredibilius; eò factum admirabilius est. Quid autem velit hoc ænigmate Comes, ex cognomine manifestum fit. Nam ut iracundia Principis, multos irritat; sic modestia etiam iratos placat: Et non statim ruens in vindictam, hoc ipso vindicat: Ac cedendo vincit, subigitq; iracundiorem cane, & immaniorem Elephanto hostem.

LXXXV. HIE-

Comites Principes S. Rom. Imperij

Betto Comes Habspurgensis XII Fortissimus.

Ropatus Comes Habspurgensis XIII Constans

Bernherus Comes Habspurgensis XIIII Liberalis

Otto Comes Habspurgensis Decimus quintus. Prudens

Albertus Comes Habspurgensis XVI. Diues.

Bernherus Comes Habspurgensis XVII. Justus.

LXXXV. HIEROGRAPHIA.

Degenerare à majoribus liberos; ita notatum jam Heroicis temporibus & longo poſt ævo obſervatum eſt; ut in proverbium abierit, Heroum filij noxæ. Heu. in quantam & labem, Conſtantini & Caroli Magnorum poſteritas deſijt? Quò magis miror & vereor, eandem omnium Comitum Habspurgenſium, indolem. peculiari ſolùm virtute, quæ inter cetera animi lumina, veluti Sol inter ſidera, clariùs luceat, diſtinctam. Ac quaſi natura effæta, non haberet, quam aliam virtutis ſpeciem, in ſtirpe generoſa exprimeret; Betzo, refert unum ex proavis. unde ab eadem magnitudine animi invicti, nomen Fortiſſimi quoque accepit. Ipſe nec Dei donum, nec hominum de ſe judicium aſpernatus: ἀτρόβλητα enim ne viliora quidem munera, (ille apud Homerum exiſtimat) Taurum in arenam adducit, quibus nihil terrebatur, prætervectum, uti cernis, plagas. Cùm autem adijcit: conſcia virtus: nemini dubium relinquitur, quin ſe ſub non vana imagine oſtendat, virtutis ſuæ conſcium, nec vim apertam hoſtium, nec, velut i retia, inſidias pertimeſcere. Eſt enim generoſitas huic animanti magna. ut vel ipſe conjeceris, ex torva fronte, auribus ſetoſis, cornibus in procinctu dimicationem poſcentibus Sed tota vis, in prioribus pedibus ſtat. Nam ira gliſcente, alternos replicat, ſpargit in altum harenam, ſolus animantium, eo ſtimulo ardeſcens. Cum hac generoſitate, & quis ſe comparari nolit? Certè domitus laboris vetuſtiſſimi & neceſſarij nobis ſocius eſt. Damnatus Romæ eſt & actus in exilium, bove, tanquam colono ſuo interempto. Homerus etiam divinitùs caſtigatos Ulyſſis ſocius ſcribit, quod armentum, non ſolis ac ſiculorum (cruenda enim ex fabulis veritas) mactaſſent, atque abegiſſent.

LXXXVI. HIEROGRAPHIA.

Novâ inclareſcit virtus. Adeſdum ſpectator. Conſtans novo cognomentò Comes in ſcenam prodit. In hunc mihi oculos conijciant: qui nunquam ſibi conſtant, ſint cum baſis Regni, & norma Reipub. Levia enim & ventoſa conſilia, nulli magis noxia ſunt (quanquam plurimis noxia & capitalia) quàm ipſis ut plerumque mala conſilia, peſſima ſunt conſultori. Levitas in muliere eſt. Quamquam imbecillioris ſexus ea ſit; non eſt tamen ſine probro, aut fama. Muliebri cujus eſt, probroſa levitas. vir cujus non eſt, non meminerit, cujus eſt gravitatis ſuæ? Hic Princeps meminit. non enim caſu invenit nomen: & ſi delatum aſſentatione foret; jam dudum, temporis decurſu, & vi veritatis ablatum. Ipſe rei gravis exemplum, in re levi invenit, Piſcatoria ut vides. Oportet enim conſtantes, imò pertinaces eſſe in piſcando: qui jactum faciunt, etiamſi toties jacturam fecerint, modò retis, modò temporis. Hic verriculo implicata eſt marina bellua. Orca forte, qua cum Balæna bellum eſt, tanto motu. ut mare, non ſecus, ac tempeſtate, ſæviat atque intumeſcat. A dentibus putat Plinius, cùm cetera, maſſa aut moles veriùs carnis ſit, cognoſci poſſe. Quæcunq; eſt, capta eſt. & conſtantia eſt, quæ omnes difficultates ſuperat. ne quis me mei, aut Comitem ſui immemorem exiſtimet. Quod autem lente manum, ad prædam licet reti irretitam extendat: &

dat: & hoc constantiæ est. Nec ignavus est, qui timentem timet, ut in Symbolo est; Sed temerarius, qui contemnit. Sæpe accidit, ut victorem victus, nimis properum ad prædam, solutis inter prædandum ordinibus, vincat: & partam è manibus extorqueat victoriam. Nec ullus dux sapiens, hosti ad necessitate compulso, copiam pugnandi fecit.

LXXXVII. HIEROGRAPHIA.

Quibus arboribus folia non defluant; nihil ad hanc Hierographiam. Hæc enim lapsis pomis deflorata & frondibus nudata est. Et video tamen circum, veluti circino ductum: Facilis jactura. forte quod legi possint. nisi, ut apparet, tempestate sint, ut ante tempus decussa. Quod enim sunt, quorum copiæ sunt, copia pomorum? Ulysses vix potuit Laërti persuadere, se ipso natum esse: nisi pomos ostenderet, quas blandienti puero pater in horto (decorum tùm erat Heroibus & Regibus hortum colore) liberaliter donasset. Hæc animo agitantem, veluti lux quædam, cognomen liberalis, circumfulsit. Vidi enim Comitem Bernherum liberalem, esse hanc arborem. Et quid aliud est homo; quàm arbor inversa? ut volebat ille. Nec tempestate, aut necessitate adductum, ut suà profunderet; sed tactum augustiori quadã sententia, quàm humana, despicere divitias, quarum, si non utare, nullus est usus, & uti liberaliter. Cavisse tamen ne prodigè largiendo, fontem liberalitatis exhauriret. Stat enim sua, illa, nixa radice; ut & ille haud dubiè stabat in suis fundis, potens rerum. Acut arbore, suo tempore refloresçit; ita fundi exuberant, & inundãt Lacunas.

LXXXVIII. HIEROGRAPHIA.

Prudens hic appellatur. & cujus nescio, manus, Leonem, jubas molliter attrectans, paulatim curem reddit. Si hæc solertia; prudentia est, inquies; prudentes bestiarij sunt. qui licet hac in re industrij sunt, ceteris in rebus plerumq; non bestiarij, sed bestiæ sunt. Tanti momenti est, quid agas & quibus cum versere. Negare non possum ita plerumq;, usu evenire Principes tamen Civitatum, Hanno & Antonius, ejusmodi studium non sunt aversati. Ha ha he, Quis Antonium Triumvirum unquam prudentem censuit? Nam Hanno licet occultior, hac dementia, animi sui latebras aperuit. & meritò damnatus est. Ille superior legibus erat. Non erant, non erant laturi censores subjugatis Leonibus, cum meretrice & ea mima vehi, exercitus p. Romani ducem. Ita me rides. Atsustine me persequendem dicendo. quæ volebam. Jam enim meditabar non Leones, non feras; sed Leoninos animos & efferatos homines: quos Princeps prudens, leniter & sensim agendo facilius demulserit, quàm iracundè urgendo. Hoc enim Comes, quem Prudentem habuit sua ætas, vult & prudenter vult. Nam secus si feceris; Rempublicam turbaris.

LXXXIX. HIEROGRAPHIA.

An hic sit calamus Aucupis (sic Martialis perticam appellat quam visco linit) ramos enim, & nostri aucupes, inijciunt; aut arbor alicubi ut repe-

ut reperiuntur multæ ſterilis infœcunda. Noctua eſt omnibus avibus fere infeſta & inviſa, præterquam Accipitri: quam circum glomerantur, & nequidquam impetunt tot aviculæ. Nam & ipſe Accipiter ſubſidio adeſt, vel amicitiam Noctuæ ſpectans vel prædam oblatam. Sic ferè potentiores conveniunt: & licet bellis alia atque alia cauſſa prætendatur; non amicitia eſt, illa ſocietas, in qua ſuum quiſq; commodum ſequitur. Noctua ſive ingenio, ſive ſubſidio freta, inſuitat aſſultantibus aviculis. Sarcaſmus enim eſt. Ego movebor. Quid vultus? Non faceſſàm vobis diu negotium, ſed movebor, avolabo ſubducam me ex invidentium oculis. Hæc cùm præ ſe ferat, propiùs accedentes capit tenaci vngue, & cum Accipitro, partitur prædam. Et quod dixerat ſe moturum caſtra; id præſtat, profligata Imbelli multitudine. Aliò enim tranſvolat prædatum. Quod ſi ſola deprehendatur, & majori alitum multitudine circumcincta, non videt effugium; tùm reſupina pedibus repugnat: & collecta in arctum, roſtro & unguibus tota tegitur. Ita & nos in noſtram virtutem nos colligere debemus: ſi quandò potentior hoſtis ingruit: & ſocij deſerunt. Cæterum Principi multa aucupia ſunt, augendi opes. etiam citra injuriam. nec fori ſunt, ex quo ferrum hebet, pecunia dominatur, reprehendendi. Sed injuria ſemper abſit. Nam malè parta, malè dilabuntur.

XC. *HIEROGRAPHIA.*

Divitis nomen Comes proximus à fortuna obtinuit. quanquam & prudentis viri filium, neceſſe ferè ſit, divitem eſſe· & animi non abjecti ſit, opes cùm quærere, tùm ſervare. Hic verò à virtute, & quidem à regina, virtutum, quæque ſola videtur virtus, nomen Iuſti. fortitudo certè, efferatior: continentia, mollior: prudentia, malicia videtur. Hæc de nomine auctoris. Nam ſine Myſtagogo, rem cernis. Sus enim, ut cernis, ferus, in venabulum pæne inſilit. ſi non mordicus petit: & ut audis, Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem. Et eſt ita, ut non ſus, ſed Poëta loquitur. Nam liberi ab affectibus. ſunt expeditioris conſilij, animi non trepidantis in ter ſpem & metum; ſed pugnacis, omnia audentis, &, ut ita loquar, invicti. Hinc Craſtinus Cæſari. Hodie, aut me vivum, aut Mortuum laudabis: decreverat enim aut generoſe mori, aut fortiter vincere: Laudavitque Cæſar vivam mortui virtutem. Quis neget? inquies; ſed hæc non juſti, ac fortis viri ſententia eſt. Reſpondere tibi poſſem, qui unam habet, omnes habere virtutes. Non cavillabor in re ſeria. Quò quisque juſtior; eo fortior. Et enim juſtitiam, cùm Dij tùm homines ſimul defendunt. Si ergò Poëtæ relinqua relinquamus: & retineamus duo verba Myſtagogi, una ſalus; nonne ſuppleri poteſt? Iuſticia. Hæc enim munitus quivis vir bonus, ut hic Sus in telum, in necem ruit. voluntariam quoque: Tantò pluris eſt viro virtus, quam vir.

Albertus II Comes Habspurgen. XVIII. Carolus Comes in Arenberg et Marchie

Exulator Landgravius Alsatie I. Liber Baro in Sibenbürge et Egues Aur. Vel.

Petrus Ernestus Comes et Dominus in Mansfeld Dns in
Helfenk Eques Aurei Velleris Gubernator in Duc. Luxemburgé

Carolus S. R. Imp. Princeps Comes
in Mansfeld Generalis Regni Hungarie.

Joannes de Licimburg Comes de
Ligni Eques Aurei Velleris.

INDEX ALPHABETICUS,
UBI FIGURA REPERIATUR.

A.

Adolphus Dux Clivenſis fol. 149.
Albertus Archidux Auſtriæ fol. 91.
Albertus Archidux Auſtriæ fol 106:
Albertus Dux Bavariæ fol. 115.
Albertus Prebs: Card: Elect: Mogunt. (fol. 84.
Albertus I. Comes Habspurgenſis (fol. 176.
Albertus II. Com: Habspurg: fol. 180.
Aſcanius Sfortia, Diac: Card: fol. 32.
Aſcanius Sfortia, Diac: Card: fol. 32.
Aſcanius Sfortia, Diac: Card: fol. 36.
Alexander Medices. Presb. Card: (fol. 11.
Alexander Farneſius, Presbyt: Card: fol. 23.
Alexander Farneſius, Presbyter Card. (fol. 23.
Alexander Crivellus, Presbyt: Card: (fol. 54.
Alexander Campegius, Presbyt: Card: (fol. 60.
Aloyſius Eſtenſis, Diac: Card: S. Euſtachij (fol. 15.
Aloyſius Eſtenſis, Diac: Card: S. Euſtachij (fol. 15.
Aloyſius Eſtenſis, Diac: Card S. Euſtachij (fol. 19.
Aloyſius de Guiſa, Diac: Card: fol. 11.
Aloyſius Venetus Diac: Card: fol. 64.
Andreas Bathorius, Fresbyter Card: (fol. 6.
Angelus Corarius, Patriarcha Conſtantinop: (fol. 78.
Anna Ducisſa Saxoniæ Auguſti Electoris uxor (fol. 88.
Antonius Perenotus, Granuel: Presbyter Card: (fol. 45.
Antonius Corarus, Presbyt. Cardin: (fol. 54.
Antonius Dux Lotharingiæ fol. 128.
Antonius Marchio Bergiæ fol. 159.
Alphonſus infans Portugaliæ, Presbyter Card: S. Xyſti fol. 1.
Auguſtinus Spinola, Presbyt: Card: (fol. 54.
Auguſtus Dux & Electror Saxoniæ (fol. 88.
Auguſtus Dux & Elect: Saxon: fol. 88.

B.

Babo Comes Habsburgens: fol. 168.
Bernherus Comes Habspurg. fol. 176.
Bernherus Comes Habspurg: fol. 176.
Betzo Comes Habspurgenſis fol. 176.

C.

Carolus Arragonius, Diaconus Card: (fol. 1.
Carolus de Vendoſme, Presb: Card: (fol. 1.
Carolus à Lotharingia Presb: Card: (fol. 6.
Carolus Borbonius Diac: Card: fol 6.
Carolus à Lotharingia, Epiſcop: Card: (fol. 28.
Carolus Dominicus Carettus, Presbyter Card: fol. 32.
Carolus Borromeus, Presbyt: Card: (fol. 49.
Carolus Borromeus, Presbyt: Card: (fol. 49.
Carolus Archidux Auſtriæ fol. 95.
Carolus Archidux Auſtriæ fol. 95.
Carolus Archidux Auſtriæ fol. 98.
Carolus Archidux Auſtriæ fol. 98.
Carolus Archidux Auſtriæ fol. 106.
Carolus Dux Burgundiæ fol. 110.
Carolus Dux Lotharingiæ fol. 135.
Carolus Dux Lotharingiæ fol. 149.
Carolus Fridericus Princeps Cliviæ (fol. 149.
Carolus Frideric: Dux Cliviæ fol. 154.
Carolus Frideric: Dux Cliviæ fol. 154.
Carolus Frideric: Dux Cliviæ fol. 154.
Carolus Frideric: Dux Cliviæ fol. 154.
Carolus Philippus Dux Arſcotiæ (fol. 165.
Carolus Dux Munſterburgij fol. 165.
Carolus Comes in Arnberg fol. 180.
Carolus Comes in Mansfelt fol. 180.
Chriſtianus Elector Saxoniæ fol. 88.
Chriſtianus Princeps Anhaldiæ. (fol. 162.
Chriſtophorus Madrucius, Presbyter Card. fol 28.

Chriſtophorus Madrucius, Presb: Card: (fol. 28.
Chriſtophor: de Monte Aretino, Presb. Card: fol. 32.
Chriſtoph: Marchio Badenſis fol. 162.

D.

Daniel Barbarus Patriarcha Aquilegienſis fol. 78.
Daniel Archiepiſcopus Moguntinus (fol. 84.

E.

Eduardus Fortunatus Badenſis March: (fol. 162.
Ericus Dux Brunsbicenſis fol. 140.
Erneſtus Ferreus Archidux Auſtriæ (fol. 91.
Erneſtus Archidux Auſtriæ fol. 98.
Erneſtus Dux Brunsbicenſis fol. 140.

F.

Fabricius Carettus Magnus Mag: Rodienſium Equitum fol. 74.
Ferdinandus Medices Presbit: Card: (fol. 11.
Ferdinandus Arachid: Auſtriæ fol. 95.
Ferdinandus Archid: Auſtriæ fol. 95.
Ferdinandus Archid: Auſtriæ fol. 95.
Ferdinandus Archid: Auſtriæ fol. 95.
Ferdinandus Archid: Auſtriæ fol. 106.
Ferdinandus Dux Bavariæ fol. 121.
Franciſcus Gonzaga, Presbyt: Card. (fol. 19.
Franciſc: Sforcia, Presb: Cerd. fol. 36.
Franciſcus Theobaldus Urſinus, Presbyt: Card: fol. 36.
Franciſc: Caraffa, Presb. Card: fol. 41.
Franciſcus de Mendoza, Presb. Card: (fol. 64.
Franciſcus de Dietrichſtein, Presbyt: Card. fol. 74.
Franciſcus Villadum, Magnus Magiſt: Rodienſ: Equitum (fol. 54.
Fridericus Elector Palatinus Reni: (fol. 88.
Frideric: Dux Wirtenbergiæ fol. 165.

G.

Geberhardus Dux Brunsbic: fol. 135.
Georgius Radgivil. Prebs: Card: (fol. 6.
Georgius de Armiaco, Presb. Card: (fol. 64.
Georgius Draſcovitius, Presb. Card: (fol. 70.
Georg: Draſco; Prebs: Card: fol. 70.
Georgius Ludovicus Landgravius in Leuchtenbergk fol. 165.
Gotfridus Lotharingiæ Dux fol. 128.
Guido Ferrari, Presb: Card: fol. 54.
Guilhelmus ab Hannonia Comes (fol. 115.
Guilhelmus Dux Bavariæ fol. 115.
Guilhelmus Dux Bavariæ fol. 115.
Guilhelmus Dux Bavariæ fol. 121.
Guilhelmus Dux Bavariæ fol. 121.
Guilhelmus Dux Cliviæ fol. 149.
Guilhelmus Princeps Uraniæ. fol. 154.
Guilhelmus Princeps in Henneberg (fol. 162.
Guntramus Comes Habsburg: fol. 172.
Guntramus Com: Habs: fol. 172.

H.

Henricus Prebs: Card: fol. 1.
Henricus Turnonius, Presbyt: Card: (fol. 45.
Henricus Dux Brunsbicenſis fol. 140.
Henricus Julius, Dux Brunsb: fol. 145.
Henricus Julius, Dux Brunsb: fol. 145.
Henricus Julius, Dux Brunsb: fol. 145.
Henricus Dux Brunsb: fol. 145.
Henricus Dux Lignitz fol. 165.
Heotoprechtus Comes Habspurgenſis (fol. 168.
Hercules Gonzaga, Diaconus Card: (fol. 19.
Hieronymus Roverius, Preb: Card: (fol. 23.
Hieron: Doria, Presb: Card: fol. 45.
Hieron: Auria, Presb. Card: fol. 45.
Hieronymus Palmerius, Presb: Card: (fol. 70.
Hippolitus Med: Diac: Card: fol. 15.
Hippolitus Med: Diac: Card: fol. 15.

Hippolitus Med: Diac: Card: fol. 15
Hippolitus Eſten: Diac: Card: fol. 19
Hugo de Melun: Comes de Gantes (fol. 159

I.

Jacobus Urſinus, Diac: Card: fol. 36
Jacobus Sabellius, Epiſc: Card: fol. 45
Jacobus Grimanus Patriarcha, Aquilegienſis fol. 74
Jacobus Gallus Patriarcha Hierololymitanus fol. 78
Jacob° Archiepiſc: Trevirenſis. fol. 84
Innocentius Cybo, Diac: Card: fol. 70
Innocentius Cybo Diac: Card: fol. 70
Innocentius Cybo, Diac: Card: fol. 70
Joachimus March: Brandeb. fol. 91
Joannes Medices, Preſb: Card: fol. 11
Joannes Angelus Medices, Preſbyter Card: fol. 11.
Joannes Vincentius Gonzaga, Preſbyt: Card: fol. 19
Joan. Cajetan° Urſin°, Diac: Card: f. 36
Joan. Tolledan°, Preſb. Card: fol. 45
Joan. Hieronymus Moronus, Preſbyt: Card: fol. 49
Joan. Paulus Chieſia, Card: Diaconus. (fol. 49
Joan. Baptiſta Cigala, Diac: Card: fol. 60
Joan: Franciſcus Gombara, Diaconus Card: fol. 60
Joannes Valeta, Magnus Magiſt: Equitum Melitenſium fol. 74
Joan: Georgi° March: Brandeb: fol. 91
Joannes Dux Burgundiæ fol. 110
Joannes Caſſimirus Comes Palatinus (fol. 128
Joan. Georgius Com: Palat: fol. 128
Joan. Guilhelmus Dux Brunſb: fol. 140
Joan. I. Dux Clivenſis fol. 149
Joan. II. Dux Clivenſis fol. 149
Joan. III. Dux Clivenſis. fol. 149
Joan. Guilhelmus Dux Juliæ fol. 154
Joan. Frideric° Dux Pomeran: fol. 165
Joan. de Lucimburg, Comes de Ligni (fol. 180.

K.

L.

Lamprecht° Com: Habspurg: fol. 172
Leopoldus Dux Auſtriæ fol. 91
Ludovic° Arragon: Diac: Card: fol. 1
Ludovic° Borbonius Diac: Card: fol. 6
Ludovic° de Guiſa, Diac: Card: fol. 11
Ludovicus Eſtenſis, Presbyter Card: (fol. 15
Ludovicus Madrucius, Presb: Card: (fol. 32
Ludovicus Dux Bavariæ fol. 115
Luitfridus Comes Habspurg: fol. 172

M.

Marcus Antonius Columna, Presbyt: Card: fol. 41
Margaritha Duciſſa, Bavariæ fol. 110
Margaritha Alberti Ducis, Bavariæ uxor fol. 110
Margaritha Lotharingiæ Duciſſa fol. 135
Margar: Lotharing: Duciſſa fol. 135
Margar: Lotharing: Duciſſa fol. 135
Mattheus Long° Presb: Card. fol. 28
Matthe° Urſin°, Presb: Card: fol. 36
Matthias Archidux Auſtriæ fol. 98
Matthias Archidux Auſtriæ fol. 98
Matthias Archidux Auſtriæ fol. 98
Matthias Archid: Auſtriæ fol. 102
Matthias Archid: Auſtriæ fol. 102
Matthias Archidux Auſtriæ fol. 102
Mauritius Elector Saxoniæ fol. 88
Mauritius Princeps Uraniæ fol. 159
Maximilianus Archid: Auſt: fol. 102
Maximilianus Archid: Auſt: fol. 102
Maximilianus Archid: Auſt: fol. 102
Maximilianus Dux Bavariæ, fol. 121

N.

Nicolaus Fieſcus, Diaconus Card: (fol. 64

O.

Otto Comes Habspurgenſis fol. 176
Otto Truches, Presb: Card: fol. 28
Otto Truches, Presb Card: fol. 28
Otto & Philippus Comites Palatini (fol. 121
Otto Henricus Dux Brunsb: fol. 145
Ottobertus Com: Habspurg: fol. 168

P.

Perinus Gonzaga, Presb. Card. fol. 19

Petrus Franciſcus Ferrari, Preſbyter Card: (fol. 49
Petrus Bembus, Venetus, Preſb: Card: (fol. 54
Petrus Erneſtus Comes in Mansfelt (fol. 180
Philippus Boncompagnus Diac: Card: (fol. 32
Philippus Spinola. Preſb: Card: fol. 54
Philippus Audax D. Burgund: fol. 110
Philipp° Prob° Dux Burgund: fol. 110
Philippus de Croy, Dux de Arſcoth: (fol. 159
Philippus Flachius Magiſt: Germ: Equitum Hieroſolym: fol. 162
Philippus à Rideſel, Mag: Germ: Equitum Hieroſolymit: fol. 162
Pompei° Columna, Diac: Card: fol. 41
Proſper Columna, Diac: Card: fol. 41

Q.

R.

Rainutius Farneſi° Preſb: Card: fol. 23.
Raphael Riarius, Preſb: Card: fol. 60
Renata Lotharingica Duciſſa Bavariæ (fol. 121
Renatus Lotharingiæ Dux fol. 135
Renatus Princeps Uraniæ fol. 159
Richardus Dux Bavariæ fol. 128
Rodericus Borgia, Diac: Card: fol. 23
Rudolphus de Carpi, Diac: Card: (fol. 49
Ropat° Comes Habspurgi: fol. 168
Rotherius Comes Habspurg: fol. 168

S.

Salentin° Archiep: Colonien: fol. 84
Scipio Gonzaga, Preſb: Card: fol. 23
Sigiſmundus Archid: Auſtriæ fol. 91
Sigobertus Com: Habspurg: fol. 168
Sigobertus Com: Habspurg: fol. 168
Stanislaus Oſius, Preſb: Card: fol. 60
Stephan° Columna, Preſb: Card: f. 41

T.

Theodobaldus Arragoni°, Preſb: Card: (fol. 1.

V.

Ugo de Verdala, Magn° Mag: Equitum Melitenſium fol. 74
Ugo de Verdala, Preſb: Card: fol. 64
Vulvius Urſinus, Diac: Card: fol. 41

W.

Wilhelm° Princeps Uraniæ fol. 159.
Wilhelm° Comes Palatinus fol. 128

X.

Y.

Z.

Zacharias Delphinus, Preſb: Card: (fol. 60.

INDEX SYMBOLORUM.

Ut nihil juvat fol. 1
Bonæ Spei fol. 1
Seipſum ſuſtinet fol. 1.
Sub cortice tego fol. 1
Idem per diverſa fol. 1
Gloria immortalis fol. 1
Lux publica Principis ingens fol. 6
Virtus infirmitate perficitur fol. 6
Melior fortuna notabit fol. 6
Sacrificijs non delectabnris fol. 6
Se necat ut vivat fol. 6
Teſtante Virebo fol. 6
A mon proufit fol. 11.
Hoc per ſe nihil, ſed ſi minimum addideris maximum fiet fol. 11
A Domino factum eſt iſtud fol. 11
Quo ſe vocatus fol. 11
Hi c aliquando eluctabor fol. 11
Vix nata ſuſtentor fol. 11
Ingreſſus & non regreſſus fol. 15
Emergit preſſa fol. 15
Inter omnes fol. 15
Ab inſomni non cuſtodit Dracone Altiora fol. 16 (fol. 15

INDEX.

Sic tua nos virtus fol. 15
Cum tempore fol. 19
Non fuefro mas delo que puedo fol. 19
Sic repugnant fol. 19
Bella gerant alij fol. 19
Tu ne cede malis fol. 19
Sic immortalis ſum fol. 19
Potius mori quam fidem fallere fol. 23
Suave fol. 23
[illegible] fol. 23
Los ſerados per non mirar los porlarar (fol. 23
Duret in ævum fol. 23
Auctor ego audendi fol. 28
Fide & vide fol. 28
Sic hic qui diligunt fol. 28
Perit ut vivat fol. 28
Unitas fol. 28
Fero lucem fol. 32
Terreor aſpectu Domini fol. 32
Si Deus nobiſcum quis contra nos f. 32
Illuminat in mea fol. 32
Totum adimit quo ingrata refulges (fol. 32
Votis ſubſcribent fata ſecundis fol. 32
Hoc uno Jupiter ultor fol. 36
Erit altera merces fol. 36
Sola fides fol. 36
Aſpicit unam fol. 36
Mirabile in oculis noſtris fol. 36
Utriuſque auxilio fol. 36
Sic ardua peto fol. 41
Prius mihi poſt ſoboli fol. 41
In te Domine ſperavi fol. 41
Scutum fidei proteget me fol. 41
Sic durat utrunque fol. 41
Nocuiſſe locutum fol. 41
Fata obſtant fol. 45
Æterna virtute parantur fol. 45
Vigilantibus fol. 45
Et vitæ mortiſq; Comes fol. 45
Nun quæ ſuper terram fol. 45
Durate fol. 45
Monſtrat iter fol. 49
Una ſalus fol. 49
Cœlitus datum fol. 49
Tenſis vi reticulis fol. 49
Dies & ingenium fol. 49
Ego ſemper fol. 49
Motu clarior fol. 54
Dum volvitur iſte fol. 54
Undique fruſtra fol. 54
Religione
Religione & cuſtodia fol. 54
Non cernuntur & adſunt fol. 54
A ſemitis impiorum elongor fol. 54
Hoc opus fol. 60
En curas hominum fol. 60
Premitur non opprimitur fol. 60
Per ardua virtus fol. 60
Longo ſplendeſcit in uſu fol. 60
Onus meum ſuave fol. 60
Altiora peto fol. 64
A via ne torſeris fol. 64
Fraus fraude compenſata fol. 64
Semper immota fol. 64
Confiderate Lilia agri fol. 64
Ingratis ſervare nefas fol. 64
Juſtus ut florebit fol. 70
A bono malum fol. 70
Durabo fol. 70
Sine fine fol. 70
Conſtrictum at non liberate fol. 70
Diſperſit pauperibus fol. 70
Inopem me copia facit fol. 74
Sine dubio fol. 74
Ubique ſimilis fol. 74
Niſi Dominus fruſtra fol. 74
Sans ponit ſortir hors del orniere (fol. 74
Mors omnia æquat fol. 74
Volentes fol. 78
Recordare noviſſima fol. 78
Mors ultima fol. 78
Inexorabilis fol. 78
Summum bonum fol. 78
Atri janua ditis fol. 78
Mors ultima linea rerum fol. 84
Pudeat nos perdidiſſe diem fol. 84
Recepto viſu libertatem arripio (fol. 84
Omnia fol. 84
Semper fertilis fol. 84
Ex frugalitate ubertas fol. 84
Qui judicatis terram diligite Juſtitiam (fol. 88
His artibus fol. 88
Tandem bona cauſa triumphat (fol. 88
Te gubernatore fol. 88
Interna preſtant fol. 88
Fide ſed vide fol. 88
Noſce te ipſum fol. 91
Utruſque auxilio fol. 91
Virtuti nil invium fol. 91
Telum

Telum Virtus facit fol. 91
Et hic virum agit fol. 91
Tamen est laudanda voluntas fol. 91
Vincit potentia fati fol. 95
Rebus stat firmata fol. 95
Sic restitit fol. 95
V. T. H. E. S. E. fol. 95
Absque metu fol. 95
Patere & tulisse fol. 95
Audaces fortuna juvat fol. 98
Audaces juvo fol. 98
Soli Deo gloria fol. 98
Amat victoria curam fol. 98
Amat victoria curam fol. 102
Fortibus resistit fol. 102
Militemus fol. 102
Fraugit & attollit fol. 102
Tanto monta fol. 106
Assiduitate fol. 106
Legitime certantibus fol. 106
Ante ferit quam flama micet fol. 110
Hac fatam me ratio necat fol. 110
Uccunque fol. 110
Lacessitus fol. 110
Precium non vile laborum fol. 110
Cominus & eminus fol. 110
Ante ferit quam flama micet fol. 115
Evertit & æquat fol. 115
Iræ moderer is & ori fol. 115
Parcere subjectis & debellare superbos (fol. 115
Vincit vim virtus fol. 115
Cynosura Duce obdurandum fol. 121
Agnosce dole emenda fol. 121
Cor unum & anima una fol. 121
Concordiæ æternæ fol. 121
Cognosce elige matura fol. 121
Coram Deo & hominibus & fratrum concordiæ fol. 121
Constanter & sincere fol. 128
Justa tyrannorum punitio fol. 128
Ex fumo lucem fol. 128
In via virtuti nulla via fol. 128
Domine vias tuas demonstra mihi (fol. 128
Dederitne viam casusve Deusve (fol. 128
Lealte passe tout fol. 135
Sume fata vocant fol. 135
Sed nunquam cadimus fol. 135
Contra hostes tuos da mihi virtutem
Sperno invidiam fol. 135. (fol. 135
Justus

Justus non derelinquetur fol. 140
Ex duris gloria fol. 140
Sic ad astra fol. 140
Visita virtnos Oriens ex alto fol. 140
Alijs inserviendo consumor fol. 140
Tandem bona causa triumphat fol. 145
Recte faciendo neminem timemus (fol. 145
Honestum pro patria fol. 145
Hab ichs gestalt nun Gottes Gewalt (fol. 145
Lux in tenebris fol. 145
Altiora peto fol. 145
Lesæ libertatis affectus fol. 149
Ultra nubila fol. 149
Hodie eras nihil fol. 149
His quoque subjecta fol. 149
Mali consilio fol. 149
Fides sancta & fratrum concord a fœlix sitque fol. 149
Aurea virtutis merces sudore paranda est. fol. 154
Me juvat auspicijs magnorum adolescere divum fol. 154
Virtute ac meritis dignos ad sydera tollo fol. 154
Benevolentia boniſſima gaudia (fol. 154
Cor principum in manu Dei est (fol. 154
Audaces fortuna juvat fol. 154
Bonæ spei fol. 159
Extinguisse nefas fol. 159
Hoc quoque feciſſem si mihi vita foret (fol. 159
Jugalis fides fol. 159
Sic sperare licet fol. 159
In silentio & spe fortitudo mea (fol. 159
Tempestati parendum fol. 162
Non aliter fol. 162
Wann GOtt will fol. 162
Ex hoc in hoc fol. 162
Virtute ac meritis dignos ad Sydera tollo fol. 162
Non frustra fol. 162
Se ipsum sustinet fol. 65
Inseparatum fol. 165
Fata invenient fol. 65
Mundus est mundus fol. 165
A Domino factum est hoc fol. 165
Dum volvitur iste fol. 165
Hoc

INDEX.

Hoc opus eſt	fol. 168.	Conſcia virtus	fol. 176.
Ad ſalutem illuſtror	fol. 168.	Timentem time	fol. 176.
Hæc mihi tuba	fol. 168.	Facilis jactura	fol. 176.
Benevolentia	fol. 168.	Paulatim	fol. 176.
Vim viribus	fol. 168.	Ego movebor	fol. 176.
Superabo alibi	fol. 168.	Una Salus	fol. 176.
Læſus Juvo	fol. 172.	Dulce & decorum eſt	fol. 180.
Non ſolum nobis	fol. 172.	Tempore perficitur	fol. 180.
Pro æquitate	fol. 172.	Haud facile Virtus extinguitur	fol. 180.
Hæc vera potentia	fol. 172.	In ſpe fortitudo	fol. 180.
Sic immerſaberis	fol. 172.	Precium non vile laborum	fol. 180.
Tempore & aſſiduitate	fol. 172.	Contra impoſſibile nemo tenetur	(fol. 180.
Conſcia			

FINIS.

CVM GRAT. ET PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS, ET SAC. CÆS. MAI.

TOMVS TERTIVS.

S. C. M.tis SCVLPTOR ÆGIDIVS SADELER EXCVDIT PRAGÆ. M. D. C. III.

D Emblems

SERENISSIMO PRINCIPI MARINO GRIMANO VENETIARVM DVCI, DOMINO SVO COLENDISSIMO.

NEscio profectò Serenißime Princeps, quid augustius ac utilius Symbolis viris magnis, & qui rerumpublicarum curis semper occupantur, esse possit. In his enim tanquam in speculo neglectis Philosophorum & Historiographorum voluminibus (quæ non nisi longo tempore euoluuntur) & vitæ, & consiliorum, rerumque gerendarum rationes, ac prudentiæ leges intueri, mentiq; insculpere, ut usui quotidiano accommodentur, absq; temporis aliqua iactura, citò & facile licet. Verùm etiamsi huiusmodi præceptis aut legibus non egeat Serenitas tua; utpote quæ prudentia, rerumq; gerendarum peritia, ad summum locum quem totius Senatus assensu & uniuersali populi acclamatione obtinet, peruenerit: nihilominus tamen, quia ea quæ res gratas & iucundas in memoriam reuocant, placere solent, ac Serenitatem tuam optimis legibus, politicisq; sententijs summopere delectari non dubito: Existimaui me non male facturum, si Serenitati tuæ hæc mea Symbola humillimè offerrem ac dedicarem. Præsertim quòd Resp. Veneta (sub qua aliquot annos degi, ac initia artis calcographicæ & educationis meæ habui) gratitudinis aliquod testimonium à me desiderare videatur; ac nisi ingratus haberi velim, meorum laborum fructus aliquos (licet exiguos) illi offerre debeam. Accipe itaq; Serenißime & Magnanime Princeps, qui caput florentißimæ illius Reipub. es, ac totum illius corpus, virtutibus, dignitate, & Maiestate personæ tuæ refers, istud grati animi mei signum, læto ac hilari vultu, et laboribus meis utere ac fruere, dumq; per otium licet, varia Principum Italiæ consilia, instituta, & proposita contemplare, meq; meaq; in tuam clientelam suscipere dignare. Deus Opt. Max. interea sua clementia Serenitatem vestram in æternum benè beatèq; valere faciat.

Sere: Vest.

Seruus obedientißimus

Ægidius Sadeler.

M. D. C. III.
MARINVS GRIMANVS
VENETORVM REIPVBLICÆ
DVX LXXXIX.
SYDERA CORDIS
M. DCI.
NTI.
TV MARE MAGNVM ANIMO FAVEAS GRIMANE MARINE
INCLYTE DVX VENETVM HAS CONCIPE LAVDIS AQVAS

CANDIDO LECTORI.

PRiores duos Tomos Isagoge illustravit Doctissimus vir Iacobus Typotius Sac. Cæs. Maiestatis Historicus. Verùm quia orationis gravitas non minus interpretem requirit, quam Hierographiæ Oedipo indigebant, atque hac ratione neque lectori qui avidè interdum explicationem cupit, neq; Sculptori qui propter orationis obscuritatem emptores ab emptione voluminum deterreri arbitratur, satisfactum sit: Studui ut utrique facillimo ac perspicuo orationis genere satisfacerem; eòque magis quòd res ipsa per se obscurissima, non obscuram sed claram, ut intelligatur, orationem desideret. Si interdum videbor Mystæ mentem non assequi, id mihi à viro bono & candido vitio non vertetur. Cùm nulla ratione fieri possit ut animi concepta semper assequi liceat. Dedi imprimis operam ut nulli Hierographiæ deesset explanatio, quò nullam tam obscuram esse, quin explicari possit, ostenderetur. Si nonnunquam stylus coactus aut tectus videbitur, id scias lector figuram ac allusionem orationis ad gnomem postulare: Obscura enim non semper perspicuè exponi possunt. Vno etiam tantum modo singulæ explanatæ sunt Hierographiæ, licet multifariam explicari possint: Id studio feci, tum ne nimis curiosè Principum arcana indagare velle viderer, tum ut tibi lectori aliqua exercendi ingenij ratio supereesset. Scio multos fore quibus oratio mea non placebit, sed nec Iuppiter omnibus placet. Non fuit mihi propositum Typotij stylum imitari, ac Grammaticis, Oratoribus vel Poëtis solis hæc scribere; sed omnibus & vel parum Latinæ linguæ peritis; ut cuilibet usui mea esse possent. Scripsit Typotius gravissimo stylo sibi non alijs, ac studiosè non nisi studio intelligi voluit. Ego legentis mentem & ingenium hærere nolui. Hæc itaque nostra candide lector qualiacunque sint, æquo ac benevolo animo susçipe, Typographique errores operi subiunctos corrige, & in æternum vale, Pragæ, Anno Christi, 1603.

Thomas Mocenigus Venetorũ Reipub: Dux 64.

Franciscus Foscari Venetorum Dux Reipublicæ 65.

Christophorus Monis Venetorum Rei: publicæ Dux 66.

Pasqualius Malipierius Venetorum Reipublicæ Dux 67.



Nicolaus Thronas Venetorum Reipub: Dux 68.

Nicolau Marcellus Venetorum Reip: Dux 69.

SIC IMMORTALIS SUM.



Laurus immortalitatem, quòd perpetuò vireat, designat. Duæ vero manus, quæ & illam, & seſe complectuntur, fidem datam seruanti, immortalitatem parere ostendunt. hæc dux Venetus sibi quòd se fidelem reipub. suæ sciuerit, accommodare voluit. Sunt aliæ arbores, quæ hyeme & æstate vigent, sed hanc elegit, quòd sacra, & augusta sit, eximia forma, odoreq; suaui, prædita, ac victorum ornamentum. Diuo namq; Augusto de cœlo missa fuit. Tyberiúsq; Imperator tonante cœlo sertum de lauri frondibus contextum, & triumphantes Romanorum duces capiti aptare solebant. Laurus siquidem, Plinio teste, ne quis fulmine iciatur, prohibet.

Lauri species duæ sunt: Delphica & Cypria. Delphica reges & principes victores, Cypria musæ (ut & nunc poëtæ) Delphis coronabantur ac seſe immortalitati consecrabant.

Fides fœderaq; duabus junctis manibus confirmari & olim & nunc solent. Fides reipub. est fundamentum, hæc namq; ab heroïbus reipublicæ cui præsunt, data servataq;, illos immortales facit, & rempublicam florentem conseruat.

CONSTANTER ET SINCERE.

Palmæ duo rami diademati transversim inserti constantiæ, diadema regium regni, & aurum sinceritatis, sceptrumq; erectum imperij aut reipub. est argumentum. Aptè hæc ad Symbolum, constanter videlicet & sincerè regnum & imperium vel rempub. esse administrandam. Palma constantiam designat, quia quo magis deprimitur, eò fortiùs assurgit. Vt illa non cedit: ita heroës publicam utilitatem, privatis commodis præponere, malorumque injurias & maledicta negligere ac contemnere, sincereq; remp. administrare debent, memores Virgiliani versus: Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

Constantia & sinceritas etiam auro indicatur. Nam aurum diro igni toto anno cruciatum, ita constanter illius vim perfert, ut nihil illi depereat ponderis, longèq; purius & sincerius illæsum postea eximatur.

Vt itaq; in Hierographia aurea corona sceptrum erectum sustentat, ita constantia sincera imperium omne continet. Constantiæ sinceræ præmium etiam regnum vel imperium est, quod Alexandri Magni exemplo docetur, qui res aduersas perferens, & contemnens, Cyrum Persarum regem vicit, & Monarchiam orbis adeptus est. Huc respexit Archihierographus S. Paulus, qui neminem coronari asserit nisi legitimè certaverit. Affectus enim animi, Satanam & mundanas nugas superari vult, fortioremq; illum, qui se, quàm qui alios vincit rectè existimat.

SIC SEMPER.

Solebant AEgyptiorũ reges ingentes illas pyramides, quæ inter mũdi miracula recẽsentur, & nũc adhuc superstites conspiciũtur, sepulchris suis ut apud

ut apud posteros æterna ipsorum maneret memoria, extruere. Ingentes quidē eaq; forma: ut adversus omnes tempestates, tempusq; rerum edax quodammodo SIC SEMPER durarent. Hos imitatus dux Symboli author, monumento firmæq; basi obeliscum vel pyramidem imposuit: quam neque ventus validus appictus deijcere, neq; Sol exurere, aut annorum cursus, quos Sol definit,) exedere possunt. Innuitur itaq; bonam famam ac memoriam ducis post obitum (quem obeliscus monumento superstructus ostendit) ita constanter SIC SEMPER, ut dum viveret permansuram: manet siquidem post funera virtus. Imo & post funera nomen ducis solis instar, illustre invitis Zoilis (quos ventus indicat) fore, indicari potest. Verum quid si vir magnus reipub. commodo deditus obeliscum scopum, & metam rerum gerendarum nempe reip. utilitatem esse velit? seq; ad hanc contendere, neq; Solis æstus ventiq; frigora, hoc est ulla obstacula ita pertimescere ut à cœptò desistat memor Poëte:

Qui cupit optatam curſu contingere metam
Multa tulit fecitq; puer ſudauit & alſit?

Profectò non malè Symbolum cum Hieroglypto hoc modo expositum conveniet.

VIS CONJUNCTA MAJOR.

Sagitta ad metam directa Scopum vi fulguris adjuta attingit. VIS enim humana CONIVNCTA cœlesti, MAIOR profectò est, ut omnis vis unita fortior dispersa. Quis enim nescit sagittam ab homine, & fulgur à Iove emitti? Fulguris etiam vim maximam esse, non ignorat is, qui fulguris causam, & materiam, spiritum esse tenuissimum ab exhalatione calida siccaque prognatum, ac vehementer impulsum, & incensum intelligit. Cum enim huiusmodi exhalatio spiritu igneo turgida, à frigiditissimis densissimisq; nubibus intercipitur & concluditur, ac in anguſtias ita cogitur, ut amplius non possit. tum liberum ac capaciorem postulat queritq; locum, & nubes à quibus impeditur ac obseptus est, momento, ut spacium habeat, disfringit; maximumq; sonitum quem tonitru vocant efficit, vehementiq; impetu erumpens, & ob motum citissimum materiamq; sulphuream halinitri spiritu commixtam, ignitus, obvia quæq; pervadit, diffindit, aut exurit, quod tum spicula ipsi telo tum ignis appictus indicat. Rectè itaque dux numinis vim magnam esse, ac si humanis viribus jungat majorem fore fulguris imagine, seque viribus suis, melius rempub. cui præest, divina ope accedente, regere posse ostendit.

IMMORTALE QVOD OPTO.

Muliercula, aut virgo nuda, nullo; ornata muliebri mundo retibus vel laqueis insistens, mentem ducis adumbrat: Ostendit enim quod pericula omnia, quæ à mundo, & Satana quotidie imminent, studiosè evitet, animiq; affectus, & impetus improbos, quibus ita solet mens, aut

animus illaqueari, ut nihil heroicum nihilq; pium facere posit, superare contendat; Ac ob id se interiturum præmium ex palma, vel Lauro quæ cito marcescunt, non optare, sed aliud, quod immortale sit, verum virtutis præmium. Neglecta enim Lauro, ac palma cœlum ostentat, ibi videlicet IMMORTALE esse, quod OPTAT, ibi verùm rerum bene gestarum præmium, nempe cum summo ac inexplicabili gaudio vitam æternam: Fœlices profectò illi heroes qui immortalia, æternaq; interituris, ac caducis rebus præferunt. Fœliciores, qui vitam ita instituunt, ut immortale, & summum illud bonum consequi poinnt. Fœlicissimi qui jam Deo uniti summo illo bono fruuntur. Sciuit dux se palma laureaque ob virtutes resque bene gestas dignum, sed vana hujusmodi præmia se prudenter contemnere palam commonstrare voluit: Hunc imitari, & caduca despicere; cœlestiaq; tantùm ac diuina præmia optare, discamus.

BONÆ SPEI.

Ex sacris literis desumpta est hæc Hierographia, cum post aliquod mensium imbres, arca Noë remissis, & defluxis ex parte aquis, supra montes Armeniæ sisteretur; Columbam Noë exploratum emisit, num terræ planities habitabilis foret. Illa jamdudum concluſa, liberoq; aëri credita veterem antea libertatem & assuetos cibos quæsiuit, quos cum nequaquam inveniret: arrepto oleæ ramusculo ad arcam revolavit. Hinc bonam spem concepit Noë, brevi terram habitabilem ut priùs fore. Quemadmodum itaque post imbrium undarumque tempestates columba olcæ ramulum, deferens spei signum, dedit ipsi Noë: ita dux hoc Hieroglypto ostendere voluit: neminem fortunæ iujurijs lacessitum, nullamq; rempublicam bello conqvassatam desperare debere, præsertim fortuna mitiore pacatioreque sese ostendente: sequitur enim post nubila Phœbus, neque res humanæ perpetuo eodem in statu permanent. In rebus itaque adversis nunquam animus deijciendus, sed BONAE SPEI fortes viri esse debent: tum quod Deus nullum onus tàm magnum, aut calamitatem tam ingentem inferre soleat, quàm non ferat hominis narura: tum quod adversam fortunam & calamitates, sequaturplerunq; melior fortuna. Instabilis enim est, & quos depressit, mox elevat.

Columba in Hieroglypto, quia absque bile animal esse putatur, mansueta omnia, oleaque pacem, promittit, quæ BONAE SPEI est, quòd rerum copia ac reipub. felicitas pacem sequi soleant.

Petrus Mocenigus Venetorum Reipublicæ Dux 70.

Andreas Vendraminus Venetorum Reipublicæ Dux 71.

Joannes Mocenigus Venetorum Reipublicæ Dux 72.

Marcus Barbaricus Venetorum Reipublicæ Dux 73.

Augustinus Barbaricus Venetorum Reipublicæ Dux 74

Leonardus Loredanus Venetorum Reipublicæ Dux 75.



LÆSÆ LIBERTATIS AFFECTVS.

Vt sanitas cum læditur afficitur, ita libertas, ac ut illius affectus, corpus; ita istius rempublicam perturbat: Quia enim, ut inquit, I. C. res est inæstimabilis libertas, ac, teste Aristotele, potestas vivendi, ut velis, quamque natura introduxit, nullæque gentes qui eam habent libenter amittunt: Fit ut si perturbetur, & lædatur multorum tumultuum sit causa, qui non priùs cessant, quam aut pristinum statum habeat, aut pereant. Contingit enim interdum eos, qui nimiùm libertati student in servitutem rapi, ab ijs, quorum interest, nimiam libertatem introduci. Nam magna libertas sine aliquorum damno vel injuria rarò habetur: Cum enim plebs libertate magna fruitur, tum optimates opprimi, cum optimates, tum plebs, cum verò reges, tum optimates, tum plebs, solent. Ostendit itaq; Hieroglypton turri, quæ carceris figuram præ se ferit, servitutem, aut læsam libertatem, undarùmque fluctus, qui turrim obsident, & aluunt, læsæ libertatis affectum, tumultum nempe & seditionem populi, ad removendam servitutem, & recuperandam libertatem ortam & institutam, quasi innuere vellet duces reipub. operam dare debere ne lædant populi libertatem ac seditionum nec non tumultuum causa fiant, sed potiùs ut illam illæsam conservent.

Potest etiam turris inter fluctus constituta mentem principis indicare, quæ uti à fluctibus concussa sine noxa permanet, ita etiam mens humana, ab omnibus læsæ libertatis affectibus, (quæ fluctibus signantur) agitata, eos contemnit & superat.

NULLI CEDIT.

Decet Heroicum virum, ac reip. præsidem, fortitudo constantia & magnanimitas, quæ quercu designatur. Nam quercus cæteras omnes arbores robore, propter ligni durissimi compagem; Constantia propter radicum ramorúmq; multitudinem & crassitiem: ac magnitudine, quòd ramos longè lateq; diffundat excelsaque præ cæteris sit, superat. Convenit autem Heroi fortitudo: ut pericula maxima propter honestatem & commune bonum subeat. Constantia, ne à bene inceptis desistat, aut ab adversis facilè perturbetur. Magnanimitas, ut existimatione sibi erga populum facta, eum in officio contineat ac incepta facilius ad finem deducere possit. Quantum enim possit vir magnanimus ac gravis indicat Virgilius:

Ac veluti magno in populo cum sæpe coörta est
Seditio, sævit q; animis ignobile vulgus,
Jam q; faces & saxa volant furor arma ministrat
Tum pietate gravem, ac meritis si fortè virum quem
Conspexêre, silent arrectis q; auribus adstant.

His tribus virtutibus clarus, nullis cedat, neque hostibus neque rebus adversis, ut quercus, quæ æris imbriúmque tempestatibus non cedit, sed

dit, sed pericula quævis magno animo fortiq́ue ac constanter ferat. ita siquidem laudem apud suos ac bonum nomen apud posteros consequetur.

CUM PATIENTIA.

Quis hic dexteras datas & junctas, flammaq́ue flagrantes, ardentis amoris & concordiæ vinculum significare non intelligit? quod nec ignis, nec adversi quippiam dissolvere debeat. Amoris siquidem nexu, sacramento pactoq́ue confirmato vincti, CVM PATIENTIA quævis potius ferre, quàm ut se diuelli patiantur, debent. Sed quid serpens in orbem actus, caudamq́ue ori insertam habens indicat? Serpens, prudentiam, orbis figura, vinculum illud amoris, caput Reipub. ducem, quod caudam, id est, plebem, reip. infimum membrum, ita prudenter continere debet; ne vinculum amoris & concordiæ quod inter optimates & plebem, unius corporis partes est, rumpatur aut divellatur, significat. Vt enim cum caput, caudam vel aliud ejusdem corporis membrum lædit, etiam malè habet: quia omnes partes animalis ita harmonicè consentiunt; ut nulla affici & lædi, quin omnes patiantur, possit: ità ij, qui rempublicam regunt cum plebem opprimunt & exugunt, tandem & illi, laborante republica, quasi manibus pedibusq; destituti nullas vires habent, ac damnum sibi non plebi (quæ faciliùs reip. mutationem fert) intulisse sentiunt.

NON MIHI DOMINE SED NOMINI TUO DA GLORIAM.

Pius & modestus profectò hic dux, qui quas de hostibus reportavit victorias non sibi, sed numini ascribi vult, dum ait: NON MIHI SED NOMINI TVO DA GLORIAM. Pietatis enim est, quicquid fœlicitatis vel boni in hac vita consequimur, illi accepta ferre, cujus beneficio sumus & vivimus. Modestiæ etiam est, partæ victoriæ gloriam, quam victoriæ author D. Opt. Max. sibi, non alteri peperit: non nobis, sed illi ascribere: victoria enim omnis à Deo est, & ille dat cui vult. Victoriam autem de hostibus non levem hunc ducem reportasse, indicat Hercules, qui omnium animalium regem fortissimum leonem comprimit.

COPIA ME PERDIT.

Quemadmodum plerunque contingit arbores, quæ copiam fructuum ferunt, vel à fructuum onere, vel ab ijs qui fructus decerpunt, disrumpi: Ita sæpe magni viri eximijs virtutibus, ac animi dotibus præditi, dum nimis studiosè reipub. curam gerunt, ac virtutum & studiorum suorum fructus publicæ utilitati accommodant (memores sententiæ non nobis, sed patriæ nati sumus) vires animi & corporis robur ita frangunt, ut rectè illorum quivis dicere possit: COPIA fructuum meorum ME PERDIT. Nam si nullas animi dotes habuissem, quibus patria frui

ac uti potuisset curis publicis, arduisque negotijs, non fuissem præfectus, sed integer curisque solutus, beatam (ut inquit Marcial.) domi vitam egissem. Verum non luget neque dolet dux Augustissimus, se alijs inserviendo consumi, sed innuit ijs, qui putant reipub. præsides beatos esse, rebusque suis optimè consulere potius detrimentum pati.

NASCETUR.

Elephas animal vastissimum omniumque quadrupedum maximum res magnas designat. Symbolum verò NASCETVR, proli, quam utero gestat, accommodari debet. Indicatur namque hoc Hieroglypto ac Symbolo res magnas non ita properè esse expediendas, sed expectata dataque occasione; inquit enim Theognides: μηδὲν ἄγαν σπέυδειν ne nimis propera. Vt enim elephas, Plinio teste, decennij spacio vterum gerit tantumque in vita semel, ac pariendi tempus dum veniat, patienter expectat: ita etiam, res magnæ quæ geruntur, accelerari & præcipitari non debent, sed expectanda apta rei gerendæ occasio, quæ tandem uti elephanti proles, licet diu utero contenta, nascetur. Tempus enim occasionem gignit & parit.

* *
*

Andreas Grimanus Venetorum Rei publicæ Dux 76.

Andreas Gritti Venetorum Reipublicæ Dux 77.

Petrus Landus Venetorum Reip: Dux 78.

Franciscus Donatus Venetorum Reipublicæ Dux 79.

Marcus Antonius Trivisanus Venetorum Reip: Dux 80.



Franciscus Venerius Venetorum Reipublicæ Dux 81.

FESTINA LENTE.

Convenit hæc Hierographia cum proximè præcedenti: Columna enim res graves magnasque quibus respub. innititur, ut illa structuræ augustioris fulcrum esse solet, designat. Hanc festinanter & lentè excrescens circumvolvit vinea. Festinanter, quia vix stirps aut arbor tam citò ramos producit, ac vinea, lentè tum quòd aspicienti motus nullus appareat, tum quod tardiùs botros ferat, & maturet. Prudenter admonentur principes viri, ne cum gravissima negocia ac ex quibus salus reipub. dependet tractant, nimis properent ac inconsultè & immeditatè quippiam aggrediantur aut statuant: rarò enim fœlix eventus hujusmodi consilia sequitur. Lentè itaq; festinandũ; Sat citò si sat bene. festinatio neque cernit, neque cavet pericula, lenta verò tempus habetsut noxia observet & evitet.

SUSTINET NEC FATISCIT.

Andreas Gritti cum fœliciter octennij bellum pro Venetis gessisset, ac Patavium contra Maximilianum defendisset, hanc Hierographiam à M. Ioanne Cotta poëta Veronensi inventam auroq; insculptam inter amicos, Cùm jam dux Venetorum Electus esset clam distribuit. Sustinet autem in hac Hierographia Atlas orbem, universæ nempè naturæ maximam molem, imò & universum ipsum. Inquit Symbolum: Sustinet nec fatiscit. Sed quis universum ipsum sustinere potest? profectò nemo nisi Deus Opt. Max. Quid itaque indicatur? Nihil aliud, quàm eos, qui à Deo ad res magnas, aut ut remp. regant vocati sunt, labores vocationis suæ ferre constanter debere. Iuvabit enim illos divina virtus, ne oneri succumbant, aut fatiscant, perfer itaque & obdura, SUSTINE NEC FATISCE Deus opem feret & labor compensabitur vel hîc vel vita æterna.

IN. OLLIS VENARI.

Principes viri in sylvis non in ollis venari, hoc est suis non alienis laboribus sibi rem, statum & dignitatem comparare debent. Qui enim alienos labores devorant, ac ab alijs præparata, & constituta sibi applicant, ac in proprios usus convertunt, illi milvis, (quorum rapacitas cuivis cognita est,) comparari possunt: Dum enim prædam in aëre milvus quærere deberet, ollam decoctis carnibus plenam (in hoc Hieroglypto) faciliori compendio invadere conspicitur. Hic acquirendi modus, ut privato nulli convenit: ita nec principi, nisi Tyranni haberi velint. Tyranni enim per fas nefasque aliorum facultates per vim ad se rapiunt, ac præsenti sorte minimè contenti, regna ac respub. bene constitutas perturbant, invadunt, suisque regnis injustè adjungunt. Princeps iste Petrus Landus, ne talis putetur & habeatur, Tyrannorum, ac illorum, qui in ocio degentes, injustè aliorum opes ad se trahunt ac consumunt, imaginem Hieroglypto exhibet. Vitij enim turpitudo exemplo aliquo hominis

hominis menti insculpta, ac palàm figura oculis objecta, mentem non solùm ne peccet firmat & tuetur, verùm etiam virtutis studium summoperè placere ostendit.

LIBERTAS SUB METU.

Tracta est hæc Hierographia à vulgari fabula: Equus enim quidam freno sessoreque excusso, veloci cursu sylvam (libertate adepta petulãs) petijt ibiq; in lupos famelicos incidit, à quibus cũ dilaniandus sterneretur nullaque vitæ spes amplius superesset exclamasse narratur: O me miserum & infelicem, qui clementem meum dominum abunde pabulum mihi suppeditantem gestare nolui, jam luporum visceribus gestabor. Symbolum ait libertas sub metu, & verè, ut enim equo illi absq; metu in sylvã excurrenti interitus præstò fuit, ita & rebuspublicis privatisque hominibus, ni prudenter pericula, quæ vel libertatem labefactare aut tollere possunt, observent, ac evitent. Insidiari libertati rerumpub. Tyranni solent; quia non se ut populo & communitati, sed populum, ut illorum libidini & voluptati inserviant, creatos arbitrantur. Libertas itaq; quævis cum metu nõ careat, quin facilè in servitutem commutetur: citius autem ea, quæ in peccandi licentia constituitur, ac vera libertas dici non potest, est siquidem libertas, teste Cicerone potestas vivendi ut velis, verùm certo tantùm modo. Nam Cicero priorem exponens definitionem, inquit ita. Is vivit ut vult, qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui vivendi via considerata atque provisa est, qui legibus quidem non propter metum paret, sed ea: sequitur atq; colit: quia id salutare maximè esse judicat. Qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique nisi libenter ac libere: cujus omnia consilia, resq; omnes, quas gerit ab ipso proficiscuntur, eodemque referuntur: nec est ulla res, quæ plus apud eum valeat, quàm ipsius voluntas atque judicium, cui etiam fortuna ipsa cedit. Libertate vera quia fruitur respub. Veneta, cujus caput dux iste Franciscus fuit: ut posteris consuleret ac prudentiæ suæ testimonium relinqueret, admonitos eos voluit; ne libertate, qua ipso imperante fruuntur, abuterentur, ac tanquam effrenes equi peccandi licentia in vitia ruerent, ac sine metu amittendæ libertatis, nimis securi, vicinis Monarchis prædæ essent. Dum enim libertas peccandi nimia conceditur, ac peccata impunita relinquuntur: bonorũ oppressio, propter illatas injurias ulciscendi cupido, pristini status mutationem & servitutem facilè inducunt. Quæcunque itaque florere respublica diu vult, imprimis operam det: ut viri boni tutò degere ac vera libertate frui possint, nec non improbi, quantumvis magni, legibus coërceantur, ac delinquentes plectantur.

SUMUS.

Sumus inquit Symbolum. Verùm dubitant argutuli an simus nec ne. Nam præsentis temporis est Symbolum. Tempus autem præsens nullum videtur. Fluit enim perpetuò tempus. Si nomen, tum & ipsum

ipsum nunc putes, falleris, quia tantùm connectit futurum cum præterito, uti linea quæ connectit album lignum nigro, apparens quidem, sed sine ulla latitudine. Esse tamen nos, verè scimus, sed ita: ut ea, quæ in perpetuo sunt fluxu, ac stabile nihil habent. Fluxus & inconstans noster iste status horologio Solari cujus umbra nunquam quiescit, ac clepsydra cujus momenta continuè fluunt, nec consistunt, commodè designantur. Verùm Mysta non solum se nihil esse, (ut præsens tempus nullum dari posse videtur.) ostendere, conatur: Sed etiam, se nunc dignitate illustrem quisnam priùs fuerit, ac post hanc vitam futurus sit perpendere. Qua contemplatione nihil utilius est, tum ne ad majores honores evecti superbiamus, tum etiã, ut imbecillitatis nostrę memores, ita vivamus ut posteris bonum nostrum nomen relinquamus, & vitæ æternæ participes fiamus.

AUDACES JUVAT.

Audaces fortuna juvat timidosq; repellit. Canit Virgilius. à quo versiculo author Hierographiæ Symbolum accepit. Verùm fortunam adijcere noluit, quod fortuna temerarios potiùs, quàm audaces juvet. Ac si audaces optatæ rei exitus ferè semper sequatur, id non fortunæ, sed virtuti & prudentiæ tribuendum esse: Audaces enim, quæ aggredi uolunt, priùs consultant: Temerarij, absque consilio in quævis pericula sese conijciuut ac præcipitant. Leo ut est animalium omnium audacissimus & rex: ita aptè illius figura erecta, ac ad pugnam instituta, audacia significatur: quæ principibus viris imprimis convenit, tum ut res magnas arduas ac periculosas non tentent, nisi adhibito priùs consilio, Tum etiam ut ab inceptis non facilè desistant, sed leonum instar magna animi fortitudine audacter & intrepidè ijs incumbant, donec ad optatum finem perducant. Nihil enim turpiùs principi præsertim in rebus bellicis, quàm quid inconsultè aggredi, ac tentata frustra cum ignominia relinquere. Recte itaque Mysta audaces consilium juvare asserit.

Laurentius Priolus Venetorum Reip.
Dux 82.

Hieronimus Priolus Venetorum Reip
Dux 83.

Petrus Loredanus Venetorum Reip
Dux 84.

Aloysius Mocenigus Venetorum Reip
Dux 85.

Nicolaus de Ponte Venetorum Rei
publicæ Dux 86.

Pasqualius Zicogna Venetorum
Reipublicæ Dux 87.



NULLA HORA SINE LINEA.

Linearum pictura nobilis fuit Appelles. Is cum Protogenem pictorem, qui peregrè profectus fuerat, quæreret lineam ex colore duxit sũmæ tenuitatis per tabulam: nolebat enim domœsticis nomen suum dare. Reversus Protogenes ac subtilitatẽ lineæ contemplatus Appellem se quæsiviſſe asſeruit. Quapropter arrepto penicillo alio colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxit, ac præcepit, ut si redijſſet illi ostenderetur. Reversus Appelles ac vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum, ac Protogenem hac ratione superavit. Appelles id in ore habere solebat: nullam diem illi esse sine linea. Cui sententiæ, Symbolum hoc simile est viris omnibus, qui reipublicæ inserviunt ac præficiuntur observatu necessarium. Vt enim Sol, qui inferiora hæc omnia calore & luce regit, generat, producit, ac fovet, nunquam quiescit, ac stylo, quem in horologijs solaribus radijs suis illuminat, singulis momentibus umbram facit, & proinde NVLLA etiam HORA SINE LINEA elabatur: ita etiam reipub. duces nunquam ociosi esse, sed assiduis exercitijs populi bonum. & commodum curare debent. Hoc quia huic duci semper propositum fuit, diligentiæ suæ notam, posteris, hac Hierographia reliquit.

PAULATIM, PAULATIM.

Paulatim incedit, sed securè testudo. Securè propter domicilium ac tegumentum, quod secum perpetuò fert, ita compactum mirabili naturæ artificio, ut eo ab omni periculo tupium ubi degere solet defendatur & muniatur. Nam à saxis sive in illa præcipitetur testudo: sive ea in illam decidant, neque lædi ipsa, neque tegumentum confringi potest. Ostendit hac Hierographia prudentiam Mysta, qua in rebus arduis & quæ ad reipublicæ suæ salutem spectant utitur. Paulatim enim difficillima negotia gerit, ac non nisi circumspectè & deliberatè. Hac enim ratione tutò ad optatum finem etsi paulò tardiùs, perducuntur. Sat citò, inquit ille, si sat bene. Complures properanter & absque consilio sua conficiunt, verùm sæpe illos properantiæ nimiæpœnitet: Si aliqua res celeritate opus habet. res bellica est: Verùm ni & illa, consilio subitaneo præhabito geratur, multorum exitio properantis stultitia plectitur. Valet enim semper hoc Salustij: priusquam incipias consulto, at ubi consulueris maturè opus est facto.

NON SUNT TALES AMORES.

Duo Hastarum manipuli vincti concordiam viresque junctas multorum, Vincula, amorem significant. Vt enim junctæ hastæ nulla ratione infringi, ne à robustissimo quidem viro, separati facillimè ac à puero possunt. Ita etiam regna ac Reipub. concordes nulla hostium vi subverti possunt. Hanc concordiam conservat amor civium erga se mutuo, quem virtus & bonæ leges similiaque civium studia parere solent. Hic si labatur aut vacillet, & vel propter diversam relligionem, aut alias causas,

sas ultro citroque minuatur aut pereat: respub. tandem pessum it, ac non diu stare potest, ut multæ etiam optimæ institutæ respub. suo interitu satis declarant. Id Mysta prævidens aliquando (ut nihil in rebus humanis perpetuum) reipub. suæ posse contingere. Ait: NON SVNT TALES AMORES hominibus, ut nunquam dissolvi ac infringi possint: ac propterea se dolere casuram aliquando florentissimam rempublicam.

VI PARVA NON INVERTITUR.

Vt elephas animalium vastissimus VI PARVA NON INVERTITVR ita nec magna respub. quæque divitijs opulentia ac virtutibus floret: Hæc enim duo, tanquam columnæ eam, ne labatur, sustinent: Divitijs enim, ea quæ necessaria ad conservationem reipub. sunt: ut confœderati, annona, milites, & arma comparantur, ac incolarum virtute, ea quæ comparata sunt, in optimos usus vertuntur. Virtus autem una, non sufficit. Nam justitia, fides, prudentia, fortitudo, ac temperantia requiruntur. Iustitia, ut inter populum æqualitas Geometrica & Arithmetica servetur, crimina puniantur, & bene de repub. meritis præmia dentur: Hac enim ratione pax servatur, & discordia, quæ cives perdere solet, prohibetur. Fortitudo, ut tum ad invadendos hostes, tum ad tuendã remp. ac molestias quasvis ferendas, promptus sit animus. Fides, ut commercia tutò geri, ac quilibet securè de se vel suis rebus, quod volet, statuere possit. Prudentia, ut gerenda, quàm optimè gerantur, & vitanda, securissimè vitentur. Ac postremò, temperantia, ut malorum, rixarum tumultuumque causæ, quæ ex luxu ac ebrietate nasci solent, impediantur. Istis profectò innitens columnis respublica Veneta, (ad quam proculdubiò direxit Aloysius Mocenigus hanc Hierographiam) VI PARVA NON facilè INVERTETVR. Non cadet enim (quæ jam aliquot centenis annis floruit) priusquam virtus exulet, crimina impunita maneant, ac potẽtioribus peccandi licentia libera relinquatur, plebsque opprimatur, ac ad seditionem compellatur. Quæcunque enim respublica diu starè vult, nulli rei magis, quàm ut probi tuti ab injuria & damno vivere possint, studere debet. Qui rempublicam perdi volunt, improbos inducant, qui luxu, intemperantia, perfidia, ac malis moribus, bonos corrumpant: sic enim brevi illius habebunt exitium. Perpendens itaque Mocenigus reipublicæ suæ, sibi commissæ, magnitudinem & potentiam, verè vi parva non facilè inverti posse asseruit.

ALIIS INSERVIENDO CONSUMOR.

Nicolaus de Ponte ad familiæ nomen, dum pontem pro Hieroglypto exhibet, appositè, quod cognomine, & re pontis instar sit, alludit: ut enim pons eorum à quibus calcatur pedibus, consumitur: ita & ipse reipublicæ suæ præfectus, dum eos, quos regit curare, ac justiciæ administratione, alijsq; munijs publicis inservire cogitur; se alijs inserviendo consumi verè asserit. Magnum enim onus est reipub. servire absque absolu-

ta, & regia poteſtate, interea tamen omnia ad commodum populi aptare debere. Laude quidem omni digniſsimum cum boni principis ſuprema lex, ſalus populi eſſe debeat, ſed quæ multa incommoda, & pericula ſecum trahat. Bellua enim multorum capitum eſt populus, quibus ſingulis diverſa de rebus inſunt judicia, & quod uni placet alteri diſplicet. His omnibus qui ut placeat, ſtudet, non parum conſumitur, animiq; & corporis vires frangit. Non mirum itaq;, bonum hunc principem officio & vocatione ſua ſtrenuè fungentem, oſtendere velle quid lucri, & emolumenti oblata illi ducatus dignitas afferat: Nihil videlicet, quàm pericula, curas & ſollicitudines, quæ vel interitum, vel varias animi, & corporis ægritudines inducunt.

ULTRA NUBILA.

Vt navis tempeſtate jactata, tandem ſecundo afflante vento ſecuto eſſe in ſtatu videtur, ac ciconia ad altiſsima volatum dirigens, tandem etiam ultra nubila delata, neq; à pluvijs, neque ventis amplius quicquam perpeti poteſt: ita Paſquaſius iſte Dux à ciconia nomen familiæ ſuæ habens, ciconiæ exemplo egregiè oſtendit, ſe ad ſummos quidem honores perveniſſe, ac poſt varios fortunæ inſultus, ea jam ſatis proſpera frui: verùm nondum planè ſecurum eſſe, ut caſui ciconia ac vectura onuſta navis antequam portum attigerit naufragio ac ſubmergendi periculo expoſita eſt. Has animi ſui anguſtias, & curas Hieroglypto notat, ac nihil, in rebus humanis tutum, neminemque ante ſupremum diem quantumvis fortuna arrideat beatum dici poſſe ſignificat. Laude propterea nō mediocri dignus. Nihil enim prudentiùs quàm omnes fortunę applauſus ſuſpectos habere, & ita firmare animū, ut ſi velum verrat, noxa nō ſentiatur. Magnum quid videtur ad honores ſummos evehi, ſed ut honos, ita onus creſcit, & quantum honoris accreſcit, tantum libertatis decreſcit. Sic qui rebuſp. præficiuntur ſummum quidem locum ſummamq; dignitatem obtinent: verùm ingenti adjuncto onere, dum omnibus ac ſingulis reipub. membris regendis occupantur, ac rectè ut figura indicat onerariæ navi ſimiles ſunt, quæ, quo amplior eò plura in ſe recipit, ac quo plura, eò obortа tempeſtate majoribus periculis exponitur, ac faciliùs undis (ni ſe citò exoneret) obruitur. Libertatis jacturam capere illos, qui ſumma in dignitate conſtituti ſunt, notum eſt. Vix enim animum à curis relevare, rebus domeſticis, liberiſq; bene educandis, ac valetudini curandæ operam dare illis licet. Hæc omnia, qui neſcit, ſi deſint, libertatem minuere, vix ſapit. Valeant itaque honores tot periculis ac incommodis venales, ac mediocritas in rebus omnibus quæratur, & ſufficiat.

Iacobus Foscarinus Venetorum Reipub. Dux 88.

Marinus Grimanus Venetorum Reipublicæ Dux 89.

Duces Mediolanenses.

Ioannes Galeatius Vice Comes Mediolani Dux. T. Comes Virtutum.

Ioannes Maria Vice Comes. Mediolani Dux II Comes Virtutum.

Philippus Maria Vice Comes Mediolani Dux ultimus ex Vice Comitum.

SOLA MIHI REDOLET.

Fascículus florum Hieroglipto exhibitus, varias & diversas respublicas in hoc orbe constitutas designat: quæ etiamsi floreant, ac opulentia, bonis legibus, alijsque ornamentis celebrentur, ac cuivis placeant. Tamen ferè semper ea in qua quis natus, & educatus est, cæteris gratior, ac acceptior esse solet, Imprimis autem tum, cùm in ea non solum commoda vivendi ratio, verùm etiam præcipuus dignitatis gradus habetur. Id quia Iacobo Fossario contigit, quid mirum illi rempub. suam tàm celebrem, tàm bene constitutam, tàm antiquam, tàm claris viris omnique disciplinarum genere ornatissimis refertam, tàm augustijs palatijs ornatam, ac denique omni rerum abundantia tàm affluentem præ cæteris, quas longis parasangis præcellit, redolere & placere. Hunc animi sui affectum, hac Hierographia palam omnibus aperire voluit, eaque ratione se quodammodo gratum patriæ suæ esse ostendere. Gratitudinis enim est agnoscere acceptum beneficium, quod rependi non potest.

SYDERA CORDIS.

Serenissimi istius principis Symbolum cum Hieroglypto parum convenire, ac Symbolum vix explicari posse, videtur. Quid enim sydera cum leone, & quid cor cum syderibus conveniens habet? Cor profectò nullis syderibus, sed cœlum tantùm ornatur. Verùm prudentissimus princeps abdita animi sui non cuivis fortasse patere voluit, sed ijs solummodo, qui occultiori philosophiæ se consecrarunt, ac mysticum Hierographiarum sensum consequi valent. De microcosmi enim syderibus hic agitur, ac analogia majoris mundi cum minore (homine videlicet, qui microcosmus vocatur) ostenditur. Vt enim in majori mundo Sol suo calore, & spiritu omnia fovet, ac syderibus omnibus lucem (philosophorum omnium sententia) tribuit: ita microcosmi Sol (id est cor hominis) caloris omnis, & vitalis facultatis fons, ad cerebrum (microcosmi cœlum) ac principes facultates intellectum & ratiocinationem, suos radios seu spiritus mittit: ut principum facultatum meliores habitus, id est virtutes (quæ microcosmi sunt sydera) illustrentur. Quæ verò sint ista sydera, vel virtutes? Hieroglypton indicat, ac præcipuè crux leonis anteriori pede præmonstrata, scopusque aliarum virtutum omnium, vera nempe religio. Nam virtutes, ut constantia, fortitudo, liberalitas ac magnanimitas, Leone S. Marci Venetorum patroni designantur. Mysticè itaque ostendere princeps hac Hierographia voluit, veram Christianamq; relligionem, & virtutes omnes, præcipuè autem animi fortitudinem, & constantiam, desiderio & sydera cordis sui esse, ac optatam quam cupit contingere metam. Augustum me hercule propositum Vt enim nihil maius religione, qua Deo alligamur, ita nihil optabiliùs, quàm rationem habere, ac modum virtute comparatum, quò ejus connexu & unione frui liceat.

HUMENTIA SICCIS.

Exhibetur hic arboris truncus viridis, cui ignis substratus, & duæ situlæ

fitulæ aqua plenæ appenſæ ſunt. Quibus haud dubiè indicare voluit Ioannes Galeatius: ſe omnibus in rebus moderatione uti, & temperantiæ ſtudere, ac animi affectus omnes, præcipuè verò iram, & libidinem, quæ igni optimè comparari poſſunt, ratione, ut aqua ignis vehementiam contemperat, compeſcere. Quod certè animi propoſitum in viro magno, & principe ſummopere laudandum eſt, ac ab antiquis non parum celebratum. Extat apud Livium præclarum Scipionis Africani exemplum. Qui Carthagine in Hiſpania capta, virginem captivam elegantiſsima forma ad ſe perductam, Romanorum hoſti & principi deſponſatam, Sponſo ſanctè ſervari, ac reſtitui cum dote juſsit. Qua temperantiæ ac munificentiæ fama, magnæ Hiſpaniæ partis ſtudium & favorem ſibi conciliavit; ut inde amica Romano populo fuerit. Iulius Cæſar etiam iram comprimere, ac ratione extinguere potuiſſe ſcribitur, ut nullius rei illum oblivio citiùs, quàm injuriarum (quæ irarum fomites eſſe ſolent) caperet. Vtilis itaque eſt omnibus in rebus moderatio.

HUMENTIA SICCIS.

Similis omnino hæc Hierographia præcedenti eſt. Ob id ab ea ejus interpretatio ſumi poteſt. Vt itaque præcedens moderatione omnibus in rebus opus eſſe docet: ita hæc. Moderatio autem imprimis illis, qui alios regunt, convenit. Qua ſæpiſsime etiam contra ſancitas leges, quod æquum eſt, diſtribuitur, ac obſervatur. Eſt enim æquum aliquid juſto majus & correctivum ipſius, propter circumſtantias, quæ poſitum juſtum immutant. Hinc proverbium: ſummum jus ſumma injuria; dum videlicet nimis ſtrictè obſervatur, neque pro eorum, quæ incidunt, natura, moderatur ac corrigitur. Quid enim ſi ſtatutū ſit, eum, qui noctu gladium gerit, aut ſclopeto plumbeas glanges ejaculatur, capite plecti debere: æquū ne eſt peregrinum, qui legē ignorat ac primùm urbem ingrediens in legem peccat, capitis damnari? Nemo ſanè, niſi mente captus dixerit. Vir enim prudens & æquus, reum venia, ob ignorantiam cuius cauſa ipſe non fuit, dignum eſſe, ac id æquitatem poſtulare, quæ legem ita moderatur, neminemque abſque culpa puniri vult, cenſebit.

VEL IN ARA.

Non puto hanc Hierographiam à Galeacio Maria fuiſſe editam, ſed ab alio quopiam, ſi vera ſint, quæ Paradinus refert: Scribit enim Galeacium ita libidini fuiſſe deditum; ut virgines ac honeſtas matronas vi compreſſerit, & violârit: eaque Tyrannide ſibi omnium odium ac præcipuè eorum, quos lædebat, ita comparaſſe, ut Andreas quidam Lampaganus ab illo graviter offenſus, in ejus mortem ſocijs nonnullis ſibi adjunctis conſpirârit. Quia verò principis majeſtas poſtquam ſæpius cædem cum ſocijs propoſuiſſet, illum à cæde facienda terrebat, & prohibebat: ut intrepidus, ac ad facinus perpetrandum audacior eſſet, juſsiſſe ſibi ad vivum in tabella imaginem principis depingi, ad quam aliquoties in die, ac cum luberet, pugionem adigebat. Tandem cum frequenti & quotidiano adactu, jam ſibi audacior videretur, ſocijs acceptis, templum, ubi princeps erat ingreſſū fuiſſe, ac illum colloquij quaſi cauſa per ſatellites accedens, pu-

gione subitò interfeciſſe. Hæc profectò hiſtoria, ſi vera eſt, ſatis declarat, neq; interfectum Galeacium hac Hierographia uſum fuiſſe, neque etiam interfecti filiũ vel nepotem Quicunq; itaq; is fuerit, vel indicare ulciſcendi cupiditatem voluit, vel in patriam ſtudium, Mutij Scævolæ exemplo, qui vel in ara hoſtem ſuum ſi ſeſe obtuliſſet occaſio, trucidaſſet. Glorioſum enim eſt patriæ hoſtem trucidare. Hoſtes patriæ ſunt, qui patrias leges, & patriam relligionem, extinguere, delere, vel mutare volunt. Pro his pugnandum dum vires valent, dum deficiunt aut ceciderunt, cedendum potiùs, ſatius enim eſt partem patriæ, quàm nullam ſupereſſe.

BATTI TUTTI SE NON GUASTA.

Imperantis vel conſulentis eſt Symbolum. ait enim: Feri omnes, ſi nõ, deſtruis. Obeliſci ſunt lignei, quos feriri omnes vult Myſta; Erecti enim collocantur: ut deijciantur à ludentibus. Interdum omnes deijci, ut vincatur, & numerus dejectorum vincenti propoſitus compleatur, debent. quod ni fiat, & ne unus tantúm ſuperſit, amittitur victoria. Obeliſcis autem Myſta inimicos, & in necem, vel detrimentum ſuum confœderatos, intelligi vult. Quos vel non laceſſendos, vel omnes opprimendos utile eſſe ſecuritatis cauſa arbitratur. Crudele quidem & parum Chriſtianum conſilium (ſi hoc modo Symbolum interpretari velimus) ſed quod in rebus politicis utile & neceſſarium videtur Paucorum enim interitu ſæpe multorum cavetur, ac reipub. tranquillitas conſervatur. Hujuſmodi conſilium à Turcarum Imperatoribus obſervatur, ad tyrannidem enim evecti, fratres, quoſque ad regnum fas habere putant, necari omnes ut ſuperſtites, ac à nullo laceſſiti regnent, jubent. Abſque tamen periculo, huiuſmodi animi propoſitum exequi non licet: Quia multoties, qui inimicos aut hoſtes ſuos delere omnes conatur, non poteſt, vel quod non omnes norit, vel quod crudelitate illa, hoſtium amicos ſibi hoſtes faciat, atque hoc modo inimicorum inſidijs ſe exponat, ac in alios conſtituram necem in ſe transferat. Eleganter periculum hoc (ſi Chriſtianè Symbolum explicare velimus) inſinuare Myſta videtur: dum ait: omnes feriendos aut rem malè geris non ſufficit enim conatus, ut res bene geratur. Quin ſi unus ſuperſtes manſerit, is aliorum necem ulciſci, hoſtibuſque multum negotij faceſſere poterit. Omnes itaque deijciendi aut delendi ſunt. Verùm quia id difficulter & non ſine ſummo periculo fieri poteſt: Quid aliud inferre licet, quàm Symbolum obliquè innuere: hoſtibus parcendum, Deoque ſoli vindictam relinquendam eſſe, Myſtæque propoſitum pium eſſe. Chriſtianus enim fuit, Proinde nihil æquè Chriſtianum piumq; Principem magis decet, quàm hoſtes non lædere vel laceſſere.

Franciscus I Sfortia. Mediolani Dux IIII. Marchio
Anconę Comes Rotunâis et
Auglarię.

Galeatius Maria Sforția Mediolani
Dux V. Comes Rotundis Mar Anconę

Bona de Sabaudia Galeatij Marię
uxor. Ducissa Mediolani.

Ioannes Galeatius Sforția Galeatij
filius. Mediolani Dux VI.

Ludouicus Morus Sforția Mediolani
Dux VII.



QVIETUM NEMO IMPUNE LACESSET.

Franciſcus Sfortia dux Mediolanenſis, cum ducatus poſſeſsionem ad ſe hæreditario jure per uxorem Blancam vicecomitiſſam devolutam, accepiſſet, ac turbulentum reipublicæ ſtatum armis ac vi compeſcuiſſet, munitionemque firmiſsimam Portam Ioviam appellatam, tumultuum impediendorum, ac ſecuritatis gratia extruxiſſet, militaribus inſignibus venaticum canem clunibus inſidentem, ac anterioribus pedibus inſiſtentem, ſub pinoq; quieſcentem appingi curavit, adjecto Symbolo: QVIETVM NEMO IMPVNE LACESSET. Quo proculdubio indicare voluit, ſe neminem laceſſere velle: verùm laceſsitum, promptum ſe ad defendendum ac offendendum fore. Quod re ipſa Iovio teſte præſtitit, cum Renatum regē provincię, bello ad ſe imminentē, armis compeſceret. Boni enim principis indoles eſt, neminē offendere, neminiq; vim aut injuriam inferre; verùm in offendentes aut laceſſentes graviter ſęvire.

QVIETUM NEMO IMPUNE LACESSET.

Differt hac Hierographia à priore, Hieroglypto non Symbolo. Nam hic canis inquietus, ac latrans in truncum arboris impetum facit, quem dejicere conatur. Inquit Myſta QVIETVM NON IMPVNE LACESSET. Trunco, ſc, qui quietus eſt, ac neminem laceſſit, ſtatumque ſuum ſatis firmum, ac cane, hoſtes ſuos notari vult. Hos non ſolùm fruſtra in ſe impetum facturos, verùm etiam defatigatos ſibi ipſis nocituros, ac non impunitos manſuros Symbolo declarat. Vt enim nimio latratu defatigatur & læditur canis; ita etiam, quicunque potentem & quietum principem oppugnat, oppugnando ſuas atterit vires, ac tandem ijs deiectis, proſtratiſque, facilè vincitur, ac ſtultitiæ temeritatiſque ſuæ pœnas luit. Prudentiæ itaque eſt, quietos non laceſſere, neque irritare crabrones, ne laceſsiti damnum capiant, ac ſui mali ipſimet cauſa ſint.

ME TRAHIT ALTUS HONOS.

Quicunq; honori aram conſtruit, id eſt, omnia ſua eo dirigit, ut ſummos honores conſequi poſsit, is facilè honores nanciſcitur, ac ijs attollitur. Dirigit is, qui virtutibus operam dat, omnibuſque utilis prodeſſe ſtudet, ſupremumque numen colit, amat, ſibique uniri cupit. Id approbat aurea illa Salvatoris ſententia: Primùm quærite regnum Dei, & cætera adijcientur vobis. Tanta enim virtutis, ac pietatis vis eſt, ut eam honor tanquam umbra ſequatur, ac vitium fugiat. Non mirum itaque Myſtam, qui mentem ſuam cœleſtium rerum deſiderio teneri innuit, (ut cœleſtis globus, & ſtellæ docent,) Symbolo aſſerere: ME TRAHIT ALTVS HONOS. Agnoſcit enim divini amoris vim, qua ad perpetuos æternoſque honores trahitur. Verùm hi rarò appetuntur, quod pòſt hanc vitam tantùm ſpes ſit, eos conſequi poſſe, omnes enim potiùs mundanis

danis honoribus consequendis operam nauant, quia ob oculos versantur & in quotidiano sunt usu. Sed melior sanctiorq; hujus principis sententia Christiano homini servanda est; quia cœlestia terrenis, ac æterna interiturisprefert.

SOLA FACTA SOLUM DEUM SEQVOR.

Plinio narrante Phœnix Arabiæ avis est Vnus in toto orbe, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa colla, cæruleam roseis caudam, pennis distinguentibus, cristisque faciem, caputque plumeo apice cohonestante, vivere annis sexcentis creditur, ac senescens castra thurisque surculis construere nidum, replere odoribus, ac superè mori. Ex ossibus deinde, & cineribus potiùs, nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum, & tandem adolescere. Vnicam hanc avem principissa Bona SOLA FACTA ob mariti obitum, imitari voluit, ac propterea se SOLVM DEVM SEQVI ad supremum usque diem phœnicis exemplo potiùs velle, quàm secundas nuptias celebrare, clarè Symbolo significat. Laudatur ob idem propositum Annia Romana, quæ cum hortaretur, ut vidua juvenis formosaque, iterum nuberet, respondit: se nolle. Quia si bonum conjugem, ut primum habere contigisset, perpetua si eum mitteret molestia victuram. Quod si contra in malum incidisset virum: nimium grave habituram illud malum, quod nulla necessitate cogente sibi ipsa peperisset. Valeria etiam Romana maior Messalorum fratrum soror celebratur; quod cum similiter hortaretur, ut secundò nuberet. Responderit, Servium qui ejus vir fuerat, etsi alijs mortuus videretur, apud se tamen adhuc vivere. Non parvam itaque continentiæ, & pudicitiæ laudem meretur hæc principissa, quòd vidua facta, nullum alium sponsum, quàm Deum velit, qui interire nunquam, ac perpetua fœlicitate eam beare potest.

ESTE DUCES.

Ducum officium & munus est, gregarios milites in hostem ducere, ac factis industriam, fortitudinem, & peritiam rei militaris ostendere, ut sibi authoritatem & obedientiam erga milites pariant, ijsque animum, quo ad invadendum hostem, multò sint alacriores, faciant. Vbi enim conspiciunt ducem periculis se primos exponere, hostes aliquot sternere, ac coronas militares aliquot meruisse, pudet propriæ ignaviæ, ac præcipites in hostes ruunt, vel vincere, vel mori cupientes. fas est itaque duces (ut Lancea in hostes præmitti solet) tum industria, tum rei militaris peritia, rerumque gestarum gloria (quæ coronis tribus notatur) cæteris militibus præcellere, ac rebus factisque, se veros duces esse docere. Hac enim ratione milites honoris & gloriæ cupidos, ac ad quævis audenda intrepidos faciunt. Dum enim gloriæ consequendæ studio inflammantur & tenentur, ac mentem præmiorum accipiendorum spe erectam habent, ultrò citroque sese in omnis generis discrimina præcipitant, ac præclarè rebus gestis, coronas militares consequuntur, & ad majores dignitates promoventur,

moventur, tandemque exercituum duces creantur. Rectè itaque Myſta ſuos monet, ut duces eſſe ſtudeant, ac honorem & gloriam ſibi tanquam ſcopum proponant.

SECURITAS ALTERA.

Canis plebis ingenium optimè refert. Vt enim canis mendicitate vivit, blandiendoque ſibi victam quæritat, alioſque canes & homines ab heri culina latratu, & morſu abigere, & arcere, dum ſibi præferri animadvertit, conatur: ita etiam Plebs: Potentiorum enim amicitias adulando commodi cauſa venatur, quas ſi conſequi cum fructu non poteſt, ac ſe deſpici, commodaque omnia ad præcipuos deferri, & ab ijs cum luxu conſumi, percipit, ſuæ pauperitatis pertæſa, ac magnatum fœlicitati invidens, latratu ac injurijs magnatum famam lacerat, ac morſu armiſque illos ac totam rempublicam (ni compeſcatur) perturbat. Compeſcitur autem viri alicujus præſtantis & gravis oratione, legibus, pœniſque. Oratione etſi primus fervor plebis obtundatur; non tamen ſecurus redditur reipub. ſtatus, niſi legum vis adhibeatur, ac ſeditionum capita carceribus includantur, ijſque amplius nocendi occaſio præcidatur. Tum enim ſecuritas altera, & vera reipub. conſtituitur, Quæ pravos, legibus pœniſque ad officia & tranquillitatem reipub. ſervandam, cogit. Vbi libertas plebi nimia indulgetur, ibi viri boni ſervi, non liberi ſunt, & ab illis ſecuritas exulat.

Maximilianus Sforția Mediolani
Dux VIII.

Franciscus II Sforția Mediolani
Dux IX. et ultimus

Franciscus II Sforția Mediolani
Dux IX et ultimus.

Christierna Christierni Regis Danię
filia Francisci II. Ducis uxor.

Duces Sabaudię

Amadeus VI. Com. Sabaudię Dux Cabla:
et Augustę Prętorię Princeps Nolę

Amadeus VIII. Dux Sabaudię et Cablasij
et Augustę Prętorię Princeps Nolę



BREVIS VITA MAGNANIMORUM.

Maximilianus Sfortia Mediolani Dux, hac Hierographia ſe ad res magnas gerendas animum quidem habere demonſtrat; Verùm ſe animi deſiderium explere non poſſe propter vitæ brevitatem: Ait enim: magnanimorum vitam brevem, ac Hieroglypto oſtendit formicam, rem magnam, nempe cœlum petere. Magnanimum herclè animalculum, quòd pro corporis magnitudine majores vires habet, quam quodvis aliud animal, cuiusque vires, excedit animus, quo etiamſi breviſsimæ ſit vitæ, multa conatur: Rempublicam enim inſtituit: diligentia, cura ac labore, dum domicilia & horrea extruit, tantos interdum terræ acervos ejicit, ut vix quis credere poſsit, à tam exiguo animalculo aſsiduis laboribus tantum acervum congeri poſſe. Vt itaque tanti animi animalculo animus eſt ad cœlum repere, ac priuſquam eò pervenire poſsit, vita deficiat; ita dolendum multos egregios viros, qui magna animo concipiunt, ut humano generi proſint, è vita tolli, priuſquam animi concepta ad optatum finem perducere poſsint.

SALUS ET VICTORIA NOSTRA.

Conſpiciuntur hîc oleæ duo rami diadematí inſerti. Oleæ rami pacem, diadema regnum vel rempublicam, Symbolum reliqua exprimit: Ait enim: SALVS ET VICTORIA NOSTRA, intellige pax eſt in regno vel republica. Quia omne bellum quietis paciſque recuperandæ cauſa fit, quæ finis & ſcopus belli eſſe debet, nec non etiam victoriæ. Nam victoria obtenta pax reſtituitur, ſalúſque reipublicæ. Hinc rectè Cicero: *Dulce eſt nomen pacis, res verò ipſa tum jucunda tum ſalutaris.* Et Silius Italicus:

pax optima rerum,
Quas homini noviſſe datum eſt, pax una triumphis
Immeritis potior; pax cuſtodire ſalutem
Et ciues æquare patens.

MIT DER ZEIT, id eſt: TEMPORE.

Tres in hac Hierographia viſuntur rupes, ex ſingulis, ſingulæ enaſcuntur Palmæ. Media rupes, ut & palma cæteris procerior, adjunctæ à lateribus rupes, minores ſunt. Germanicè Symbolum additur; MIT DER ZEIT, hoc eſt TEMPORE, quaſi innuere vellet, tem-

let, tempore minores palmas fore æquales majori, quæ jam excrevit: Videlicet palmam majorem, quæ victoriam adeptam significat, jam esse constantem; reliquas verò speratas & imminentes mediæ similes, & constantes rupium instar fore. Admonet etiam Symbolum authorem non diffidere sibi, quin tandem progressu temporis de inimicis sit reportaturus victoriam: Tantùm patienter expectandum, donec palmæ excrescant, id est: tempus victoriæ occasionem maturam faciat.

ACCIPIO NULLAS SORDIDA TURRIS AVES.

Inter Hierographias, quæ hoc volumine continentur, inepta hæc nihilque egregium continere videtur; Loquitur enim Turris, seque sordidam appellat, ait siquidem: ACCIPIO NVLLAS SORDIDA TVRRIS AVES. At quid hæc? nisi fortè ironicè Catharina (à detractoribus sordida appellata) se sordidam, quæ mundissima fuit, vocet, ac se nullas aves, id est nullos leves & inconstantes moribusque incompositis homines, qui alijs malo exemplo sunt, ac ad vitia trahunt, in aulam suam admitrere, indicare velit.

FORTITUDO EIUS RHODUM TENUIT.

Societas annunciationis Beatæ Virginis ab Amadeo quinto Sabaudiæ Duce instituta fuit, huius societatis Hieroglypton, torques ex aureo funiculo his literis. F. E. R. T. insertis, fuit, quibus Symbolum exprimitur. Fortitudo ejus Rhodum tenuit. Refertur autem Symbolum ad Amadeum primum Ducem Sabaudiæ, qui æquites Rhodienses à Tyrannide infidelium liberavit. Amadeus Quintus cum societatem instituerat, elegit socios quatuordecim, præcipuos suos nobiles. Amædeum Comitem Genevensem, Antonium Dominum de Geauzeu, Hugonem de Challon, dominum de Arley, Amadeum de Geneva, Ioannem Viennensem, Amiralium Franciæ, Gvillelmum de Granzon, Gvillelmum de Calamon, Ronlandum de Veyssy, Stephanum Bastard de La-baume, Gasparum de Moneur, Barleum de Foras, Themardum de Menchon, Amadeum Bornard, ac Richardum Musard Anglum, Quorum singulis torquem aureum literis prædictis insertis, in memoriam primi Ducis, dono dedit.

DUCTORE DEO.

Amadeus iste Sabaudiæ Dux, se ad Pontificatum DEO DVCTORE pervenisse ostendere voluit. Baculo enim, quo solent peregrinantes uti, cursum vitæ suæ, quæ nihil aliud, quàm vera est peregrinatio, demonstrat. Baculum sustinet manus è nubibus porrecta, nempè Deus,

qui peregrinantem ducit, vitamque ejus dirigit. Pileus autem baculo appensus, pontificatum, quem DEO DVCTORE consecutus est, adumbrat. Monemur hîc, ut nos, vitamque nostram Deo commendemus; bene semper speremus, neque præter modum solliciti simus: Quia ad vitam necessaria pater noster cœlestis nobis abunde semper suppeditabit: Ait enim Salvator; primùm quærite regnum Dei, & justiciam ejus, hæc omnia adjicientur vobis.

Ludouicus Dux Sabaudiæ II Cabl'a: sij et Aug: Prætoriæ Princ: Pedc:

Amadeus VIII. Dux Sabaudiæ III. Cabl: et Aug: Pretoriæ Princeps Pedemont

Philibertus II Dux Sabaudiæ III. Cab: et Augustæ Prætoriæ Princ: Pedemon:

Carolus Dux Sabaudiæ V Cablasij et Augustæ Prætoriæ Princ: Pedemon.

Carolus Ioannes Amadeus Dux Sab: Cabl: et Augus: Prætor: VI. Prin: Pedc:

Philippij Comes Baugiaci et Brixiæ tum Dux Sabaudiæ VII. Prin: Pedc:



TRACTA MAGIS FERIUNT.

Obscurior hæc videtur Hierographia, verùm elegans est; Nam figuræ explent, quod Symbolo deest: ait enim Symbolum: tracta magis feriunt. (supple,) quàm fracta, aut decidentia: Arcus enim depingitur, cujus corda aut funis fractus, ac sagittæ fractæ, & decidentes apparent. Hierographiam hanc veram esse quilibet intelligit; verùm quo tendat author, difficile divinatu est; fortè hostium minas non ferire, ut gladium aut telum intelligit.

Non semper feriet, quicunque minabitur arus.

Propterea minas leveſque injurias negligendas ac contemnendas esse: Magni enim hoc animi esse indicium, si quis ab exiguis non facilè commoveatur, sed tum primùm, cùm honor, aut vita periclitatur, hoc est, cum verè feritur. Hujus animi, leo præ cæteris generosum animal, exemplum est: Vulneratus enim, observatione mira percussorem novit, & in quantalibet multitudine appetit: Eum verò qui telum quidem miserit, sed tamen non vulnerarit, correptum rotatumque sternit, nec vulnerat.

IACTÆ CRESCIMUS.

Exhibet hic Mysta projectiles ollas artificiali igne repletas duas, quæ in hostes, aut obsessas urbes ad incendia excitanda proijciuntur: Hæ, quia flammam & ignem continent, ac is jactus vento agitatus, aut in materiam cōbustibilem incidens, facilè excrescit, rectè Symbolo adaptatur. Quo author Hierographiæ, ignis instar, si varijs fortunæ procellis agitetur, aut jactetur, se majorem indies futurum arbitratur: Viros enim fortes non deijcit fortuna, sed exercet, ut ubi injurias paulatim remiserit, crescant, ac malorum perpessorum memores, majori studio & conatu se animo fuisse infracto, ostendant, nullamque calamitatem metuere, quam non forti animo ferre, & superare possint.

PRÆSTANTIOR ANIMUS.

Quia proprium aquilæ est Solem posse innoxiè inspicere, propterea pullos implumes subinde cogit (ut inquit Plinius) Solis radios intueri, & si conniventes, animadvertit, præcipitat è nido, velut adulterinos, & degeneres. Intuetur hic quidem Solem aquila: verùm iter sursum institutum relinquit, ac deorsum tendit, non quod Solis radios non ferat visus, sed quod corporis vires, ut Solem petat, non sufficiant. Hæc eleganter Heros iste Symbolo suo accommodavit: Ostendere enim voluit, se omnibus animi, & corporis viribus, ad res magnas, & sublimes tendere: verùm ad propositam metam & scopum pervenire non posse, corporis non animi defectu, quem præstantiorem & indefessum animadvertit. Is etsi absque corpore nihil præstare, ac corpus ad nutum regere non possit, tamen subinde ejus vires auget.

Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit,
Ille etiam vires corpus habere facit.

Non

Non tamen vires illæ animi appetitui, qui infinitus est, ac satiari non potest, comparari possunt. Consolatur itaque se, quod animus promptus fuerit, etsi corpus imbecille.

NATURA MAJORA FACIT.

In confesso est, naturam majora facere quàm artem. Si quis dubitet, contempletur in Figura Oceanum, ejusque fluxum & refluxum: AEthnæ ignitas evomitiones, quæ interdum ingentia saxa, ad aliquot miliaria ejiciunt: nubiũ resolutiones, & imbres, quæ jugiter subinde universam provinciam per aliquot dies perfundunt, inebriantq;. Certè hæc nunquam ab arte fieri posse, quivis percipiet. Vt autem in his natura arti præpollet, ita etiam in ijs, quæ homini insunt. Fundamentum enim omnium artium, & virtutum natura esse debet. Nisi enim quis aptus sit ad artes, aut virtutes, rarò artifex, aut probus evadet. Educatio multum quidem potest, sed materiam tantum figuli instar à natura suppeditatam, efformat; quæ si inepta fuerit, nihil inde effinget. Hinc est, quod nonnullis videantur adnatæ artes, & probitas: alijs è contra neque educatione neque præmijs aut pœnis artes vel virtutes inseri possint. Vt autem quis illustris fieri possit, & clarus, educationi succedere debet fortuna, quę efformatum educatione ornet, & laude, divitijs, honoribus &c. depingat. Quò author Symboli respicit, qui etsi bene educatus fortunaque accedente ad magna promotus sit: præcipuam tamen fœlicitatis partem à natura, quæ majora facit, quàm educatio & fortuna, se obtinuisse, insinuare videtur.

HÆRENT SUB CORDE SAGITTÆ.

Non videtur respondere Symbolum Hieroglypto obiter intuenti: Verùm si quis diligenter perpendere velit, eleganter convenit. Nam hîc nomine sagittæ telum non intelligitur, sed quod instar sagittæ procul pelli, ac ferire potest. Proinde tormentum bellicum è terra prominens exhibetur: cujus pars (illa nempe quæ globum, aut id, quod ejaculari debet, continet) sub terra latitat. Vt itaque sub terra hæret, seu latitat jaculum, ita etiam magnanimus iste princeps indicare voluit; se quidem habere sagittas, aut rationes, quibus ulcisci, injuriam ac iram explere possit, verùm sub corde hærere, quod iram comprimat, rectaque ratione frenet: Heroicum enim est, non solum hostes externos, sed etiam internos, nempe pravos animi affectus domare, & vincere. Inter hos homini rationali, nullus ira turpior est. Ira enim ratione caret, & furoris est initium. Hinc rectè Ovidius:

Vince animos iramq; tuam, qui cætera vincis.

Verùm ut ira absq; ratione beluina est; ita quæ loco & tempore fit ac ratione regitur, utilis est & necessaria, tum ad regendos subditos, tum ad compescendos hostes. Hæc sagittas sub corde latentes habet tamdiu, donec occasio offeratur: idque necessarium est principibus, ne temerè & impune ab hostibus vexentur.

FORTITUDO EIUS RHODUM TENUIT.

Repetitur hîc Hierographia Amadei sexti Ducis Sabaudiæ; nisi quod hic serpens caudam ori insertam habens addatur, Serpens prudentiam, Vinculum concordiam sociorum, & literæ Symbolum explicant. Qui causam Hierographiæ intelligere cupit, legat quæ paulò antè scripta sunt.

* *
*

Philibertus Dux Sabaudiæ Cablasij, et Aug: Prat: viii. Princ: Pedemon:

Carolus iii Dux Sabaudiæ ix Cab: et Augustæ Prætoriæ. Princ. Pedem.

Beatrix Emanuelis Regis Portugaliæ filia Caroli Ducis uxor.

Emanuel Philibertus Dux Sabaud: Cab: et Augus: Prætor: x. Prin: Ped:

Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ Cabl: et Augus: Prætoriæ: x. Princ Pedemon: Comes Astt: Nizzæ in Prouinciæ et Geneuræ March: Ital: et Zeuæ. etc.

INFESTUS INFESTIS.

Elephas hoc habet peculiare, ut cum ovium gregem obvium habet, non solùm non offendat, sed proboscide, qua manus loco utitur, hinc illinc oviculas amoveat: ut sibi viam faciat, easque non lædat. Generosus iste Elephantis animus causam præbuit Hierographiæ, quæ, elephantem sibi viam per gregem facientem, ne oviculas conterat, adjecto Symbolo INFESTVS INFESTIS, demonstrat. Vult autem author intelligi; se injuriam aut vim inferentibus infestum; quietis verò & benignis, mitem fore. Quæ certè virtus etiamsi quemlibet deceat; nulli tamen magis, quàm principi convenit. Hac enim amatur à populo, suoque loco dignus censetur; quod bonos tueatur eosque præmijs, ac honoribus ornet, malos verò puniat, & à repub. tanquam alijs infestos abigat. Qui principes subditorum facultatibus inhiant, ac minima data occasione, ad se trahutn, omnibus se exosos faciunt, & non durabile regnum habent: Execrabile enim vulgò videtur, eum qui immensas habet divitias, non solùm tenacem esse, sed innocentes, aut vix pœnam meritos spoliare.

FIDE ET CONSILIO.

Elegans hæc est Hierographia & vera, quæ orbem fide contineri, & consilio regi, ostendit. Manus enim junctæ fidem, & angues consilium, vel prudentiam designant. Quantum valeat in repub. & consilijs fides, sciunt politici omnes. Fides enim commercia firmat, sine quibus nulla respub. florere aut stare potest. Fides laborantem ac egentem remp. nutrit, & alit. Hanc si principes vel exercituum duces amittunt; præcipites ruunt, neque amplius se vel exercitum tenere, aut sustentare, deficientibus facultatibus, possunt. Vt autem in istis necessaria fides, ita etiam in consilijs, quæ propalari non expedit, ac ad tuendam rempub. hostesque arcendos debellandosve instituuntur. Hęc enim, qui, contra fidem silentij datam, detegit, hostiqúe revelat, proditoris supplicium meretur.

Si quis Theologicè, fidei vocabulum explicare velit: conveniet optimè Symbolũ Hieroglypto. FIDE enim, hoc est religione ET CONSILIO, id est legibus, quæ jurisprudentum consilio statuuntur, hunc orbem regi, certum est.

CON ESTAS, id est: ISTIS.

Hierographia hæc inventa primò fuit à Ioanna Arragonensi, quam Romæ præsul quidam senex deperibat, cùm autem ab ea repulsam pateretur, neque libidinem explere posset, amore in rabiem verso, prohibuit ne ædes suas egrederetur. Verùm illa mandato neglecto clam se Roma proripuit, ac Hierographiam hanc, amicis in signum evicti periculi, & victoriæ exhibuit. Exhibet autem leonem clunibus insidentem, pavidum ac à tribus facibus, quæ manu virginea continentur territum. Leo, qui (ut innuit Plinius) senex, primùm hominem adoritur, senem procum indicat, faces autem, quibus terretur leo vel senex procus, pudicitia, generosas & prudentia sunt, quæ decus muliebre conservant. Pudicitia infamia.

famia arcetur, generositate insidiantes repelluntur, ac prudentia pericula caventur. Istis itaque tribus rectè se ferociam proci illudere gloriabatur. Cur autem hæc Beatrix eadem Hierographia usa sit, nescitur. Fortè Theologicè leone, Satanam designat, quem tribus facibus spe, fide & charitate domavit; ut diadema cœleste consequi posset: Vix enim credibile est, fœminam politicè hæc intelligi velle; nempe religione, justicia, & armis tanquam facibus, diadema seu regnum contra leonem, id est hostem, servari.

INSTAR OMNIUM.

Quid sibi velit Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ hoc Symbolo, INSTAR OMNIVM. difficile est conjectu, præsertim quod ex Hieroglypto explicari, aut suppleri Symbolum non possit. Nam corona ex lauri frondibus, cum baccis exhibetur, ac in superiori parte rosa ex unionibus, qui gēmam circumstant, conspicitur. Nisi forè Princeps quemadmodum gemma ista precio, dignitate, elegantia & pulchritudine instar omnium unionum est: Ita etiam se INSTAR OMNIVM suorum subditorū esse innuat. Princeps enim caput est reip. & sicut à capite non solùm motus omnium membror, sed etiam sensus provenit: ita à principe salus & fœlicitas populi proficiscitur; ut rectè Princeps se INSTAR OMNIVM, à quo salus & fœlicitas omnium dependet, dicere possit: Sed fortassis corona hæc, quæ ducibus Romanorum triumphantibus dabatur, ex lauri foliis, huic Duci INSTAR OMNIVM aliarum est: Solebat enim dari obsidionalis, Duci obsidionem passo: Civilis, civem liberanti: muralis, primò murum scandenti: Castrensis, castra occupanti: & navalis, primò navem insilienti: Sed triumphalis tantum duci totius exercitus, qui victoriam obtinuisset: Vt enim ille caput militum omnium & exercitus est, ita & corona ipsi data, INSTAR aliarum OMNIVM esse debet. Principes itaque rectiùs majora, eaque, quæ cætera comprehendunt, quàm viliora petunt.

RECONDUNTUR NON RETUNDUNTUR.

Palo arma imposita cernuntur, inquit Symbolum: RECONDVNTVR NON RETVNDVNTVR: Retundi enim, aut negligi ne pacis quidē tempore debent: Opinione siquidem citiùs sæpe bella oriuntur, ac incauti & sine armis facilè superantur. Prudentes principes tempore pacis cogitant de bello, ac ita omnia parant, ut orto bello extemplò parati, necessarijs omnibus sint: Exemplum prudentiæ præbet Respub. Veneta, quæ à multis annis armamentarium celeberrimum totius Europæ in promptu, omni armorum genere instructū habet. Verùm non solùm armis prudens princeps, pacis tempore, sibi prospicere debet, sed thesauris, pecunijs, opibus, ac viris qui bella gerere possint: hæc enim nervum belli dicuntur vulgò constituere. Loca etiam, quæ ingressum provinciæ prohibere hosti possunt, tempore pacis, muniri vallis, fossis, aquisque debent: Hæc enim qui differt, donec bellum oriatur, sibi & tempus

pus defuturum, ut rectè extruat, & curis expensisque nimijs impeditum, id exequi non posse, sentiet.

SPOLIATIS ARMA SUPERSUNT.

Hieroglyphe proximè præcedenti similis est. Palo siquidem arma sunt imposita, Gnome verò differt. Ait enim SPOLIATIS ARMA SVPERSVNT. Sed quo pacto spoliatis omnibus rebus, arma superesse possunt? Supersunt sanè; quia furor arma ministrat. Ira, v indictæq; cupido cudunt & offerunt arma. Ostendere itaque hac Hierographia princeps voluit; nemini vim esse inferendam, victosque non esse terendos; planeque opprimendos, sed sinendos, ut sibi parci putent: Si enim victi omnibus exuantur rebus; animi angustia, egestas, dolor acceptæ ignominiæ, ac desiderium recuperandæ libertatis, cogunt, ut pristina m libertatem quærant, & quævis tentent potiùs, quàm ut miserrimè vivant. Ob id principes semper metuere debent, oppressis rationem nõ defuturam, qua se liberent. Satiùs itaque est, indulgere victis suarum rerum usum, quàm penitus spoliare; ne arma, ut se ulciscantur, supersint. Innuitur etiam hac Hierographia, potiùs debellandos quàm spoliandos adversarios. Spoliati enim & non debellati data occasione vindictam illatæ injuriæ, ut diximus, capiunt. Sic Romani, qui ad furculas Caudinas omnibus rebus spoliati, ac sub jugum missi fuerant, paulò post injuriam acceptam ulti sunt.

* *
*

Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ cum uxore Margaretha.

Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ Cablasy: et Aug: Præl: XI Princ: Pedé.



Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ Cablasy et Augustę Prę: torię. Princ: Ped: Com: Asti Nizæ et Gen: March: Italię etc.

Magni Duces Hetrurę
Alexander Medices Florentię Dux Primus.

QVIS DICERE LAUDES.

Quis dicere laudes, inquit Symbolum, ſupple, Margaritæ poteſt? Margaritæ autem uniones vocantur, ex quibus conſtat corona, Alludit ad nomen uxoris Princeps Emanuel. Sed unde laudari poteſt Margaretha? A fide, ſpe, charitate, pietate, & religione: Hæc enim crux illa indicat. Deindè à mundicie, ſimplicitate, pulchritudine eximia, quæ ab unionibus, aut margaritis indicantur. A regia majeſtate, quam corona oſtendit, & ab elegantia, morumque comitate ac manſuetudine, qua hæc Duciſſa ornata fuit. QVIS itaque DICERE LAVDES meæ Margarethæ poteſt: ait Maritus. Verùm & hoc modo intelligi Hierographia poteſt? QVIS DICERE LAVDES Margarethæ poteſt? quæ ſincero puroque amore ſuum amat colitque Maritum, ac ſemper cordi incluſum conſervat; Aut ſinceritate puritateque cordis (quam uniones deſignant) crucem Domini Salvatoris ejuſque nomen & memoriam in pectore gerit: Hebraicè enim EL Deum ſignificat. Conſecravit itaque uxori hanc Hierographiam, eiuſque virtutem propalare voluit.

NEC DEGENERO.

Vt arbores quædam fructiferæ inter alios fructus, interdum inſipidos, exuccos, eſuique inutiles ferunt: ita etiam parentes optimi aut prudentiſsimi ineptos, pravoſque filios, genitoribus prorſus diſsimiles. Proinde hac Hierographia Carolus dux oſtenditſe à parentibus rerum geſtarum gloria claris prognatum ab ijs non degenerare, ſed animo moribus, ac virtute illis tam ſimilem, quàm avicula ovo excluſa, progenitori ſuo; Hunc principes, qui parentes omnibus virtutibus ornatos habuerunt, imitari debent, ac parentum veſtigia ſequi, ne degenerent, ac indigni parentibus ſuis, ab alieno excluſi ovo videantur.

PRÆMIO ET POENA.

Conſpicitur hic palmæ & oleæ ramus diademati tranſverſim immiſſus, uterque victoriæ ſignum eſt. De palma non dubitatur, ſed de olea, qua tamen Plinio teſte Athenienſes victores coronabantur. Aliàs pacis ſignum eſt. Verùm ad Symboli explicationem parum refert, num pax, aut victoria ſignificetur. Nam diadema regium, (quod regnum vel rempublicam deſignat,) ſive id victoria partum ſit, ſive alio jure Principi advenerit: ut conſervetur & floreat, præmio & pœna opus habet: Præmia enim invitant, incitantque hominem ad virtutem, pœnæ deterrent à vitijs. Si enim, teſte Cicerone, in republica nec rectè factis præmia extent ulla, nec ſupplicia peccatis: neque domus, neque reſpublica ſtare poteſt. Nam boni & rempub. juvantes, ſi deſit præmium, eam negligunt, ac perire ſinunt. Mali ſi impune ſcelera committi poſſe animadvertunt, tandem ea, quibus ſalus reipub:

pub innititur, aggrediuntur. Quos itaque ipsa natura retinere in officio non potest, ij magnitudine pœnæ, maleficio submovendi sunt. Sicuti in corpore, si quid ejusmodi est quod reliquo corpori noceat, uri aut secari patimur, ut membrorum aliquid potius, quàm totum corpus intereat: sic in reipub. corpore, ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum amputari debet.

IN VIRTUTE TUA. N.

Hierographia hæc nomini suo convenit: Sacra enim est, ac victoriam omnem numini ascribendam esse docet: Quid enim aliud designatur, quàm hæc oratio? O crux IN VIRTVTE TVA. NIKΑΩ. id est vinco, ac in victoriæ signum Lauream coronam consequar: Crucis enim signo non solùm Sathanas eiusque machinationes coërcentur: Sed etiam hostes superantur, ut multis authoribus comprobari potest. Nicephorus enim Constantinum Magnum, bellum contra Byzantinos gerentem, & jam bis victum, in cœlo crucem stellis formatam, hac inscriptione IN HOC SIGNO VINCES vidisse asserit: ac postridiè pugna innita, victoriam obtinuisse. Piè itaque veneratur hic Dux crucem, non propter figuram: sed propter eum, qui illi affixus nos salvos fecit, ac virtute sua nobis victoriam, contra Sathanam, mundum & carnem præbuit.

NON BVELVO SIN VINCER.
id est:
NON RECEDO NISI
VINCAM.

Alexander iste, cùm Margaretham Austriacam Imperotoris filiam duxisset in uxorem, ac Thusciam æquissimè regeret, Seque optima corporis constitutione præditum animadverteret; voluit rebus bellicis se clarum reddere, ac gloriæ causa, pro parte Imperatoris se quodvis periculum subire, imò vel vincere vel occumbere velle, narrabat. Ad hunc scopum cum Hierographiam quæreret, nulla hac aptior visa fuit: Rhinoceros enim ad pugnam adnatis armis instructum animal, Elephantem aggredi solet, ventremque tanquam cæteris partibus molliorem cornu, quod in fronte vel tergo habet, petit, eo animo, ut non decedat à pugna, nisi elephantem prostraverit, & interfecerit. Ob id convenit Symbolum Glyphe, NON BVELVO SIN VINCER, hoc est, non recedam nisi vincam, Rhinoceros enim (ut ait poëta) nunquam victus ab hoste recedit.

PREMITUR NON OPPRI-
MITUR.

Vt Sol planetarum omnium maximus, & anima quasi totius orbis tan-

bis, tanto fulgore præditus, ut ubique præsens luce suo radijsque esse videatur, nihilominus tamen, objecto Lunæ corpore radios ad nos per aliquot temporis momenta mittere non potest: ita magnorum virorum animi, & studia, fortunæ injurijs, & calamitatibus, sic interdum premuntur, ut vix videantur posse emergere. Tandem tamen, ut Sol decedente Luna, pristinam faciem recuperat, suosque radios quoquoversum diffundit: ita etiam constantium Heroum animi ab infortunijs, ac calamitatibus liberati, veterem exercendæ virtutis, magnarumque gerendarum rerum consuetudinem recuperant: ut verè non oppressos, sed pressos tantùm se fuisse, dicere possint. Hoc Symbolum etiam pulchrè veritati accommodari potest: Veritas enim una est ut Sol: duplicia & multiplicia sunt veritati contraria. Vt autem Sol nunquam opprimi potest, sed tantum premi, cum videlicet Luna illi opponitur, ac impedit ne ipsius radij ad nos pertingant, ita nec Veritas, quæ etsi aliquando prematur, & cæletur: tempus tamen ipsam tandem in lucem profert, cujus filia esse dicitur.

Margaretta Austriaca Caroli V Imp filia Alexádri Medices Duc. Flor uxor.

Cosimus Medices Magnus Dux Hetruriç primus.
Eques Aurei Velleris.

Cosimus Medices Magnus Dux Hetruriç I.
Mag. Magister Equestris ordinis S. Stephani.

CUM PUDORE LÆTA FOECUNDITAS.

Fœminæ lætari fœcunditate solent, sed quo pacto illis pudori possit esse fœcunditas, ut Symbolum explicat, non intelligo. Nisi fortè dum uterum gerunt, aut prolem ad latera habent, ob memoriam sacrificij Deæ Veneri præstiti, dum soboli comparandæ operam navârunt, verecundia afficiantur. Verùm illas istius si pudet, nimis probæ sunt: quod peccatum in re honesta, & necessaria vereri videantur. Sed nonnullis mulieribus indoles, & ad probitatem propensio sæpe tanta est, ut cohiberi non possit, ac ea quæ peccatis similia sunt, suspecta habeat. Excusetur itaque pudor istius Margaretæ, quæ læta fœcunditate, ut pavo, pullos sub alis, ita sobolem magna charitate tuetur & fovet.

CUM PUDORE LÆTA FOECUNDITAS.

Non differt hæc Hierographia à priore, nisi quod hic pavo erecta & in orbem expansa stet cauda, ac sub illo pulli. Pavone utitur, quòd reliquas aves pennarum pulchritudine admirabili superet, & quod fœcunda sit avis, utpote, quæ duodecim excludat ova, studioseque conservet, ne mas reperiat, ac incubandi desiderio frangat. Habet expansas plumas, ut pulchritudinem regiamq; majestatem designet, quàm tamen cum pudicitia ac humilitate sustinet, Pudicitia nihil aliud est, quam pudoris incurrendi metus, aut pudoris evitandi studium. Pavo pudoris index: quia cum pedes intuetur, verecundatur, ac plumas demittit. Pià itaque hæc Margaretha se fœcundam magnaq; dignitate præditam agnoscit, nec propterea se lascivire aut superbire; sed dona divina cum summa humilitate suscipere, pudicitiaque servare, rectè hac Glyphe, ostendit. Est itaq; hujc Margarethæ concordia formæ atque pudicitiæ sit. Alias rarò conveniunt: Nam ut inquit Iuvenalis:

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

UNO AVULSO NON DEFICIT ALTER.

Hierographia hæc facilis est, illi qui scit Alexandrum Ducem à Mediceæ familiæ inimicis interfectum fuisse, Cosmumque ei successisse, qui principatum adeptus, hanc Glyphen edidit; ut hostes familiæ, Alexandro extincto, ejusdem prosapiæ non deesse, neque defuturos successores ad rempub. regendam, intelligerent. Habuit enim Cosmus tunc temporis numerosam sobolem, filiosque reipub. regendæ idoneos. Palma autem arbor præ cæteris electa est, quòd sit victoriæ signum, à qua, ut VNO ramo AVVLSO NON DEFICIT ALTER, ita neque à pluribus alicuius principatus hæredibus, uno ab hostibus interfecto, vel extincto, alter deficit, qui hostes punire aut vincere possit.

DUABUS.

Vt duæ anchoræ naves neà procellis marinis conquaſcentur, ac rumpantur, ſecuras reddunt: ita leges, & arma rempublicam, ne à turbis, aut ſeditione perturbetur, aut ſubvertatur: Lex enim tanquam anima reipub. totum corpus ne morboſum, valetudinarium, ac male affectum reddatur, conſervat. Ad ſalutem enim civium, civitatumque incolumitatem, vitamque hominum quietam ac beatam, conditæ ſunt leges, ut inquit Cicero: Vbi leges non ſunt, ibi probi, improborum libidini expoſiti, miſeram trahunt vitam; ut apud Barbaros, inter quos potentiores legibus ſoluti, cæteros opprimunt. Præcipuus itaque ſcopus eſt legum, ſuos incolumes conſervare, ac nihil niſi ſalutem, atque utilitatem reipub. proponere, ut ait Ovidius:

Inde dat & leges, ne fortior omnia poſſet.

Verùm non juvant leges, ſi arma & miniſtri qui illas exequantur, deſint. Armis enim improbi & qui in legem peccant, aut rempub. perturbare ſtudent, coercendi ſunt, & plectendi. Præſtat, nullam condere legem, quam non tueri. Dum enim latæ non ſervantur, & legislatoris & legum authoritas diminuitur, ac improbotum peccandi audacia creſcit, bonorumq; vita majoribus periculis exponitur. Quo enim ſeveriores ſunt leges, atrociusque improbi puniuntur, eò ſecurior, tutior, atque beatior bonorum vita redditur. Quid metuat probus ſeveriſsimam legem, in quam peccandi non eſt animus: aut ſi peccet, ſe ſupplicio dignum judicet?

FESTINA LENTE.

Lentè procedit teſtudo: ſed ſecurè. Lentè ob onus & impedimentum, Nam domicilium adnatum ſecum fert. Securè, quod domicilium ſcuti inſtar ſit, quo inter rupium præcipitia, ſi decidat vel ſaxis obruatur, tuto ire, & commorari mira naturæ providentia poteſt. Vt autem feſtinare videatur, velum appictum eſt venti afflatu turgidum. Nam teſtudinis moram lentumque proceſſum inſulæ mari innarantis gravitas, oſtendit. Sæpiùs repetitur Symbolum hoc in libro, ac eum qui res arduas, & magnas fœlici cum ſucceſſu gerere vult, neque feſtinanter, & inconſultè: ſed lentè, ac expectata occaſione facere debere, docet: Primùm enim quid agendum ſit, deindè an fieri poſsit, cogitandum: Tum demùm quomodo fieri poſsit, conſultandum, ac poſtremò rationes, machinæ, aut inſtrumenta, ad rem gerendam idonea, quærenda ſunt: Hæc enim ſi quis diligenter perpenderit, ac in promptu habuerit, occaſionemque rei gerendæ idoneam reſpondere animadvertit: non cunctetur ampliùs: (elapſa enim ſemel occaſio rarò remeat) ſed circumſpectè, lentèque feſtinet: Percipiet enim ſe deſideratum, optatumque rerum ſuarum exitum, ac finem conſequuturum.

FIDEM FATI VIRTUTE SEQVEMUR.

Antiqui capricornum ita pingere ſolebant, ut terræ globum, remumque anterioribus pedibus, ac dorſo cornucopiæ contineret. Qua figura nummos ſculpi juſsit Auguſtus Cæſar, qui Capricornum in horoſcopo, vel pro aſcendente habuit. Etſi verò aſtrologorum judicia vana ſint, vanaque plerumque promittant, quòd ex neceſſarijs cauſis, quinam contingentes effectus fieri debeant, præſciri velint: Nihilominus tamen, quia Dux eundem Horoſcopum, cùm Cæſare Auguſto, ac Carolo Quinto Imp: habuit, eoque die, quo Auguſtus victoriam contra M. Antonium ad promotorium Attiacum, obtinuit, eo etiam ipſo, ille ad montem Murtanum Florentinos vicit, ejuſdemque ferè cum Auguſto ætatis fuit: Non videtur ineptè uſus hac Hierographia; qua aſtrologicis vaticinijs neque probatis, neque contemptis, ſe Horoſcopi, & FATI FIDEM ejuſque promiſſa VIRTVTE ſua, non Cœli SEQVI, & obtinere velle oſtendit: Major enim laus eſt, propria virtute, quàm aliena, res magnas conſequi.

Cosimus Medices Magnus Dux Hetruriæ Primus



Cosimus Medices Magnus Dux Hetruriæ Primus

Cosimus Medices Magnus Dux Hetrurie Primus

DEI VIRTUS EST NOBIS.

Pij, & fœlices illi ſunt, qui in fœlicitate, rerumque affluentia conſtituti Deum colunt ac venerantur, beneficijque ab eo accepti, memores quicquid boni, vel beatitudinis adipiſcuntur, illi aſcribunt. Hac pietate, Coſmum principem fuiſſe inſignem, fidem facit; quòd poſt trucidati fratris funera, ad imperium corona deſignatum invitis ſicarijs, evectus, crucis (id eſt) numinis vim ſibi familiæque ſuæ Mediceæ, (quam aliquot globuli Hieroglypto inſerti notant) adfuiſſe Hierographia teſtetur, & agnoſcat. Hac enim non ſolùm gratias numini à quo imperium accepit, dicit: verùm etiam hoſtes bona cauſa deſtitutos, numinis metu, (quod à ſua ſtare parte aſſerit) à vi injurijſque inferendis deterret. Arduum enim eſt contra ſtimulum calcitrare, ac contra eos, quos divina tuetur virtus, quid machinari, vel moliri.

INTEGER VITÆ SCELERISQVE PURUS.

Venationis dea Diana, arcu pharetraque inſtructa, ſerpentem calcans pedibus, ac capricornum manibus tenens, conſpicitur. Exhibetur capricornus; quia (ut præcedenti Hierographia notavimus) in Ducis horoſcopo conſtituitur. Qui fortaſsis propter alias conſtellationes violenti quippiam Duci portendit. Verùm quia animus prudens ab aſtris non regitur, fataque evitare & fugere poteſt. Propterea Diana cum ſerpente (id eſt prudenter) incedens, Capricornum (id eſt fatum) venatione captum, manu detinet, ne libertatem ad virtutem tendentis animi impedire, & iliudere poſsit. Hæc proculdubio Dux ſibi applicare voluit, ac ſignificare, ſe, quod INTEGER VITAE SCELERISQVE PVRVS ſit, fati minas non metuere, ſed ratione, & prudentia vitam ita inſtituere, ac dirigere, ut quaſi captum ſuoque arbitrio ſubjectum habeat: Sapiens enim dominabitur aſtris, vitæque integritas hominem ad fœlicem optatumque finem deducere ſolet: Qui enim benè vixit, benè etiam mori ſolet.

TUSCORUM ET LIGURUM SECURITATI.

SYLVA RENASCENS.

Elba inſula in mari Tyrrheno ſita, non procul à Plumbino Thuſciæ promontorio Hieroglypton conſtituit. Huic aſcriptum eſt SYLVA RENASCENS. Fuit ſiquidem hæc Inſula ſylvis refecta, ac præcipuè circa eam partem ubi Coſmopolis civitas exſtructa, apparet. Hanc quia Thuſciæ Dux à fundamentis ædificauit, ac egregiè munivit, facti illius memoriam poſteris relinquere voluit. Eleganter ſylvam renaſcentem appellat: non arboribus, ſed propugnaculis ac hominibus, qui non ſolùm ſe, ac ipſam inſulam, ſed etiam Thuſcos, ac vicinos

vibinos Ligures adversùs externos hostes defendere, ac securos reddere possunt: Eo enim loco sita est, ut ipsi Thusciæ propugnaculi vice sit, ac invalentes Thusciam à tergo sit.

SUPERABO.

Vt adamas fortitudine, patientia, & valore, reliquas gemmas superat: ita etiam Cosmus iste magnus Hetruriæ Dux significare voluit, tribus annulis adamantibus ornatis, se operam dare, ut alios omnes principes fortitudine, patientia ac valore, hoc est, virtute, possit superare. Dignum certè tanto principe propositum: Fortitudo enim virum magnum imprimis decet; cuius munera præcipua sunt, mortis doloriſque contemptio: Robustus enim animus, & excelsus omni est liber cura, & angore, cum & mortem contemnit, & ad dolores ita paratus est, ut meminerit maximos luctus morte finiri; parvos multa habere intervalla; requietis mediocris nos esse dominos: ut si tollerabiles sint, feramus: sin minus, æquo animo è vita, cum ea non placeant, tanquam ex theatro exeamus. Patientia fortitudini tàm similis, quàm adamas adamanti: Viro enim forti adversa patienter ferre, utile est. Cujusvis enim doloris remedium est patientia: feras non culpes, quod vitari non potest. Valor, seu existimatio ob virtutes, animique dotes sequi hominem solet. Ea siquidem natura est virtutis, ut quemvis in sui admirationem trahat, magni fiat, & colatur. Porrò annuli adamantibus ornati se mutuò complectuntur, ac virtutes has ita junctas indicant, ut separari non possint. Adamantis verò fortitudo, qua omnes lapides & gemmas terere potest, ac patientia qua, igni ac ferro resistit, dignitasque, qua reliquas gemmas valore & æstimatione superat, cuivis nota est; Ita ut rectè obscura hæc Hierographia hoc modo explicari possit.

FESTINA LENTE.

Iam aliquoties Symbolum istud quotidianum repetitur: FESTINA LENTE, verùm alia sculptura; hic enim delphinus circa anchoram, & remum repens, aut natans cernitur. Delphinus, Plinio teste, velocissimum omnium animalium, ocyor volucre, ocyor, telo, ac nisi multum infra rostrum os illi foret medio penè in ventre, nullus piscium celeritatem ejus evaderet. Festinationis itaque index delphinus, eumque lentè festinare, docet circa anchoram revolutio, quæ celeritatem lentam facit, & remus, qui remoram, aut si mavis moram indicat. Diximus antea prudentes eos esse principes, qui festinanter & lentè negocia magna gerunt. Hoc est, qui mediocritatem servant: oblatas occasiones non negligunt, ac nihil sine consilio aggrediuntur. Nam in rebus magnis memoriaque dignis, consilia primùm, deindè acta, postea eventus spectantur.

HETRURIA PACATA.

Quid præstiterit magnus Dux Cosmus HETRVRIA PACATA

CATA, hac Hierographia ostendit: Ferociam enim leonum, hoc est potentum, & luporum, (intellige) improborum, quique turbata repub. bonorum opes consumunt, & perdunt, compressit, illorumque loco cornucopiæ, id est rerum omnium affluentiam, & copiam induxit: Hæc enim pacem sequi solent. Tempore siquidem belli truces, ac inquieti, plerunque res gerunt, turbasque augent, & promovent. Rapaces fraudulenti, ac avari luporum instar, in turbis prædam venantur, omniaque sursum, deorsum commovent, ne desit rapinæ occasio, Ita ut, boni, quod se à turbis excludant, illis contemptui, ac prædæ sint. Rectè itaque Hierographia significatur PACATA HETRVRIA leones, & lupos domitos, ac omnium rerum abundantiam, (quam cornucopia designat) pacis beneficio introductam esse.

* *
*

Leonora ex Toleto Magna Ducissa Hetruriæ Cosmi uxor

Franciscus Medices Magnus Dux Hetruriæ secundus.

Franciscus Medices Magnus Dux Hetruriæ IIIus Eques Aurei Velleris.

Joanna Imp. Ferdinandi filia Francisci Magni Ducis uxor.

Blanca Capella Magna Ducissa Hetruriæ Francisci uxor.

FAMAM SERVARE MEMENTO.

Nulla est virtus quin viro maximè conveniat, illiq; ornamento sit: Fœmina ab alia virtute, quam à pudicitia vix laudatur. Hanc unicam si conservet, jam omnibus virtutibus ornata videtur. Hac si careat, cæteræ omnes virtutes, ut affabilitas, mansuetudo, comitas, ac parsimonia, quæ mulieres ornant, ita sordescunt & deturpantur, ut potiùs dedecori, & vitio, quàm decori sint. Quo enim affabilior impudica, eo sceleratior, ac ad decipiendos viros protervior, instructior, aptiorque judicatur; sic de alijs virtutibus censendum. Verùm non sufficit mulierem esse pudicam; Ita enim vivere debet, ut honesta habeatur, & putetur, Hoc est famam servare debet, omnesq; occasiones fugere, quibus suspitio impudicitiæ incurritur. Pudicitię veræ exemplū morte sua exhibuit Lucretia Romana Collatini uxor, quæ à Tarquinio superbo, invita compressa pectus pugione, ne sceleris conscia fuisse crederetur, transfodit. Hāc sibi pro exēplari, & virtutis stimulo Leonora Cosmi uxor proposuit, ac si nō morte, vita pudica imitata est.

PROSPERO MOTU.

Quis dubitat quin Mysta hic sibi gratuletur, quod triremis, sua suorumq; ope, contra fluctus & procellas (spectant enim vexilla puppim) ad optatum properet portum: Hoc est, quod ea quæ animo concepit ac diligentia laborecque ad exitum fœlicem ducere studet, invitis malev[illegible], malaq; fortuna PROSPERO MOTV ad finem cupit[illegible], Vt triremis eorum quos continet diligentia, & labore, contra [illegible] & fluctus marinos, satis prosperè desideratum sæpe portum adipisc[illegible] ita Heroës diligentia ac studio, non solum virtutem consequi, ac d[illegible] quæque ad optatum finem perducere possunt: sed etiam contra [illegible] eorum & invidorum conatum, ad principatus dignitatem PROSPERO paulatim MOTV evehi. Diligentia enim ac studio, virtutis habitus comparatur, omniaq; impedimenta, & obstacula, quæ virtutis habitum, ac ne quis ad summa pervenire possit, prohibent, removentur, & superantur.

LÆDENTEM LÆDO.

Magnanimi boniq; principis est, non solùm neminem lædere, sed eos defendere, qui propter ætatem, defectum rationis, ignorantiam, aut aliam causam se defendere contra improborum injurias & fraudes non possunt: ut sunt impuberes, ætate minores, viduæ, mente capti, surdi, muti, cœci, rustici ac exteri. Hi enim omnes pupillis comparandi sunt, ac à lege, & rege, nisi Barbarus haberi velit, defendi debent. Barbari siquidem, pupillos, viduas, rusticos ac reliquos, qui seipsos tueri non possunt, fraudibus, dolis, ac vi bonis spoliant, & in servitutem morte quavis deteriorem redigunt. Hos boni & magnanimi principes, ne in se numinis iram concitent, non imitantur: sed potiùs Ducem hunc Franciscum, qui lædentem tantùm lædit, ut ruscus vel Taxus arbor. Hæ enim folia ita spinis horrida habent, ut ramum, aut folium ab illis illæsus nemo decerpere possit. Magnanimum itaq; non solùm hujus Ducis est propositum, quod eum tantùm læ-

tùm lædere velit, à quo læditur; sed etiam necessarium, ut authoritas, ac majestas ipsius non labefactetur, sed conservetur.

AMAT VICTORIA CURAM.

Mysta mustelam in arenam profert, quia cùm procul odore Bufonem sentit, rutæ ramusculum quærit, eoque arrepto munita, bufoni obviam it, ac odore herbæ, quæ venenis omnibus medetur, enecat, aliàs halitu Bufonis interitura, tanta inter eam, & inimicum est antipathia. Voluit Hieroglypto Mysta significare, non solùm prudentia, contra eos, qui vel statum vel personam suam lædere vellent, se defendere velle, sed etiam cura ac diligentia, inimicorum suorum technas & machinationes facilè mustelę instar eludere, vincereq; posse. Vix profectò aliud maiorem curam, & diligentiam requirit, quàm victoria, sive quis inimicos, & hostes, sive pravos improboſq;, animi affectus, ac vitia superare contendat, neque enim minor laus est, internos quàm externos hostes vincere. Interni siquidem perpetuò nobis insidiantur, & incautum feriunt; ut ira, ac libido, quæ nisi summa cura, diligentiaq; coërceantur, facilè rationis imperium contemnunt. Imprimis autem cavendum, ne vitia in consvetudinem veniant, summaq; cura, & studio virtutes, quæ illis opponuntur, assiduè ita exercendæ sunt, ut in habitum transeant: Hac enim ratione, victoria, cura & diligentia obtinetur. Ad externos superandos hostes, non minùs curam, quàm diligentiam desiderari, norunt belli duces.

GARRULA ET VADE.

Non dubium quin hæc Hierographia in garrulos, & detrectatores aptata fuerit, qui nempè verborum copia sapientiæ opinionem apud indoctiores, & leviores homines venantur, aut bonorum hominum famam lacerant, & ex alienis vitijs laudem quærunt. Vtrumque sanè vitium execrandum, aulisque principum familiare. Ibi enim illi qui audaci quadam dicacitate alios superant, prudentiores doctioresq; judicantur, & habentur, quique aliorum vitia recensent, ac carpunt, virtutem amare, & habere putantur. AEgrè profectò sapientes, & boni viri tale judicium, cùm vitium pro virtute habetur ferunt. Sapientes loquacitatem odio habent, pauca loquuntur, & necessaria tantùm, potiùsq; silent. Tacendo rarò peccatur: loquendo sæpissimè, ut inquit Horatius:

Sed tacitus pasci si posset corvus haberet
Plus dapis, & rixæ multò minùs invidiaq;,

Boni aliorum vitia tegunt, ne si propalent, invidiæ notam sibi inurant. Garrulos itaque, & detractores Ioannam, Imperatoris Ferdinandi filiam, ac Francisci uxorem, odio persequutam fuisse, ac à se abegisse, facilè tum Symbolo tum Galerita avicula manifestum fit. Galerita enim, nubibus volatu inhærens, totos dies æstate garrit, ac Symblum ut absoluto inutili garritu decedat & vadat, præcipit.

AUDE ET FIET.

In hac Hierographia una Venus, unusq; amor aut Cupido apparet.

Platoni duæ sunt Veneres, ut & geminus amor, una & antiqua & sine matre Venus cœlo nata, quæ cœlestis Venus nuncupatur. Altera junior est Iove, & Dione progenita, quam vulgarem communemque vocamus. Amor eadem ratione, alius cœlestis, alius vulgaris; nunquam enim absque Venere amor est. Cœlestis amoris officium est, æterna, & summum illud bonum amare, ut haberi possit. Habetur autem ab ijs, qui omnes animi vires, ut id consequi possint intendunt. Vulgaris amoris officiū est, terrena, caduca, & mortalia amare, ac desiderare, quæ varij generis sunt, alia enim honesta, alia inhonesta sunt. Inter honesta censentur, artes, scientiæ & similia, quæ tum propter se, ac ipsum honestum, tum propter utile amantur & expetuntur. Inter inhonesta sunt voluptates, quarum amor turpis habetur. Hanc Hierographiam cum Symbolo sive quis velit cœlesti Veneri, aut amori, sive terreno, applicare, perinde est. Quicquid enim amat ac expetit humanus animus, id facilè si sibi confidat, aptisque rationibus aggredi audeat, sciatq; consequitur: Labor enim improbus omnia vincit, ac audaces fortuna juvat. Id profectò docent sancti viri, & martyres, qui divino amore pleni, extrema quævis passi sunt, ut summum illud bonum consequerentur. Id etiam artifices manifestum faciunt, cum ad artes, aut scientias summa cupidine impulsi, nocte dieque sudant, ut summam illius cognitionem adipiscantur. Amor difficultates, & pericula omnia, Veneris svasu, contemnit. Verenti enim obstacula, non datur ad metam aditus. Propterea inquit Symbolum: AVDE ET FIET, hoc est: si quid ames, aude; fiet enim, ut re amata potiaris. In Venereis amoribus præ cæteris audaciam rarò audentem fallere, cuivis notum est. Ad hunc non dubium est, quin Blanca respexerit, sibique ipsi gratuletur hac Hierographia, quòd audaciam fœlici successu sibi profuisse cognoverit. Alios itaque ut audeant exhortatur, ac compotes optatis fore si pareant, promittit. Ait enim AVDE ET FIET. Fuit illa nobilis & patritia Veneta, ex illustrissima prognata familia, eximia pulchritudine prædita, ac altera Venus, quæ Franciscum Ducem in sui traxit amorem, ac ita Cupidinis jaculis ferijt, ut saucius, nullam, nisi à se, cujus jussu jaculum immissum fuerat, medelam acciperet: quam illa tandem illi perpetua vitæ consvetudine obtulit, Sacramento firmavit ac servavit, donec concordem animum infœlici, ac simili fato simul redderent. Hoc audaciæ ultimum fuit præmium.

Ferdinandus Medices Magnus Dux Hetruriæ tertius Magnus Mag. Eques stris ordinis S. Stef. Eques aur. Vel.

Nicolaus III. March. Estens. et Ferrariæ Dns Mutinæ Parmæ Regij Forlij et Rom.

Leonell. March. Estens. et Ferrariæ Dns Mutinæ Regij Forlij et Rom. fil. Nicolai.

Borsius Dux Mutinæ Regij et Ferrariæ T. Marchio Estensis Comes Rouigij Fil. Nicolai.

PISA IN VETUSTÆ MAIESTATIS MEMORIAM.

Pisa olim respublica libera fuit, multaque bella cum Florentinis tuendæ libertatis causâ gessit. Cùm libera esset, monetam cudit, postea cum à Florentinis subacta fuisset, hoc jus illi ademptum fuit. Id iterum restituit Ferdinandus Medices ad Ducatum evectus, IN VETVSTAE MAIESTATIS MEMORIAM. Restitutionis beneficium hoc nummo agnosci voluit.

MAIESTATE TANTUM.

Inter omnes Hierographias, vix alia boni principis officium melius explicare videtur: Cernitur enim hîc rex apum in examinis medio, forma egregia, duplo ceteris major, in fronte macula, ac diademate candicans. Huic omnes parent apes, majestateq; tantùm illius reguntur, non aculeo, quo carere, aut non uti constat. Mira omnium circa eum obedientia. Cum procedit, una est totum examen, circaque eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore cùm apes in labore sunt, ipse opera intus circuit, similis exhortanti, solus immunis. Vt itaque apum imperator, suos majestate tantùm, non aculeo regit: ita bonum principem decet, potiùs benignitate, affabilitate, comitate alijsque virtutibus, suos ad obedientiam allicere, & regere, quàm severitate, minis ac verberibus ad nutum cogere: Hoc enim Tyrannorum est, qui nunquam durabile regnum habent. Quia enim multos sevitia lædunt, ac nemo injurias illatas inultas finit, oblata minima ulciscendi occasione de statu deijciuntur. Hinc Seneca:

Victima haud ulla amplius
Potest, magisque opima mactari Jovi
Quam rex iniquus.

Id contigit Tarquinio superbo Romanorum Regi, ac Tyranno postremo, ob vim Lucretiæ, ac injuriam Collatino eius marito illatam. Studeant itaq; principes ut clementia non sævitia regant, amentur, non metuantur. Qui metuuntur, multos metuant necesse est.

Qui sceptra duro sævus imperio regit,
Timet timentes, metus in authorem redit.

Ac nusquam tuti, aut securi sibi videntur. Qui amantur, sine custodibus, & armis tuti sunt.

IN FIDE ET JUSTICIA FORTITUDO.

Inter gladium, & clavem consistit columna fluctibus impetita. Gladius justiciæ, quòd eo fontes plectantur: clavis fidei, quòd illi thesauri credantur; ac columna, quæ undarum fluctus sustinet, fortitudinis argumentum est, Ait Symbolum IN FIDE ET IVSTICIA FORTITVDO, (supple) ad ferenda adversa, continetur. Rectè quidem:

Fides

Fides enim, & justicia, non solùm fortitudinem, sed omnes alias in se complectitur virtutes. Fides autem hic non solùm pro confidentia: sed etiam pro vera religione accipi potest. Hanc fortitudinem in se continere, aut parere, tot docent martyres, qui pro ea tuenda, quævis tormenta ferendo sanguinem magna constantia, animóque fortitudine profuderunt: Vera enim fortitudo est, omnium rerum terribilissimum, mortem nempè, ac immensos cruciatus, quibus illa infertur, non metuêre. Iusticia non minùs forritudinem continet. Sive enim justus tueri justiciam contra improbos, sive eam exequi, & fontes punire velit; fortitudine opus habet, ut quasi leo confidens absque terrore, (ut inquit Salom. in Proverb.) quod justiciæ munus exigit, faciat: Hac si destituatur virtute, justus esse non potest. Aptè itaq; Mysta IN FIDE ET IVSTICIA fortitudinem esse ait, easque sibi colendas tanquam reipub. bases, & sine quibus nulla respub., nullumque regnum diu stare potest, proponit.

NIL AMABILIUS.

Hinnulus Solem intuetur, ac NIL inquit esse AMABILIVS. Verè profecto cùm nihil, augustiùs, utiliùs, admirabiliùs, ac propterea amabilius in totohoc universo Sole sensibus appareat: Luce enim, splendore, ac radijs totum orbem illustrat, complectitur, ac coloribus ornat: Calore movet, generat, fovet, nutrit, ac conservat cuncta; ut rectè mundi anima, vitæq; fons à multis dicatur. Sine illo horrent frigore cuncta, gelascit aqua, intereunt vegetabilia, exstinguuntur animalia, quiescunt omnia, ac tenebris obruta non esse videntur. Admirabilis est magnitudine: plus centies enim, terræ globo demonstratur major. Admirabilis motu: singulis enim horæ minutis proprio motu plura quàm decem miliaria Germanica percurrere à Geometris ostenditur. Admirabilis splendore; quòd à terra pluribus, quàm nongenties mille miliaribus distans, non solùm tam procul omnia illuminet, sed etiam obstacula omnia, ut nubes, ac angulos quosvis abditos, minima data rimula penetret. Admirabils etiam calore, quia tam procul distans, ita omnia æstate calefacit, ut interdum offendat. Hujus lucem, & calorem, nullæ faces, nullus ignis, etiamsi ingens urbs aut tota provincia conflagraret, imitari potest. Non mirum est itaque animantibus, Sole, à quo omne beneficium habent, NIL esse AMABILIVS. Verùm Mysta hoc Sole, quem Hieroglypton exhibet, alium notat, cujus intuitu NIL AMABILIVS esse asserit: Videlicet conspicui Solis patrem, & creatorem Deum ipsum. Qui tot intervallis, hunc superat, quot lux ipsas tenebras, ac pictor imaginem. Hunc intueri summa fœlicitas, summumque bonum, ac supremum beatudinis culmen, immensum, ineffabile, omnemque sensum superans, est.

NEC IGNE NEC FERRO

Primus iste Ferrariæ Dux constantiam sibi proponit colendam, virtutem sanè principe dignam, imprimisque convenientem. Id Adamas gemma indicat, quæ ab igne consumi nullo tempore potest, ac malleum, ut vulgi opinio est, perfert, neque ab eo icta disfringitur. Quæ opinio etsi falsa sit: tamen quia vulgò vera habetur, rectè inseruit Symbolo. I-

gnem innoxiè ac constanter ferre notissimum est Spagiris, à quibus si nube infecta fuerit: ex stibio per se Mercuriali præparata lympha, ac Phœbeo inclusa Thalamo, illiq; immersa, Vulcanoq; ignita, nitorem eximium, concipit, ac artificem ditat. Vt itaq; adamas ignem, quo nihil vehementius est, constanter perfert, ac igne purior, & sincerior redditur: ita principes viri, cum res magnas, & arduas aggrediuntur, constanti animo illas gerere nullisque rebus adversis perturbari, aut frangi debent: sed contra ut illustriores fiant, audentius ire. Cavendum tamen à pertinacia, quæ constantiam fronte mentitur; Verùm vitijs inservit, ut constantita virutibus: Multi specie illius decepti, non laudem, sed vituperium sibi pepererunt.

UTRUMQUE.

Difficilè divinatu quid sibi primus Marchio Estensis hac Hierographia proposuerit. Verisimile est, quia poculum aureum fructuum copia repletum apparet: Se VTRVMQVE, videlicet divitias rerumque copiam, statui suo procurare voluisse. His enim majora, nemo à principe suo optare potest. Rerum copia, hominum industria & artificio comparatur, quæ divitias pariunt; utriusque verò parens, pax & reipub. tranquillitas est, cujus studiosissimus princeps esse debet Qui enim bellis delectatur, ac pacem, quam posset habere, negligit, sibi nihil commodi parit, subditisque quietem ac securitatem omnem aufert, illorumq; necem procurat, regnumque flagitijs replet. Belli enim tempore silent leges, ac milites dominantur, qui reipub. fundamenta perturbant. Nam ut inquit ille:

Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur.

Hercules I Dux Ferrariæ Mutinæ et Regij II Marchio Estensis Comes Rotigij Dñs Brescelli et Romaniæ Eques ordinis Sancti Michaelis.

Alphonsus I Dux Ferrariæ Mutinæ et Regij III. Marchio Estensis Comes Rotigij Princeps Carpi Caen Bayeux et Falaisa Dñs Comas et Rom.

Alphonsus I Dux Ferrariæ Mutinæ Regij III. Marchio Estensis Comes Rotigij Princeps Carpi etc.



ΟΥΤΩΣ ΑΠΑΝΤΑ.

id est:

SIC OMNIA.

Multis modis explicari hæc Hierographia potest, quod admodum simplex sit Hieroglypton, & Symbolon. Verùm sequens figura satis docet Principem temporis potiùs quam alterius rei rationem habuisse. Hic Speram pro Glyphe, ac οὕτως ἅπαντα, id est: sic omnia, pro Symbolo exhibet. Significat itaque ut terræ globus sphæræ mundanæ alligatus est, ac à cœlo ejusque motu, & revolutione, quæuis, justis temporum intervallis perpeti debet: nunc æstatem, nunc hyemem: SIC OMNIA similiter tempori esse subjecta, ac se patienter tempori inservire, ut ex voto omnia succedant, velle. Vtile profectò Principibus propositum, qui si dissimulare, hoc est: tempori inservire non possunt, inepti ad imperia putantur. Hinc proverbium, qui nescit dissimulare nescit regnare. Ego eos qui dissimulare coguntur, regnare non posse, judico. Princeps prudens, ita rerum suarum statum componit, ut dissimulatione opus sit nulla. Præterea tempestivè bonis legibus improbos, ac rebelles ita compescit, ac coërcet, ut nihil magni contra se tentare audeant: aut si tentent ruant, & pereant, priusquam quid efficiant. Quid hîc dissimulatione opus est? si leuia tentent, ac pœna delicti præ foribus sit: at quid dissimulatio? Verùm fuit iste primus Dux Ferrariæ, huic parere, difficilè fuit libero populo, hîc tempori aliquid dare debuit necessaririò, ut imperium novitium paulatim stabiliret.

ΟΥΤΩΣ ΑΠΑΝΤΑ.

id est:

SIC OMNIA.

Hujus Hierographiæ Symbolon à priori non differt. Glyphe plura continet. Cernitur enim hic mulier ulnis pectus comprimens, catenas alligata rupi, ac horologium intuens, quod capsulæ inclusum eminente foris inquietis trutina, rupi impositum est, adjecta desuper sphera. Mulier hæc patientia est, ferens ferenda ac tempore liberationem sperans. Multis enim Sphera spem notat, ac omnibus horologium tempus designat. Vt itaq; rupes ista omnes cœli, & temporis motus, & vicissitudines fert, οὕτως ἅπαντα, id est: SIC OMNIA incommoda, etiam quæ servitutis speciem præ se ferunt, illi qui novum imperium adeptus est, ferenda fortiter sunt, donec occasione, (temporis filia) oblata, eò quo cupit, omnia perduxerit: Prudentiæ enim est tempori aliquid, propter majus bonum dare, ac virtutis, adversa omnia ferre. Quæ quò faciliùs feruntur, eò minorem adferunt molestiam. Hoc enim proprium patientiæ est, quod onus incumbens minus grave faciat, ac eo sublato augeatur voluptas:

Quod fuit durum pati, meminisse dulce est: inquit Seneca.

Et Ecclesiasticus: *Vsq; ad tempus sustinebit patiens.* Vix à fortitudine differt hæc virtus, nisiquòd fortitudo magis agendo, quàm patiendo celebretur.

SIC RE-

SIC REPUGNANT.

Circumvolutos, ac se mutuo complectentes angues, urit ignis, ut nexum dissolvat, & conjunctos separet aut necet; repugnant illi, ignisque injuriam perferunt, neque se divelli patiuntur. Magnum profectò amicitiæ, ac concordiæ testimonium. Vti itaq; potiùs mortem ferre, quàm solvi malunt: Ita boni, & sapientes (qui serpentibus notantur) ubi amicitiam inierint, concordi animo, eam arctè custodire debent; ijsque repugnare, & obsistere, quæ concordiam, vel amicitiam dissolvere conantur, ac quidvis potiùs pati, quam ut vinculum, quo juncti sunt solvatur. Talis amicitia secundas res splendidiores facit, & adversas partiens, communicansque, leleviores: Sine ea nullo modo firmam, & perpetuam jucunditatem vitæ tenere possumus, ac vita insidiarum, & metus plena est. Vere amicitiæ exemplum exhibuit Pylades & Oreστes, teste Manilio.

Idcirco nihil ex semet natura creauit
Pectore amicitiæ majus, nec variùs unquam,
Vnus erat Pylades, unus qui mallet Oreστes
Ipse mori: Lis una fuit per secula mortis:
Alter quod raperet fatum, non cederet alter
Et duo, qui potuere sequi vix noxia pœnis
Optavitq; reum sponsor non posse reverti
Sponsoremq; reus timuit, ne solveret ipsum.

Verùm hujusmodi amicitia, rara admodum est, quod nunc commodi causa, amicitiæ fiant, quæ veræ non sunt, ac causa deficiente pereant, ut inquit Ovidius:

Donec eris fœlix; multos numerabis amicos
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

DE FORTI DULCEDO.

Ex Sacris literis desumptum est Symbolum. Cum enim Sampson interfecisset leonem, ac pòst aliquot tempus ad locum ubi interemptus fuerat, redijsset; Examen apum ex capite leonis evolans conspexit, exemptisque favis mel comedit, ac ænigma domum reversus DE FORTI DVLCEDO convivis suis, stipulata mulcta, si non solverent, proposuit explicandum. Qui tandem à Sampsonis conjuge edocti, leonem fortem, & mel, dulcedinem in ipsius inventam capite fuisse, exposuerunt, mulctamq; in Sampsonem rejecerunt. Vir hìc sedens, militari habitu fortitudinis index esse potest. Symbolo significat Mysta, se, virosque fortes in periculis constantes, patientesque magnum solatium fortitudinis, & patientiæ habere, ac calamitates quasvis à Deo immissas, non solùm non dolere; sed jucundas, dulces, & gratas, percipere: Quòd hac ratione à Deo probati, atq; in hac vita à peccatis expiati, ut per ignem aurum, fœlicitatis perpetuæ compotes fiant, ac patientiæ, fortitudinisq; lauream, immortale & summum illud bonum, consequantur. Nemo enim inquit Hierographus Paulus id

lus id consequitur, nisi qui legitime certaverit, ac fortitudinis exempla ediderit, hoc est, qui mundum, carnem ac Sathanam debellaverit, ac illorum stratagemata illuserit. Quod ad reliqua Hieroglypti attinet, Mysta non exhibet hic leonis, sed vituli caput, quod gentilitijs suæ familiæ scutis appingi solet. Refert itaque scipsum vituli capite, ac ut ex vitulo veris initio exenterato, ac cera denuo obstructo, putrefactaq; carne, apes mellis & dulcedinis parentes, procreantur; Ita ex se, suaque familia omne bonum alijs, suisque gloriam, ac honorem proventuram spondet, & promittit.

LOCO ET TEMPORE.

Alphonsus primus Ferrariæ Dux, strenuus, mirandaque animi generositate, ac constantia præditus fuisse prædicatur. Is in celebri propè Ravennam pugna, usus fuisse dicitur, globo metallico pyrio pulvere ita artificiosè constructo, ut LOCO ET TEMPORE in hostes immissus, in partes disilierit, magnamq; hostium stragem ediderit. Ob fœlicem machinæ successum, partamq; illius beneficio victoriam, memoriæ causa, Glyphen ipsius globi igniti, absque Symbolo edidisse amicis traditur. Quod tamen postea ab Arioſto Latinè, LOCO ET TEMPORE, adiectum dicitur.

A LIEV ET TEMPS.

id est:

LOCO ET TEMPORE.

Eadem planè Hierographia, quæ superior, nisi quod Gallicè Symbolū exprimatur, a lieu & temps, hoc est, loco & tempore. Admonemur ut omnia loco & tempore faciamus. Vt enim hujusmodi igniti globi, si tardiùs quàm oportet ejaculentur, non hostes, sed ipsum emittentem interficere possunt, ac si citiùs quàm opus fuerit rumpantur, inutiles fiunt, ita nisi in rebus agendis, quis tempus ac locum, id est, occasionem diligenter observet, sæpè optato exitu frustrabitur. Loci & temporis etiam magna cura in civili conversatione & officijs habenda est, quæ si ritè observentur, prudentiæ ac sapientiæ indices sunt, virumq; multis ornatum virtutibus commonstrant. Qui enim quando oportet, & ubi oportet fert terribilia, fortis est: Qui ubi & quando oportet dat, liberalis. Qui ubi & quando oportet re vel verbis jucundus est, is affabilis & comis est. Ita ut loci temporisque circumstantia, sæpe res ineptas, ac inutiles, aptas & utiles faciat. Vt medicis imprimis notum est, qui occasionem volucrem esse sciunt, & sæpe pharmaca optima non apto tempore data, aut non apto loco applicata, venena fieri, ac ægrum jugulare. Id novit Ovidius dum canit:

Temporibus medicina valet data tempore prosunt
Et data non apto tempore vina nocent.

Alponsus I Dux Ferrariæ Modenæ et Regij III.
Marchio Estensis etc

Hercules II. Dux Ferrariæ Modenæ Regij et Chiartres IIII. Marchio Estensis Princeps
Carpi Comes Rouigy et Gisors Dns: Comasci Montargij.
Carsignani Frignani et Romaniæ.

Hercules II. Dux Ferrariæ Modene et Chiartres IIII.
March: Estensis.

IN HOC SIGNO VINCES.

Thau literæ ſignum in Hebræorum ſacris liberationis fuiſſe indicium ex nono Ezech. patet, ubi ait: Signa Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium. Omnem autem ſuper quem videris Thau ne occidatis. Hoc ſigno etiam uſi fuerunt in Hieroglyphicis AEgiptij alligato ci funiculo, quem manus tenebat, ut in obeliſco Romę ad portam Collinam ſculptura illius oſtendit. Glyphe illa myſterium liberationis humanæ continet, ut lingua Cimmeria (teſte Goropio Becano) aliarum parens, admirabili modo explicat. Thau enim funem ſignificat, & ſi vertas nomen vat habebis, id eſt, apprehende, ita ut primæ linguæ, nempe Cimmeriæ, architectus Deus admoneat; ſola illius nomenclatura, tale ſignum apprehendendum, huicque ſoli innitendum eſſe: Hoc enim verum noſtrum eſſe crucem, id eſt, Scipionem, unde crucis nomen deductum eſt. Quod in nullo alio ſigno, victoria, ſalus, aut requies eſſe poſſit: Per hoc enim ſignum ſalvi facti ſumus, dum filium æterni patris pro nobis ſanguinem ignominioſè effundentem ſuſtinuit. Non fuit quidem apud Romanos turpius, aut crudelius ſupplicium cruce: Sed jam non ignominiæ, ſed pleniſsimæ gloriæ, & victoriæ ſignum eſt, ut rectè Myſta admoneat, hoc ſigno nos vincere omnia poſſe.

IN TE QVI SPERAT NON CONFUNDITUR.

Vera hæc, ut præcedens eſt Hierographia, quòd ſacra tractet, Hieroglyphe peccatorem exhibet, qui crucem ſupplex amplectitur, ac mentem ad eum, qui cruci affixus, ſpinea corona coronatus flagelliſq; cæſus fuit, dirigit, ac in eo ſpem omnem, ne confundatur, æterniſque crucietur ignibus, ac tormentis, ponit: Hic enim fuit, qui dum perditi primorum parentum peccato eſſemus, nos ſanguine ſuo à peccatis abluit, & redemit. Huic fidere, hunc amare, & in hoc ſperare debemus, ne confundamur. Debet enim fide, ac charitate hæc ſpes munita eſſe: Sine fide enim impoſsibile eſt placere Deo, quòd qui illa caret, fundamento ſalutis careat. Charitas non ſolùm erga Deum, ſed etiam proximum adeſſe, ut univerſa delicta operiat, ac Deus in nobis maneat, debet. Qui his inſtructus, ſpem in Salvatore habuerit, neque hîc, neque in futurum confundetur: ſed omnia ex optato habebit. Nam qui ſperat in Domino ſalvabitur; ſalvatione autem nihil majus.

PERFICIT ET CONFICIT.

Apud veteres AEgyptios Saturnus in Hieroglyphicis pingebatur dextra manu ſerpentem circa collum continere, caudamq; faucibus devorare. Qua figura, anni circuitum, tempus, ætatem, ac immortalitatem ſignificabant. Idque ideo, Cyrillo authore, quòd in longitudinem ſerpens porrigatur, taciteque ſerpat abſque ſtrepitu, multiſque ſpiris abundet, quibus

quibus annorum dierumque series tacitè præterlabentes egregiè designantur, Hieroglypto Symbolum optimè accommodatum est, PERFICIT ET CONFICIT omnia, videlicet tempus: Nihil enim manu factum est, quod tempore tandem non aliquando intereat, & conficiatur. Ob id ait Ovidius:

Tempus edax rerum, tuq́, invidiosa vetustas
Omnia destruitis, vitiataq́, dentibus ævi
Paulatim lenta consimilis omnia morte.

Admonemur etiam hac Hierographia, ne corporis, animi, aut fortunæ, bonis superbiamus: ut enim tempore perficitur corporis forma, agilitas, valetudo, eloquentia, ars, scientia & reliqua: ita etiam à tempore paulatim eadem conficiuntur, tandemque morte intereunt. Fortunæ similiter bona, ut vel data, vel non data occasione sæpe eveniunt, ita facilè iterum inopinato auferuntur. Propterea tempori fidere sapientis non est; omnia enim mutat, ut inquit Claudianus:

Quid non longa valebit permutare dies?

Narratur Anaxagoram percontanti an Lampsaceni montes aliquando mare futuri essent? respondisse, ita sanè, nisi tempus defecerit. Nostro sanè ævo, antè pauciſsimos annos, mons maximus in insulis fortunatis una nocte ex plano enatus est, ac propè Puteolos alius. Tempore itaque mira rerum fit vicissitudo, ac omnia paulatim mutantur.

QVI JUDICATIS TERRAM DILIGITE IUSTICIAM.

Admonentur hoc Symbolo reges, principes, ac judices, ut diligant justiciam, ac Glyphe, ut administrent tum pœna, quam clava significat, tum æquitate, quam bilanx: Non enim omnia justa æqua sunt; sæpe enim summum jus, summa injuria est. Quid si lex lata sit, eum, qui citatus, certò tempore non comparet, causam amittere, isque venire non meminerit, ac jurejurando se oblitum fuisse testari velit; æquum ne est, ut centum milium florenorum causam amittat? Iniquum profectò videtur: propterea, quòd legislator, non obliviosos, aut certis impedimentis implexos; sed contumaces, ac qui cum possent venire, nolunt; ut adversario molestiam faciant, causamque protrahant, tam graviter puniri velit: Mulcta tamen arbitraria hujusmodi negligentiam castigari æquum est. Ad æquitatem supremi judices, & à quibus nulla amplius est appellatio, instituti sunt. Hi secundum æquitatem judicare debent, ac potiùs secundum legum mentem quàm verba: AEquum enim præstantiùs, quodam justo, ac alicujus justi correctivum: Emendat enim legem secundum naturam circumstantiarum. Propterea qui hoc agunt, ac justum non exactè in deteriorem exequuntur partem, æqui & boni dicuntur, ac perfectè justi sunt; Est enim justiciæ perfectus habitus æquitas. Vt autem æquitas judicibus convenit: ita etiam clava, seu pœna, quæ malos

ac ſceleratos, coërcet, abigit, aut è medio tollit: ut boni & probi jucundè, ac tutò vivant: Hic enim finis omnis juſticiæ, & propter hunc reges & principes à Deo inſtituti ſunt. Nihil propterea magis laudari poteſt in principe, quàm ſi juſticiam diligat, ipſequemet ſtudioſè adminiſtret, aut ab alijs, ſi periculum vetet, adminiſtrari curet. Adminiſtrabit ipſe, ſi cuivis aures præbeat; hac enim humanitate nihil aptiùs, ut ſubditorum amorem ſibi conciliet, ac juſticiam conſervet, eſſe poteſt; ita enim quæcunque in regno injuſtè geruntur, & qui mali, injuſti, ac improbi miniſtri ſint, facilè ab ipſo deteguntur. Vbi improbi, ac auari juſticiæ præſunt, ibi venalis eſt juſticia, ibi viduæ, pupilli, ac qui ſe tueri non poſſunt, prædæ ſunt. Vbi boni, ibi floret juſticia, ac probi miſeræque perſonæ ſecuram, & beatam vitam degunt, principeſque, quia ſitierunt juſticiam, æternam beatitudinem conſequuntur.

DEUS FORTITUDO MEA.

Pro Hieroglypto fortitudinis, hîc Divi Georgij figura exhibetur, qui Dei inſtinctu, ejuſque fortitudine munitus, Draconem illum Anglicum, qui divam Margarettam devoraturus erat, interfecit. Fortitudinem in ſe agnoſcit Myſta, eamque non ſuam, ſed numinis eſſe, piè profitetur, ut Eſaias: DEVS meus, factus eſt FORTITVDO MEA: Virtus enim eſt fortitudo, ac virtus omnis à Deo. Hîc autem non ſolùm bellica fortitudo, qua victoriam Dei auxilio adipiſcimur, intelligitur: Sed ea, qua mundum, Sathanam, omniaque vitia ſuperamus, quam ſi Dei beneficio obtinemus, tum verè profiteri poſſumus, nos, vires, valetudinem, divitias, honores, opes ac delicias contemnere, eaque, quæ ijs contraria ſunt, pro nihilo ducere, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terreri, Sed non ſolùm hæc omnia contemnere ſatis eſt: verùm omnibus modis ad virtutem tendere, ut fortes ſimus, debemus: Inquit enim Ambroſius: in duobus fortitudinem ſpectare animi: Primò ut exteriora corporis pro minimis habeamus, & quaſi ſuperflua, deſpicienda, magis quàm expetenda ducamus: Secundò, ut ea, quæ ſumma ſunt, omneſque res, in quibus eſt honeſtas, præclara animi intentione, uſque ad effectum perſequamur. Dei itaque auxilio fortes, nulla pericula, nullos dolores, ne mortem quidem extimeſcimus, ac ita animum componimus affectuſque domamus, ut in nullum flagitij genus, quod Deum offendat, incidamus. Hæc vera eſt fortitudo, quæ non noſtra, ſed Dei eſt, & quam Deus per nos exercet, aut ejus beneficio exercemus.

URGET MAJORA.

Quis hac Hierographia magnanimitatem hujus Herculis non agnoſcit, dum exemplo Rhinocerotis ſe majora urgere Symbolo aſſerit? Rhinoceros

Rhinoceros equidem non minora animalia, ſed elephantem hoſtem ſe longè majorem, & omnium quadrupedum maximum aggreditur. Habet Rhinoceros in naſo, & ſupra dorſum cornu, quo ad ſaxa limato, præparat ſe pugnæ ac ventrem elephanti, quem ſcit molliorem, petit. Tanti animi fertur, ut à pugna nunquam niſi victor recedat. Cute duriſſima & craſsiſsima eſt armatus: ut non facilè ab elephante vulnerari poſsit. Quemadmodum autem Rhinoceros minora quævis animalia contemnit, ac victoriam quam ab illis ferre poſſet, ſibi potiùs ignominioſam quàm glorioſam putat. Sic magnanimus iſte Dux, ſibi non res exiguas, faciles, & leves, urgendas; ſed magnas, difficiles, & arduas, ut majorem gloriam conſequi poſſet, propoſuit.

Renata neptis Regis Galliæ uxor Herculis II Ducis Ferrariæ.

Alphonsus II Dux Ferrariæ Mutinæ et Regij ultimus.

Cæsar Dux Mutinæ Regij et Carpi VI. Marchio Estensis etc.



Marchiones Mantuæ

Joannes Franciscus Gonzaga Dns Mantuæ et primus Marchio.

Ludouicus Gonzaga Marchio Mantuæ Secundus.

UNA FUIT.

Quia ab una arbore duo rami ablati terræque inserti in duas arbores abeunt; Rectè Renata, Herculi matrimonij fœdere juncta, quod duæ manus se mutuo ac ramusculos complectentes, indicant, marito progeniem & sobolem promittit. Nihil enim optabilius principe, quàm ut legitimam prolem regni hæredem habeat; nihilque mulieri amabiliùs & gratiùs, quàm ut conjugi suo sobolem ferat. Vt autem arbor à qua ramusculi ablati sunt, una fuit, ac ramusculi terræ inserti, multiplicantur: Ita etiam una fœmina, conjugii beneficio multiplicatur. Divinam autem & conjugalem esse conjunctionem, demonstrant manus è nubibus porrectæ. Fœlicem autem fururam sobolem significant oleæ vel lauri ramuli, qui pacem & victoriam in regno seu imperio (quod corona notatur) promittunt.

EXCELSÆ FIRMITUDINI.

Alphonsus Dux Ferrariæ ab anno ætatis decimoquarto hac Hierographia usus dicitur, causamque dedisse præceptores; Qui cùm illum optima indole, ac ad virtutes natum animadverterent, sæpe inculcabant, ne unquam hanc indolem, & ad virtutes propensionem, mutari aut extingui, ut principibus contingere solet, pateretur. Hi enim optimè educati, virtutibusque omnibus ornati, cùm primùm florem ætatis attigerunt, aut ad gubernacula rerum vocati sunt, effrenes quasi facti, virtutes in vitia mutant, ac qui priùs mites, crudeles: qui liberales, avari; qui æqui, iniqui; qui casti, in omne libidinum genus profusi; qui modesti. securæ; qui affabiles, difficiles & morosi, fiunt. Vt itaque Alphonsus ostenderet se perpetuò constantem fore, ac indolem Geniumq; ad virtutes stimulantem, se non derelicturum EXCELSAE FIRMITVDINIS figuram columnam, constantiæ imaginem pro Hieroglypto edidit.

OBSTANTIA NUBILA SOLVET.

Putant aliqui Cæsarem hunc, cùm adolescens adhuc esset, illustrissimam quandam virginem amasse, qua cùm potiri ob multa impedimenta non posset, istam Hierographiam excogitasse; ut tempus aliquando fore, quo discussis impedimentis omnibus, Amasia sua potiri posset significaret. Verùm augustius mihi videtur hæc Hierographia interpretanda; Nempè ut Sol ineffabili vi potentia, ac calore nubes, qui conspectum illius nobis intercipiunt, solvit ac consumit; ita etiam authorem istius Hierographiæ in vero, & æterno Sole Deo opt. max. eam habere animi fiduciam, quod ille, quæcunque obsunt ne ad fœlicitatis, ac beatitudinis culmen pervenire possit, facilè dissolvet. Potest etiam stemmati aut familiæ applicari, Quæ cum antiquis-

sima, & illustrissima Solis instâr sit, quævis, à quibus labefactari, ac opprimi posset, facilè delebit, ac in nihilum, ut Sol nubes, rediget.

HESPERUS UNUS LUCESSET.

Navis mari, ventis ac tenebris concredita, animum aut negotia Ducis periculis non levibus expositа indicat. Consolatur tamen se Dux neque desperat, quin ad fœlicem portum sit adventura cùm ait HESPERVS VNVS LVCESSET. id est: stella aliqua major. Ejus enim lumine licet exiguo optatum portum navis consequetur. Admonemur itaque hac Hierographia, ne in peticulis constituti desperemus, sed in Deo speremus. Facilè enim si vel minima divini auxilij lux affulserit, liberamur. Quamdiu meliora speramus, tamdiu leviùs ferimus pericula. Spes enim sperantes alit, ac speratis sperans ut præsentibus fruitur.

AD NOS LAUDIS AMOR.

Capreolus in cacumine rupis se ostentat. Animal quod inter rupes degit, ac summa semper appetit loca, tanta saltandi peritia, dexteritate ac securitate præditum, ut in planitiem vix palma majorem saltare præceps absque periculo audeat; quam cum pedum unguibus apprehendit, ibi etiam se sistere potest. Quemadmodum itaque hoc animal nullo præcipitij metu, semper altiora, & summa petit donec ulteriùs nun possit, ita illustriss. iste vir Ioannes indicare hac Hierographia voluit, se virtutem, qua sola vera laus comparatur, semper amare, tantique facere, ut difficillima quæque illius gratia, ac ad eam consequendam aggredi, velit.

EX GLACIE CRISTALLUS EVASIT.

De se proculdubiò Ludovicus Gonzaga, loquitur dum ait EX GLACIE CRISTALLVS EVASIT. ac à cristalli origine Hierographiam deduxit. Putant enim authores nonnulli glaciem diu in frigidissimis montibus servatam, tandem in cristallum abire, ac cristallum priùs aquam fuisse. Verùm omninò falluntur, nunquam enim aqua in cristallum mutari potest, absque tamen aqua non generatur, solvi enim terræ tenuissima portio cum aqua debet, quæ recedente aqua, tum primùm in cristallum concrescit. Si cristallus ex aqua congelata constaret, igne solveretur; (quæ enim frigore concrescunt, calore solvuntur,) ac aqueæ partes igne consumerentur: quod non fit experienti. Igne enim crematus, calcem seu terram, & sal cujus spiritus beneficio coagulatus fuit, ostendit. Verùm non refert,

non refert, quid hac de re vulgares authores censeant: Constat illustrisimum D. Ludovicum hac Hierographia ostendere, nihil esse tàm imbecillum, ignobile, & pusillum, quin tandem studio, diligentia, opera, & industria, illustre, firmum, magnumque evadat: Ac proinde se illustriorem omnibusque virtutibus ornatiorem suis futurum.

Fridericus Gonzaga Marchio Mantuę iii.

Franciscus Gonzaga March Mantuę iiii Generalis supremi Venetor Reipub

Franciscus Gonzaga. Marchio Mantuę iii. Generalis supr. Venetor Reipub.

Isabella Palæologa Marchionissa Mat. uxor Francisci March.

Fridericus Gonzaga Dux Mantuę V et Mar Mont. Fer. General Car V. Imp

Margaretta Ducissa Mantuę Friderici uxor.

SOLUS INDEFICIENS.

In rebus humanis nihil est perfectum, nihilque completum, nemo etiam tam fœlix, aut beatus, cui non aliquid desit, & quem non premat molestia aliqua. Si animum spectes, sæpe illi, quibus neque valetudo, neque externa bona desunt, curis, tristitia, anxietate, alijsque animi affectibus cruciantur, ac virtutibus animique quiete carent. Quibus animus compositus est, fortunæ bonis, vel bona valetudine, plerunque carent. Ac qui divitijs alijsque externis affluunt, bona multoties valetudo & virtus deficit: Nunquam enim hac in vita quis ita fœlix fuit, ut si alijs nihil illi deesse videretur, sibi tamen nihil deficere assereret. Hinc rectè Ovidius:

Vltima semper
Exspectanda dies hominis, dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaq; funera debet.

Et Cic. in Tusc. Qui beatus est, non intelligo, quid requirat, ut sit beatior: si est enim quiddam quod desit, ne beatus quidem est. Hæc perpendens Mysta Solem Hieroglypto exhibuit, ac illum solum indeficientem scribit: Verè profectò; utpote qui neque motu, neque lumine, neque calore unquam defeciisse deprehensus fuerit. Per tot enim secula, tam citato motu, quem mens humana concipere non potest, indefessus semper permansit, ac per tantum spacij intervallum lumen perpetuò idem nobiscum indeficiens communicavit, mitiq; suo calore nos fovit. Et quamvis hæc omnia huic nostro visibili Soli conveniant: voluit tamen mystice Hierographiæ author Symbolo æternum illū Solem, Trinitatē videlicet, intelligi, qui solus indificiens & beatus est, quem ipse, ut etiam beatus, & indeficiens fiat, sibi pro rerum omnium scopo, sanctè proposuit.

DOMINE PROBASTI ME ET COGNOVISTI SESSIONEM MEAM.

Depictus hîc est furnus probatorius incensus, cui catinus (quem Spagiri tigillum vocant) virgulis aureis plenus, impositus est; ut ostendatur aurum examini, & depurationi esse commissum: Aurum enim igne vehementi probatur, ac si adulteratum sit, facilè exemptum dignoscitur: Priùs tamen ingenti igne cruciari debet: nisi enim prorsus ignitū fuerit, nō liquescit, liquefactum, ac in virgas projectum, tum demum quanti valeat, manifestū fit; Colores siquidem & fucos adulterinos ignis consumit. Vt itaque aurum igne diu vexari, antequam valor ipsius innotescat, nobisque sit in precio, debet; ita etiam viri boni, Deoque grati, multis sæpe à Deo calamitatibus affliguntur, ut illustriores Deoque chariores fiant. Hunc divinæ probationis modum in se Dux iste agnovit, propter adversa, quæ perpessus fuit, ac auri igniti instar magna animi fortitudine, constanter pertulit. Obiidit: DOMINE PROBASTI ME ET COGNOVISTI SESSIONEM MEAM. Sessione, quam furnus

nus probatorius indicat, Marchionatus dignitatem & locum ad quem à Deo vocatus fuit, intelligit, quem se ut vocatio postulat bene regere, demonstrare velle videtur.

DOMINE PROBASTI ME ET COGNOVISTI ME.

Repetitur hîc Hierographia superior, sed omisso probationis furno, ac in Symbolo sessionis vocabulo; ita ut non ad locum, sed ad se tantum referri velit Hierographiam author. Aurum itaque iterum tigillo impositum igni substrato probari ostenditur. Auri probandi modi varij sunt: Probatur enim Lydio affrictum lapidi: verùm incerta & fallax hæc proba, quòd superficies tantùm examini subijciatur. Probatur etiam aqua ex halinitro, & vitriolo distillata, huic enim injectum, ac pòst aliquot tempus exemptum, si pristinum pondus servaverit, adulteratum non fuit. Per ignem faciliùs probatur; stibio enim commixtum, ac in pyramidem projectum, si pondus amiserit purum nunc, non antea fuit. Exactissimè autem cemento regali, (quod ex pulveris plumbi uncia, sulphuris vivi, salispetræ, singulorum semuntia, arsenici crudi, salis communis binis uncijs constat) probatur; eo enim omnis fucus tollitur, ac purum putumque redditur: Hique duo postremi per ignem probandi modi veri sunt: Si enim stibium ac cementum tulerit aurum, defœcatum, ac obrizum dici potest. Vt itaque ignis aurum, ita Deus, num illi fidamus, in eo spem ponamus, ac virtutes amemus, ijsque ornati simus, varijs nos calamitatibus probat; quas si sustinemus patienter, tum demum nos probatos, puros ac putos æternæque beatitudinis compotes fore, scire possumus. Hanc probationem Iobi instar à Deo institutam Marchio iste se tulisse hac Hierographia non minùs, quam priori, ostendere voluit.

VNUM SUFFICIT IN TENEBRIS.

Christianis mos est, cum anniversarios Salvatoris nostri crucifixi luctus, ejusque diei, qua passus, & mortuus est, memoriam celebrant, tredecim candelas sub crepusculum, eo, quo cernuntur in Hieroglypto, modo constitutas, incendere. Hæ duodecim Apostolos, & beatam Virginem numero referunt, ac etsi omnes simul ardeant primò: paulatim tamen postea singulæ extinguntur, donec omnium suprema sola luceat. Quæ sola tenebris depellendis sufficit: quia habitus privationem tollit: Tenebræ enim nihil aliud, quàm lucis sunt privatio, ac lux nihil aliud, quàm vita corporum, quatenus visibilia sunt, aut lucentis corporis in objectis corporibus, spiritualis præsentia ac idea, quatenus visus objectum est, sensu potiùs, quàm definitione, aut ratione nobis nota: Nemo enim mortalium veram lucis essentiam comprehendere animo potest: imò nec an substantia, an qualitas, & si substantia, an corporea, an incorporea sit, intelligi potest. Oculis nihil notius luce: Ejus enim beneficio cuncta apparent, & perspicua omnia sunt, ac calores actum recipiunt; ut non absurdè

absurdè Aristoteles, lucem actum esse perspicui quatenus perspicuum definierit. Isabella Palæologa Græca ex prosapia imperatorum Constantinopolitanorum, propter Turcarum tyrannidem, tam diu in tenebris latuit, donec Franciſci Marchionis conjunx esset, cujus unius & solius lucem, si se ereptam è tenebris agnoscat, ac sibi illam solam lucem sufficere, ut omnes animi molestias, anxietates, omniaque perpessa mala obliteret ac exstinguat; quis illi vitio vertere potest, imò non laudet potiùs? Mulieris enim lux vir est, à quo ornamentum & dignitatem adipiscitur. Sed & non nulli arbitrantur, illam hac Hierographia usam cum vidua esset, ac ab omnibus aulicis, uno excepto sene, desereretur: Cùm enim filius ipsius, Amasiam nobilem conjugis loco secum circumveheret, ac omnes aulicos, (à quibus mater antea honorari solebat) ut Amasiæ suæ aulam ornaret, & ad se traheret: Vidua mater ab omnibus neglecta fuit, unusque tantùm illi fidus adhærebat senex, cujus fidem & lucem, ut sibi suffeciſſe, ac cæteros contempsiſſe ostenderet, verisimile est hanc Hierographiam edidisse: Prudentiùs ac utiliùs unius hominis probi, & fidi consuetudine uti licet, quàm multorum, cùm fides à multis rarò servari, ab uno facillimè possit.

AMΩMOΣ.

id est:

INNOCENS.

Pro innocentiæ testimonio exhibet hic adamantem in summitate montis constitutum, ac conspicuum facibusque illustratum Mysta. Adamas inter omnes gemmas colore omni vacat, ac transparens est aquæ instar, puritatis sanè, bonæque conscientiæ index. Duricie & fortitudine, nulli gemmarum cedit, ignis ferens injurias, è quo purior, ac nitidior depositis sordibus, & nubeculis solet exire: Vt rectè igne examinatus irreprehensibilis, ac inculpatæ pulchritudinis dici possit. Ad ejus naturam alludit Mysta, cùm se innocentem ac inculpatum Græco Symbolo ostendit: Habuit enim invidos complures, dum Caroli Quinti summus Dux belli esset, hos facibus ignitis notare voluit: Vti enim ignis adamanti notam, aut maculam inurere nullam potest: sed illum nitidiorem, ac illustriorem reddit: ita nec invidi aut detractores illum calumnijs maculare verè possunt. Quia ἄμωμ♂ id est: sine macula, ac montis instar, ipsius virtus, ac innocentia, ita firma, ac omnibus conspicua est: ut invidorum ac momorum dentibus tanquam facibus, potiùs illustretur, quàm obscuretur.

IN ÆTERNUM.

Duæ manus dextræ à nubibus porrectæ, nihil aliud, quàm divinum ac conjugale fœdus, quod inter Margaretham, & Fridericum istum est, significat: Duabus enim dextris solent fœdera confirmari. Conjugale verò fœdus ad mortem alterius conjugis tantùm durare solet.

rare solet. Verùm Margaretha IN AETERNVM fœdus manere, ac nunquam dissolvi cupit. Symbolum IN AETERNVM ne mortem quidem sui conjugis dissolvere, vinculi, & datæ fidei nexum posse, ostendit. Se itaque, si non corpore marito post mortem unita esse possit, animo tamen fore, neque unquam primam quam illi dedit fidem, irritam secundis nuptijs facturam: Hac enim ratione æternum fœdus servari dicitur. Egregia sanè ac tanta Principe digna gnome, quæ conjugalis amoris vinculum, nunquam dissolvi, sed in æternum permanere cupit.

Franciscus Gonzaga. Dux Mantuę Secundus et Mar. Mont. Ferratis.

Elisabetha Austriaca. Ferdin. Imp. F.
Ducis Francisci Mantuę uxor.

Guilhelmus Gonzaga. Dux Mantuę
III. M. Mont. Ferr. Eques Aur. Vell.

Leonora Austriaca. Ferd. Imp. Filia.
Ducis Guilhelmi Mantuę uxor.

Vincentius Gonzaga Dux Mant. IIII
et Montis Ferr. II Eques Aur. Vell.

QVOD HIC DEEST ME TORQVET.

Stellio Lacertæ genus est, inde nomen habens quòd tergum, & cauda stellis insignita sint. Venenosum est animal, ejusque naturæ, ut qui vinum, in quo extinctus fuerit, ebiberit leprosus fiat. Vere cavernas relinquens, dum apricatur, solem jugiter intuetur, ut nebulæ, & humores oculis inhærentes, ac tenebris conquisiti, discutiantur. Animalculum est quadrupes Salamandræ non dissimile, ac inter alia hoc peculiare habet, quod, ut cætera animalia Venerem cupiunt, illius stimulis neque crucietur, neque amoris conflictus sentiat. Ab hac ipsius natura princeps Franciscus Symbolum accepit, dum ait: QVOD HIC DEEST, nempe amor, ME TORQVET: Fuit enim amore cujusdam virginis captus, quo quia se mirificè vexari sensit, appositè Stellionem, qui amoris molestia caret, pro Hieroglypto edidit. Quibus autem molestijs amantes torqueantur, mortalium pauciſsimis ignotum est. Ait enim Plautus: Credo ego amorem apud homines carnificinam commentum, ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, oppetit, raptat, retinet, jactat, largitur, quod dat non dat, deludit, modò quod suasit dissuadet: quod dissuasit, id ostentat.

VIAS TUAS DOMINE DEMONSTRA MIHI.

Thobias junior cùm jussu parentis, ad exigendam debitam pecuniam ei proficiscendum esset in Mediam, factus est illi divino instinctu itineris dux Angelus Raphaël. Dum itaque circa Tygrin flumen quiescerent, ac Thobias in flumine pedes lavare vellet: piscis quidam horrendus in illum insiliens, non levem illi timorem incussit: Verùm Angelo jubente audacior factus, in terram traxit, occidit, exenteravit, ac cor, jecur & fel servavit, ut corde carbonibus injecto, dæmonia fugare, ac felle cœcitatem oculorum amovere posset: Quòd postea factum fuit. Nam cum apud Raguelem manerent, cujus filia Sara septem viris (quos dæmonium, prima concubitus nocte interfecerat,) frustra desponsata fuisset, Angeli consilio Thobias illam in uxorem perijt à patre, obtinuitque, ac Dæmonio abacto cordis fumo, illa conjugaliter, cum altera parte omnium bonorum, quæ pater possidebat, potitus est. Hujusmodi itineris ducem, non est dubium, quin sibi hic Dux, qui adhuc cælebs erat, dum hanc Hierographiam erigeret, optarit: quo juvante piam, omnibusque virtutibus ornatam uxorem, ut Sara fuit, nancisci posset. Hanc illius fuisse mentem, Symbolum, VIAS TVAS DOMINE DEMONSTRA MIHI, confirmat: Scivit enim Dux, bonam, piam, & probam uxorem, non nisi à Domino, ut Thobiæ contigit, dari. Quam etiam postea jugibus ad Deum fusis precibus obtinuit, Elisabetham nempe Austriacam Ferdinandi Imperatoris filiam, cujus pietas & virtus, Solis instar totam Italiam illustravit. Potest etiam hæc Hierographia ad omnia alia negotia, ac res quasvis agendas, accommodari & applicari. Quis enim est tam impius

impius, qui neſciat omnia Dei nutu regi, ac non velit à Deo rerum ſuarum fœlicem ſucceſſum dari.

SPOLIAT MORS MUNERA NOSTRA.

Arbor hîc oſtenditur frugifera, quam fulminis telum diffindit, & enecat. Ait Symbolum: SPOLIAT MORS MVNERA NOSTRA. Myſticè hæc hominibus accommodantur: Vt enim fulmen ſtorentem arborem ſæpe exurit, ac ne fructus ſuos ſtatuto à natura tempore exhibere poſsit, facit: ita etiam mors, excelſa, bonaque frugis ingenia plerunque immaturè, ne fructus & munera, quæ à numine obtinuerũt, nobiſcum viciſsim communicari poſsint, ferit. Id certè viro omni humaniorum literarum genere cultiſsimo, D. Iacobo Typotio Belgæ, quondam Regis Sveciæ Conſiliario intimo, Cæſariſque Rudolphi Secundi Hiſtorico, qui Symbolorum priora duo volumina ſua iſagoge illuſtravit, contigit: Hunc enim mors præcox, tabe conſumptum, amicis, beneque illi volentibus, ante extremum ſenium abſtulit. Habuit vir ille inſignis, cancellariæ aliquot volumina præ manibus, & quædam abſolvit, quibus non ſolùm principum ſui ævi ſtatum fictis nominibus deſcripſit, ſed etiam formulas literarum, mandatorum, & libellorum, qui à principibus vel rebuſpub. expediri ſolent. Poëmata & epigrammata etiam nonnulla conſcripſit. Ac libellum de arte Hierographiæ, quem ſpero tandem in lucem proditurum, ac, etiamſi mors Doctiſs. Typotium vita ſpoliârit: munera tamen illius noſtra fore.

ΟΛΥΜΠΩΣ.

Mons hîc depingitur Olympus, in tota Macedonia, & Græcia altiſsimus, cui ſuperſtructum eſt mauſcolum, quale Auguſtus Romæ habere ſolebat. In hujus cacumine altare fidei, & fides coronata cernitur. Proculdubio mons animum hominis excelſa optantem deſignat: is enim ſi Olympum, hoc eſt cœlum, ac æternam beatitudinem cogitat, ac cupit, fide imprimis inſtructus eſſe debet: fides enim fundamentum ſalutis eſt, ſine qua impoſsibilis eſt placere Deo. Ob hanc cauſam corona illi ſupra pingitur: ut demonſtretur fidei præmium, vel coronam, Olympum eſſe, id eſt, cœleſtem gloriam. Verùm quia de fide alijs virtutibus carente, & mortua hîc non agitur: arbores vivæ appictæ ſunt. Fides enim fructibus, nempe charitate ac ſpe, ut Olympum conſequatur, ornata eſſe debet; Niſi enim charitas adſit, quæ viæ inſtar ſit, & ſpes quæ viam, ut columnæ mauſcolum, ſuſtentet, non pervenietur ad montis jugum. Rectè itaq; hic Princeps viva fide, & quæ alijs virtutibus ornata eſt, ſe beatam vitam conſequuturum credit.

COSI MORIR MI PLACE.

id eſt:

ITA MORI PLACET.

Elegans hæc Hierographia, ac probæ matrifamilias optimè con-

 veniens,

veniens, utpotè quæ amoris conjugalis vehementiam ejusque fidem testatur: Vt enim ab hedera, quæ se fulcris, & ramis sustinere non potest, arbor circumvolvitur, ac illius complexu tandem in tabem redigitur, ac marcescit. Ita Leonora Austriaca conjugi suo Gvilhelmo unita, ac amoris in conjugem igne accensa, paulatimque tabescens: hujusmodi mortem sibi placere, Symbolo Italico asserit: Nihil enim gratiùs amantibus esse solet, quàm cùm re amata fruuntur, potiùs in amplexu mori, quàm ab ea divelli. Amor propterea inter conjuges laudatur, qui tam vehemens est, ut semper simul vivere cupiant, & si moriendum uni sit, alter commori optet.

SEMPER VIVA.

Vincentius Gonzaga, cum Ducis Parmensis sororem, virginem eximia forma præditam, in uxorem duxisset, neque eam proli ferendo idoneam nactus esset: ab ea separatus, alteramque ducens (si vulgi fama vera est) hanc Hierographiam, sinceri amoris testimonium, in illius memoriam edidisse fertur; qua ostendere voluit: ut Luna semper lumine illustratur, licet id non semper appareat: Ita virtutes ideam ac formam, prioris Amasiæ & conjugis, etiamsi conspectu illius non amplius frui possit, animo suo firmiter inhærere, ut quasi SEMPER VIVA appareat. Vivunt enim amantes in alieno corpore, ac amatæ formam, corpus, animumque in se ferunt, illiusque animi facultate, non sui reguntur. Hæc vis amoris; cujus etiam proprium est, non lætari, non gaudere, non bene valere, omnia fastidire, nisi adsit res amata, ac ea frui liceat. Suscipit autem ideam veram, ac corpori amantis nectit, ut speculum objecta, oculis: animusque in se ab oculo susceptam attrahit, sibi unit, ac spirituum beneficio toti corpori communicat: Vt ob id non mirum sit, amantes sola idea non contentos, sed prototypon optare; neque quiescere donec eo potiantur. Verùm istius amoris gratiâ Ducem erexisse Hierographiam, verisimile non est: sed alterius divinioris, qui virtutem prosequitur, colit ac sibi uniri cupit. Qua priorem conjugem ornatam fuisse, nemini ignotum est.

Vincentius Gonzaga Dux Mantuę IIII et Montis
Ferratis II. Eques Aurei Velleris.

Vincentius Gonzaga Dux Mantuę IIII et Montis
Ferratis II. Eques Aurei Velleris.

Parmensium Duces

Petrus Aloysius Farnesius P.P. Pauli
IIII fil. Dux Parmæ Placentię et Castri.

Octavius Farnesius Dux Placentię
Parmæ et Castri II. Marchio Novariæ.

ΦΥΣΑ.

id est:

FLATUS.

Videtur hîc Hierographiæ author quatuor elementa exhibere: Corona enim, quia herbis, & floribus constat, terram, quæ illorum parens est, notat. Aquæ figura satis apparet. Aër, spiritus, aut ventus: quia neque cerni, neque depingi potest, Græca dictione φῦσα, id est, flatus, significatur. Sol suprema parte: quia caloris omnis fons est, ignem illum æthereum non malè designat. Sed quid Mysta velit quatuor elementis, difficulter assequi licet. Scitur omnia quatuor elementis constare: Scitur absque ijs nihil vitam habere posse. Sed quid hinc sacri colligi potest? Non dubitandum, quin obscura hæc Hierographia aliquid maius præ se ferat, quàm prima fronte appareat. Hoc nempè: ut Sol nobis conspicuus omnia suo motu, luce & calore regit: frondes herbasque virentes producit, tempestates marinas, ac ventorum tormina & procellas, lumine ac præsentia sua moderatur, compescit ac regit. Ita Solem illum cœlestem nostra omnia negotia ad bonum finem dirigere, ac varijs calamitatibus oppressos, fortunæque injurijs, ac procellis jactatos, ineffabili sua bonitate sublevare.

PROBASTI DOMINE.

A Francisco Gonzaga desumpta est hæc Hierographia, qui se fidelem Cæsari fuisse, ac omnes probationis modos (auri instar) sustinuisse, ostenderat: Conspicitur enim hîc furnus ignitus, ac tigillum auri virgulis ad fusionem plenum, igni impositum. Fortè iste Princeps se à Cæsare nostro Rudolpho probatum varijs modis, ac sincerum fidumque inventum, sibi ipsi gratulatur. Quid enim principem magis decet, quàm fides & boni conscia mens, quietis laudisque æternæ ac immortalis pabulum? Si divinis sacrisque accommodare Symbolum velimus: nihil profectò gratiùs, jucundiùs, acceptiùs ac quòd magis solatium præbeat, esse potest; quàm, conscientia teste, firmam Deo præstitisse etiam in maximis periculis fidem.

A FUNDAMENTIS EREXIT.

Si quis hanc figuram diligenter contemplari velit, nullam esse Hierographiam deprehendet, sed tantùm exstructæ arcis à fundamentis memoriam. Quæcunque autem arx sit, legitimè, & ex arte construcța esse apparet: Hexagona enim est, sexque propugnaculis instructa, quæ ita ad lineas disponi solent, ut nusquam foris, ne uni hosti sit tutus locus. Facies etiam propugnaculorum ita duci debent, ut à multis locis defendi possint, ac axillæ propugnaculorum, ut vix foris & tantùm ad faciei superficiem conspici possint: Hac enim ratione ordinata, tutissima fiunt, ac hostibus metuenda; quòd non nisi maximo periculo arcem oppugnare possint. Arces ob quatuor causas extruuntur: Primò ut illi, ad quos

ad quos imminent, ad quævis officia cogi posſint, velint, nolint. Sed illæ ſtruentem vel ipſius ſtatum ruunt: quia Tyrannidem inducunt nunquam durabilem. Secundò ut tutus receptus, hoſte provinciam vaſtante, aut occupante habeatur. Verùm illæ rarò utiles ſunt, ob id, quòd occupatis omnibus circumcirca, tandem, & illæ ſe dedere cogantur. Tertiò extruuntur arces: ut hoſtes circa limites provinciæ hærere cogantur, ibique detineantur, donec, quæ ad illos pellendos neceſſaria ſunt, parata eſſe poſſint. Atque iſtæ neceſſariæ omniumque utiliſſimæ ſunt, ſi circa præcipuas vias, ac provinciæ introitus conſtruantur. Quartò ſtruuntur arces; ut perfidi, aut ad jugum redacti, in officio retineantur. Vtiles quidem illæ, ſi miles ſtationarius rectè ſe gerat, ſed nequaquam ſi ferociat: captæ enim ab injuriam paſsis, rebellionis fiunt fulcrum, ac difficilè recuperantur. Qui metui nolunt, ac officijs captant ſubditos, arcibus opus non habent; quòd amentur, ac ab amantibus non lædantur: Nemo enim quem diligit, offendit.

S I C.

Lunæ jam primùm creſcentis apparet imago. Huic inſcriptum Symbolum S I C. Supple, illuſtrior creſcam: ita ut ſingulæ literæ dictionem referant ſi velis, Nos paucis ita exponimus: Vt Luna paulatim creſcit, S I C Dux iſte Vincentius. Solidiora profectò ea rerum gubernacula, quæ paulatim excreſcunt, quàm quæ ſubitò ad ſummum perveniunt. Quod citò ſit, citò perit, ac præcocia quævis facilè intereunt. Res magnæ & arduæ, ut durent fundamentis egent firmioribus. Creſcunt interdum principes, ambitione, Tyrannide, avaritia aliiſque vitijs, quæ effrenis illa libertas, ac ſuprema poteſtas à nemine, neque à propria conſcientia coërcita, parit. Verùm iſte Princeps, ſuis ſe Lunæ modo, paulatim illuſtriorem fore promittit: Luna enim lumine creſcit, ac Solis beneficio. Quid aliud notat Myſta? quàm ſe virtutibus, ac potentia divini illius Solis, id eſt, numinis auxilio, & ope, illuſtriorem ſemper fore confidere, ac eò omnia ſua dirigere, ut ſuorum omnium bono tale propoſitum feliciter, ad optatum finem deducere poſsit.

S E S I B I.

Quis neſcit arborem ſolitariam frondentem, florentem, fructumque ferentem, quam nullum animal accedere aut conſpicere poteſt, ſibi tantùm, non alijs frondere, ac fructus ferre, & propterea nulli alteri animali utilem, nihilque habere in S E, quàm quod S I B I ſit, hoc eſt eſſe. Ab iſtius exemplo Myſta contrarium elici vult; nempè ſe non fore inſtar arboris ſolitariæ, nec ſibi tantùm, ſed alijs ſe velle vivere: Non enim, inquit nobis ſolùm, ſed patriæ nati ſumus, ac proinde ejus animi eſſe, quod omnibus animi corporis ac fortunæ bonis rempublicam, ac ſuos juvare velit. Dignum certè tanto Principe propoſitum; imò nulli magis quàm principi conveniens. Sunt enim non ſibi, ſed alijs nati, ac ideo præfecti alijs, ut regant, juſticiam adminiſtrent, ſontes plectant, ac inſontes tueantur. Sine his enim principes non magis eſſe poſſunt, quàm paſtor ſine ovibus. Sunt enim non ſui, ſed ſubditorum cauſa à Deo creati, ac conſtituti.

tuti. Si aliter sentiant, ac subditos spolient, non pastorum instar Duces, sed Tyranni luporum instar, qui non tondent, sed deglubunt pecus, dici debent, & sunt.

HIS ARTIBUS.

Hieroglypton clavam, tres globos, ac gyrum ex filo ostendit. Instrumenta hæc sunt, quibus Theseus Minotaurum Labyrintho in Creta insula incluſum, interemit: Filo enim inter eundem extenso Labyrinthi vias, reditus gratiâ notavit. Globis piceis Minotauri faucibus injectis, morsus prohibuit, ac clava prostravit: Ita ut non solùm vi, sed arte hostem superaverit. Symbolo HIS ARTIBVS Ducem etiam sibi proposuisse, supremam virtutis militaris gloriam, dubium non est. Dicitur enim hanc Hierographiam edidisse; dum in exercitijs militaribus in Flandria coram Carolo Quinto, cum Comite Egmondano, altero Minotauro illi dimicandum esset, quem non sola vi, quam clava indicat, sed prudentia, quam filum, & sagacitate seu ingenio, quod globi indicant, se superare posse confidebat: Istis enim tribus facilè robustiores vincuntur: Majora sæpe stratagema, quam vis in rebus bellicis præstat. Potest hæc Hierographia generaliùs exponi: Ducem videlicet adversa omnia, fortitudine, prudentia, ac ingenio superare velle: Fortitudine enim, ac ferendo patienter, adversa leviora facimus. Prudentia, ut minus noceant, nobisque utilia fiant, efficimus, ac ingenio quantum possumus à nobis arcemus.

Octavius Farnesius Dux Placentiæ Parmæ et Castri III Marchio Novariæ S. Rom Eccles. Generalis.

Alexander Farnesius Dux Placentiæ Parmæ et Castri III Marchio Novariæ Eques Aur. Vell. Gub. et Genor. Belgij.

Ranutius Farnesius Dux Placentiæ Parmæ et Castri IIII Marchio Novariæ Prefect. et General S. Rom. Eccles.

VIRTVTIS IMPERIO.

Nulla arx, caſtrum, aut turris tam munita, cujus porta virtuti non pateat: Invia enim virtuti nulla via, tantaque eſt virtutis dignitas, ac majeſtas, ut adverſis rebus omnibus imperet, ſibique ſubijciat, Ideo itaque Dux Octavius turrim porta aperta figuravit, ac VIRTVTIS IMPERIO non malè aperiri Symbolo notat; quod ſe ſuis virtutibus, benevolentia, manſvetudine, comitate, liberalitate, magnanimitate, ac juſticia, nemini inviſum; ſed omnibus gratum acceptumque fore, omniumque arcium, civitatum, ac ædium januas ſibi patere, ſciat. Nam inviſos tyrannos, ac vitijs deditos, populus liber, à finibus arcere, ijſque fores præcludere: bonos è contra, virtutibuſque ornatos appetere, ac ad ſe allicere ſolet: Hæc enim virtutis efficacia & vis eſt, ut non ſolùm à bonis, ſed etiam ab improbis ametur, deſideretur, & colatur.

NUBES EXCEDIT.

Hac Hierographia, quæ montem Olympum, ac Symbolon NVBES EXCEDIT, continet, Dux iſte oſtendere voluit, ſe philoſophum & Chriſtianum eſſe, tranquillitatemque animi ſui tantam eſſe, ut nullis fortunæ procellis, vel injurijs, aut malevolorum hominum machinationibus perturbari, aut offendi queat: Olympus enim Macedoniæ mons hæc indicat, quia tantæ altitudinis eſt; ut NVBES, Lucano teſte (à quo Symbolum deſumptum eſt) EXCEDAT, ac accolarum ſacrificijs inſerviat, qui quotannis jugum petunt, ac ibi ſacrificant, victimiſque exuſtis, cineres explanant, figuraſque & literas nonnullas ijs inſcribunt: Has quia elapſo anno, reverſi illæſas, integraſque reperiunt; rectè nullum ibi ventum, aut pluviam unquam eſſe, vel fuiſſe colligunt. Licet etiam Olympum pro animo Ducis accipere, qui mundana omnia ſpernens, NVBES EXCEDIT, ac divina tantùm æternaque appetit, ad quæ omnia ſua dirigit. Verùm quid ſi juvenilius iſta interpretari Dux velit, ac Hieroglypton cum Symbolo Olympiæ ſuæ applicarit? quam forma, elegantia, ac venuſtate, reliquas ſuæ ætatis Veneres, (ut Olympus reliquos montes) excedere; atque ab omni infamia & periculo, ut ille à ventis nubibuſque immunis eſt, ſecuram eſſe, oſtendere vult.

PLACENTIA FLORET.

Lupa Romanam Coloniam indicat, quòd Romani à Romulo: qui à Lupa educatus fuit, nomen habeat. Etſi autem nunc Romana Colonia non ſit Placentia, ſed proprium ac liberum habeat Principem: tamen antiquitus fuit. Vt itaque ſub Romanis floruit: ſic nunc ſub iſto Principe, quem corona indicat, florere cernitur. Appicta enim florentia lilia conſpiciuntur, quæ odoris ſvavitate, formæ elegantia, ac coloris ſinceritate, omnes alios flores antecellere videntur. Symbolum, quænam Colonia Romana floreat, indicat, videlicet Placentia. Lætatur itaque hac Hierographia Princeps, quòd ſub ipſius imperio Placentia antiqua Romanorum Colonia, non minùs quàm olim floreat. Laude

profectò

profectò dignus hic Princeps, cui populi placent commoda, ac qui suos potiùs, quàm se florere cupit: Ipsis enim benè habentibus, aut florentibus, ille bene habet, ac floret. Cùm se solos florere volunt, & putant principes, specie florent, reipsa marcescunt: id postea rerum pericula, quæ populi auxilia poscunt, dum nulla sunt ostendunt.

PLACentia ROMANorum COLONia.

Præcedenti scholio diximus Lupam Romanos, quòd Romulus illorum author à lupa nutritus sit, indicare: Ejus effigies hîc iterum exhibetur. Historia verò hæc est, cùm Amilius Numitorem fratrem, cui regnum legatum à patre fuerat, regno expulisset, ac stirpem ejus masculam interemisset, filiamque ejus, Rheam Sylviam vestalem virginem, ut spes partus perpetua virginitate illi adimeretur fecisset: Illa vi compressa incerto patre, geminos edidit, qui ab Amilio in profluentem aquam mitti jubebantur. Verùm cùm deferentes in proxima alluvie, pueris expositis, discederent, ac statim aqua recedens, illos in sicco reliquisset: Lupa sitiens ad aquam venit, ac ad pueros vagientes deflexa, submissas mammas illis præbebat, linguaque lambebat tantisper, donec Faustulus pastor surreptos pueros auferret, ac Laurentiæ uxori educandos daret. Istius Romanæ origins causa lupa pingi solet, & lupæ sculptura cum gemellis, adhuc hodie in capitolio ex Asphalto lapide conspicitur. Verùm non solùm lupa, sed Tyberis, quia Romam præterfluit, Romanos indicare solet. Ob id, huic Hierographiæ appictus est cum sceptro, imperij videlicet signo. Mulier autem erecta, & Galeata victoriam, aut Romanam civitatem, aut Coloniam ipsius indicare potest, quæ florere Placentiam, quod dextra manu lilium, ac sinistra cornucopiæ, contineat, clarè ostendit. Si quis dubitet, Symbolum consulat: id enim figuram, etsi non integris verbis, explicat.

SECURITAS PLACENTIÆ ET PARMÆ.

Securitas in AEgyptiorum Hieroglyphicis sella notari solebat, quod ea membra delassata, frui quiete possent: Securitas enim quies quædam animi est. Hîc duplex sella spectatur, una cui virgo securitas insidet, altera quæ ignem continet. Deindè virgo facem in manu habere cernitur, proculdubiò ut ostendatur, quænam sit, aut in quo consistat securitas Placentiæ & Parmæ, ut Symbolum ait. Ignis itaque est, ac id quòd ignis mysticè significat: vigilantia nempè. Vt enim ignis, tenebras insidijs plenas pellit, ac minùs secura quæ sunt, lumine suo secura, & aperta facit, ita etiam vigilantia. Hac siquidem civitates, & arces ab hostium dolis, ac irruptionibus defenduntur, ac securæ redduntur. Vbi nullæ sunt vigiliæ, aut excubiæ, facilè hostis vallum superat, ac munitiones etiam firmissimas occupat. Excubiæ vigilantissimis militibus poni debent, ut securi dormiant cives. Nisi

fiat, nemini tuta dies, aut nox est. Id clarè ostenditur anseribus, qui malè vigilante Romano milite in capitolio contrà Gallos, ipsi vigiles clangore alarumque strepitu, hostem clam capitolium ascendentem M. Manlio prodiderunt, ac rem Romanam ab imminente periculo liberarunt, Rectè iatque hoc loco ignis, id est vigilantia, securitas Placentiæ & Parmæ constituitur: Hæc enim non solùm apertos hostes fallit, ac eorum conatus irritos reddit, sed etiam vicinos, qui per fas, nefasque limites extendere, & omnia ad se rapere nimia imperandi cupidine incensi, volunt, illudere potest.

Fridericus Rouereus Vrbini Dux I. Præfectus et Generalis Vrbis Romæ.

Guido Vbaldus Rouereus Feltrius I. Vrbini et Soiæ Dux II. Præfec: Vrb: Rom:

Franciscus Maria Rouereus Vrbini Dux III Generalis supremus Venet: Reip:

Laurentius Medices Vrbini Dux IIII nepos PP. Clem. VII. Præfectus Vrb: Rom:

Otto Antonius Rouereus Vrbini Dux V. Præfectus et Generalis Vrb: Romæ.

Guido Vbaldus II. Rouereus Vrbini Dux VI. Præf: Vrb: Rom: Gener: supr: Ven: Reip:

NON QVOVIS TEROR.

Silex in medio, ac ignitabula tria circum disposita in hac Hierographia cernuntur. Omnes silici minantur ictus, sed ille NON QVOVIS (ut ait Symbolum) TERitur: Quia etiamsi allidatur patique vehementer dum ignem excutit, videatur; tamen si ab ignitabulo ferreo percutiatur, non teritur ipse, sed potiùs ferrum: mollius enim silice. Propterea ut patiatur ac ignem generet, & promat, ex chalybe fieri ignitabulum debet: Hujus enim duritiei cedit, ac atomos à se ignitos, percussus ejcit. Quomodo autem ignis illisione illa generetur difficile scitu est. Ego & motum illum velocissimum, quo corpora dura alliduntur, & sulphur tum lapidis, tum chalybis, solidæ materiæ inhærens, & combustibile, generationis ignis esse existimo: Motum enim, ignem ex materia inflammabili generare, docent ligna in se mutuo affricta, quæ facile ignem concipiunt, & duriores lapides molaribus terendi causa adhibiti, qui in aquis scintillas ignis ejciunt. Rectè itaque Symbolo, se NON à QVOVIS TERi ait Mysta: Ferenda enim multa sunt in hac vita, neq; magnanimi est statim despondere animum. Sive hostes, sive infortunia præmanibus sint, & non parum offenderint, resumendus animus, ac illata damna nihili facienda, vincendaque virtute fortuna est. Qui hæc præstare potest, nihil in illum cadere poterit, à quo teratur aut miser fiat: Animus enim est, qui teritur. Is si fortis & constans silicis instar sit, illæsus permanet, ac adversa, neque injucunda, neque gravia percipit.

VIRTUS UNITA.

Virtutem unitam fortiorem esse dispersa, vetus est philosophorum sententia. Pro virtutis exemplo hic Elephas depingitur animal ut cæteris majus, ita robustius. Conspicitur hîc fascijs ligatus, ut unio illa virium proculdubio significetur. Verùm quid fuci, aut muscæ elephantem vexantes notent, difficile conjectu: Nisi fortè vires dispersas indicent. Nam innumeræ, & separatæ, ut in Hieroglypto apparent, nihil præstare posse, nihilque virium habere cuivis notum est. Mysticè autem hæc ita interpretari possunt. Principes nempe virosque magnos, dum omnes suos concordes & unanimes habent, majores habere vires, quàm si discordes sint, & non conveniant; Ac muscarum aut fucorum, id est adversariorum, & hostium fraudes, conatus, & impetus faciliùs ferre posse. Sumpsit fortassis ideo hanc Hierographiam Princeps: ut studiosè suos concordes semper servaret, eaque ratione rerum ubertatem majorem, & reipublicæ suæ statum firmiorem consequeretur: Concordia enim res parvæ crescunt & discordia maximè dilabuntur. Rarò bene uniti, bello superari, disjuncti facillimè possunt. Princeps qui facilè hostes superare vult, stratagemate illos disjungat, nullo labore superabit.

NON DEGENER ADDAM.

Candela ardens depellit tenebras, & tanquam lucis parens, innumeras alias accendere potest. Mystæ manus minores candelas comprehendens ait Symbolo: NON DEGENER ADDAM: supple lucem.

Can-

Candelæ parentes suos eleganter comparat, quòd virtutibus suis tanquam luce totâ Italiam illustrarint. Manu & candelis se, ac Symbolo animi propositum seu gnomen notat. Nempe se non solùm non degenerem parentibus fore, verùm etiam illorum lumini ac virtutibus, plus adjecturum, aut si fieri possit, illos se superaturum; ut vere dicere cum Cic. possit: præluxi meis majoribus. Laude profectò dignum est maxima, hunc Principem, & quosvis alios, majores suos non solùm æquare virtute, sed superare velle. Virtutis studium priscis philosophis cæteris omnibus semper propositum, ac in summo honore habitum fuit.

SEMPER.

Annulus hîc adamante gemma ornatus depingitur. Huic tres pennæ, vel plumæ apponuntur. Pennæ haud dubiæ tres ipsius adamantis præcipuas qualitates, aut dotes notant. Pulchritudinem, qua eximiè nitet & micat: Fortitudenem, qua igni, & ferro resistit, ac phisicam facultatem & virtutem, qua terriculamenta, incubos, adulteria, phantasmata, ac insomnia arcere creditur. Symbolum ait SEMPER: Vt itaque adamas his tribus ornatus dotibus, SEMPER constanter permanet: ita etiam Mysta semper fortitudinem, ac patientiam ad ferenda mala, & humanos casus; pulchritudinem, & nitorem conscientiæ, quo Deo gratus esse, ac virtutem, qua se suosque regere possit, sibi colendam, & constanter servandam esse proposuit. Hac Hierographia multi ex Medicea familia dicuntur usi, pennasque varijs coloribus depinxisse, videlicet viridi, albo ac rubro: Quibus multorum sententia, fides, spes, ac charitas notabantur: Fides albo, spes viridi, ac charitas rubeo: ut hoc modo ostenderent, se istis virtutibus SEMPER florere, Deum amare, ac ejus regni, illorum ope compotes fore.

EA SOLA VOLUPTAS.

Bubo apud Romanos, teste Plinio, funebris, & maximè ominosus, publicis præcipuè auspicijs, deserta incolit, nec tantùm desolata, sed dira etiam, & inaccessa: noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu. Aridas arbores, & exesos truncos amat, in quibus hærere & latere die solet: nam lucem meridianam ferre non potest, aut aliarum avium societatem, quam fugit, & odit, solam amans solitudinem. Trunco igitur insidet in hoc Hieroglypto, ut solitudinem designet. Quam Mysta Symbolo sibi solam voluptati esse asserit. Sapienter profectò, si non quævis solitudo, sed ea tantùm, quæ ab omnibus vanis ac mundanis turbis hominem liberat ac solo Deo omnipotenti consecrat, vitiaque omnia, & voluptates, mundique illecebras ac leviorum hominum conventus contemnit, & deserit, intelligatur. Hæc enim solitudo meritò sapienti sola voluptati esse debet, quod ea ad vitam cœlestem detur aditus, quem mundana omnia præcludere solent.

ΦΙΛΑΡΕΤΟΤΑΤΩΙ.

id est:

VIRTUTIS AMANTISSIMO.

Symbolum Græcum est, à duabus compositum dictionibus, superlativi gradus: Latinè virtutis amantissimo reddi optimè potest. In Hieroglypto tres pyramides conspiciuntur aræ impositæ, affixæ, aut superstructæ, quæ metas notant. Nam ad has tum Græci, tum Romani currere bigis, quadrigis aut etiam pedibus, in circis, quales complures Romæ fuerunt, solebant. Qui primi metas attingebant, victores coronabantur, aut propositum præmium consequebantur. Vt versus indicat:

Qui cupit optatam cursu contingere metam?

Hac itaque Hierographia ostendere Dux iste voluit, verum gloriæ præmium ijs, qui virtutem sequuntur, & amant, deberi. Ac proinde se omni conatu, tanquam ad metam propositam, eò omnia sua dirigere, & disponere: ut virtute adepta, gloriam apud suos, posterosque ac immortalem vitam apud Deum consequi possit; Hæc enim veræ virtutis sunt præmia.

Guido Vbaldus II. Rouer: Vrbini Dux V. Pref. Vrbis et Generalis Ven Reip:

Julia Varana, Ioan: Mariæ Gamerini Ducis filia Guido Vbaldi Duc. Vxor.

Lauinia Rouerea, Principissa Vrbini Guidoubaldi Ducis filia

Franciscus Maria II. Rouereus, Vrbini Dux VI. Præfectus Vrbis Romæ.

Franciscus Maria II. Rouereus, Vrbini Dux VI. Præfectus Vrbis Romæ.

MERITIS MINORA.

Dux iſte Gvidovbaldus multos ſuæ ætatis principes, virtutis gloria ſuperaſſe, ac juſticia, comitate, omniq́ue humanitatis, & officiorum genere, ſuos tanquam fratres, & filios rexiſſe fertur. Eam laudem non ſolùm domi, ſed etiam foris, & militiæ ſibi peperiſſe dicitur: ubi fortitudo, magnanimitas, ac diligentia, (quæ præcipuè in militia requiruntur) cæteris ipſius virtutib⁹ præluxerunt. Non immerito itaq; Ludovicus Dominicus, omni literarum genere ornatiſsimus, illi Hierographiam iſtam exſtruxit: videlicet currum triumphalem ſpolijs repletum, ac corona laurea ornatum: Quo curruum genere, Romanorum duces devictis hoſtibus in urbem, albis equis tracti, triumphanteſq́ue vehebantur; cùm nullus honor major illis à Senatu Romano daretur. Hoc honore & majore ob virtutes, ac merita, hunc Principem dignum fuiſſe, atque MERITIS MINORA omnia, quæ ſpectantur, ſive ſpolia, ſive coronam, ſive currus & equorum majeſtatem conſideres, eſſe, ſignificare Guidovbaldus voluit.

ADVERSIS ADVERSA SOLATIO.

Rota hîc fortunæ conſpicitur, adverſis utrinque manibus, aut brachijs comprehenſa. Symbolum ADVERSIS ADVERSA SOLATIO eſſe dicit. Id rectè figura explicat: Vix enim una manus, & inferior ſtabilem, & immobilem rotam continere, quin nutet in utramvis partem, poteſt. Verùm ſi adverſam rotæ partem, altera manus contineat: jam quævis ſolatium habet, ac ſine moleſtia rotam quietam contineri poſſe, nemo dubitat. Sic in rebus adverſis contingit: Dum enim fortunæ injurijs premimur, ac calamitatibus obruimur, faciliùs eas perferre poſſumus: ſi nos non ſolos, ſed complures alios idem ſufferre videmus. Nam

Solatium miſeris ſocios habere pœnarum.

Si quis cauſam quærat, hanc aſſero: quòd dum alios ſimili modo opprimi, ac torqueri videmus, neque intrinſecus, quem ferunt dolorem, apparet: fortitudinem ac patientiam miramur, & imitari dum patiendo conamur, occultum noſtrum dolorem animiq́ue anxietatem levamus, & minuimus. Verè itaque adverſis adverſa eſſe ſolatio dicitur.

AD LACHRYMAS.

Sive hoc loco Draco, ſive Baſiliſcus pro Hieroglypto exhibeatur, idem eſt: utrumq; enim animal homini inimicum & venenatum eſt. Draco halitu: Baſiliſcus viſu, & ſibilo necare dicitur. Verùm num Baſiliſcus in rerum natura ſit, multi dubitant. Narratur à Gallo ſeptennali gigni, ac ex ovo molli erumpere, aërem inficere, omneq́ue animal ſibillo interficere. Ad Draconis figuram propiùs accedere Hieroglypton videtur. Nam in Simplicium apud Rudolphum Imperatorem Secundum muſeo, exiccatus non abſimilis conſpicitur. Draco Sathanæ ſimulachrum hominis hoſtis genuit, ac AD LACHRYMAS venit, dum Deus, religio, & pietas

pietas colitur. Quid mirum itaque hanc Laviniam tanti Principis filiam, sibi ipsi bona sua conscientia gratulari, ac lætari, quod hostem suum Sathanam ac ipsius technas, & machinationes numinis auxilio superaverit, ac AD LACHRYMAS coëgerit. Quod si invidos, malevolos ac detractores, draconis effigie notari velimus, ac Laviniam gaudere, quod non solùm ab illis lædi non possit, sed quod sua fœlicitate illos ad lachrymas & gemitus deducat: rectè Hierographiam explicabimus: Nam mali & invidi aliorum fœlicitate lachrymantur, dolent, & tabescunt, teste Horat:

Invidus alterius rebus marcescit opimis.

Ait Seneca: utinam invidi oculos haberent in omnibus civitatibus, ut omnium fœlicitatibus torquerentur. Nam quanta fœlicium sunt gaudia, tanti invidorum sunt gemitus. Idem ait alio loco: nunquam meliùs torquebis invidos, quam virtuti, & gloriæ serviendo. Eleganter itaque adversarios gementes, aut AD LACHRYMAS redactos, Hieroglypto expressit hæc Principissa.

NON DEEST GENEROSO IN PECTORE VIRTUS.

Generositatis, ac magnanimitatis signum, hîc esse Leonem, Symbolum, & leonis natura, satis explicant: Illi enim præcipua generositas tunc, cùm colla armosque vestiunt iubæ. Injurias acriter ulcisci solet: odore Pardi coitum sentit in adultera, totaque vi consurgit in pœnam: idcirco aut culpam flumine abluit, aut longiùs comitatur. Generositati annumeratur, quòd in supplices utatur clementia, prostratis parcat, ac in viros priùs, quàm in fœminas fremat, in infantes non nisi magna fame. Credit Libia, Plinio teste, intellectum ad eos pervenire precum. Hinc ipse narrat, captivam reducem multorum in sylvis impetum mitigasse alloquio, ausamq; fuisse, dicere se fœminam profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, cæterisque imperantis, indignam ejus gloria prædam, ac his auditis, leonem discessisse, intacta muliere. Nos alio casu discessisse, nequaquam sermonem, quem nunquam audierat, multò minùs didicerat, intellexisse, existimamus. Hoc verùm narratur, quòd vulneratus observatione mira percussorem noscat, & ad vindictam sumendam in quantalibet multitudine appetat. Datur in hoc Hieroglypto illi in manu seu anteriori pede gladius, ut injurias ulcisci posse indicaretur. Appositè profecto: quia jam Franciscus Maria author Hierographiæ Cardinalem Papiensem Ravennæ propria manu propter gravissimas perpessas ab illo injurias, interfecerat: in cujus rei memoriam, ac ad terrendum inquietos, & petulantes animos, hanc non Hierographiam, sed Mystographiam potiùs in lucem edidit: qua sibi non deesse generosum pectus, ad illatas injurias ulciscendas, ostendere voluit. Politicè optimè sed non piè.

INCLINATA RESURGO.

Rem mirandam Aristot. in septimo Problematum, & Plutarchus in septimo Symposiacorum narrat: Si inquit supra Palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas, onerosq; ut magnitudo oneris

oneris sustineri non queat, non tamen deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed adversus pondus resurgit & sursum nititur, recurvaturque. Propterea inquit Plutarchus: in certaminibus, Palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ejusmodi est, ut urgentibus opprimentibusque non cedat. Ad hujus palmæ naturam respexit Iovius, dum huic Principi Hierographiam hanc exstruxit. Non quidem lignum exhibens (quod dignosci non potuisset) sed ipsius arboris figuram, quam divisam saxo oneravit, adjecto Symbolo INCLINATA RESVRGO. Hac itaque Hierographia ostendere voluit: ut palma lignum onere pressum, non solùm non deprimitur, sed contra nititur, ac altius resurgit; ita etiam magnum, fortemque Ducis animum, non solùm fortunæ telis, aut oneribus, non opprimi; sed è contra altiùs elevari. Hoc enim proprium est fortis animi, adversa contemnere, ac ex iis secundas res elicere. Qui adversis non flectitur palmæ instar, verè fortis est, ac ferendo onera, sublevatur

INCLINATA RESURGO.

Præcedente Hierographia altera pars arboris inclinatur, hîc palmæ tantùm ramulus. Significatio prorsus eadem, de ligno, (ut supra notavimus) non de ramis accipiendum Symbolum: Palmæ enim rami onerati nunquam resurgunt. Lignum oneratum non flectitur, sed contra nititur ac fornicatur, ita ut cùm pondere ascendere videatur. Dicitur Dux hanc & superiorem Hierographiam, Iovio inventore, erexisse tunc temporis, cum à Papa Leone ablatum Principatum, iterum recuperaret, ac amicitia inita cum Balionijs, Iulioq; Cardinali de Medices (qui postea creatus fuit Papa Clemens septimus) generalis reipubl. Venetæ Præfectus eligeretur: Præfecturæ dignitatem, summo honore fœliciúque fortuna, multis rebus domi militiæque benè gestis, ad funera usque servavit.

Testatum itaque voluit hac Hierographia, se, etiamsi antea oppressus fortuna adversa fuerit, tamen non despondisse animum, sed erexisse, tandemq; palmę instar resurrexisse, ac ad meliora veniisse.

* * *

Lucretia Estensis Ducissa Vrbini
Fráncisci Mariæ uxor Alphonsi Duc. Ferr. sor.

Vespasianus Gonzaga Dux Traietti
et Sabioneadæ Eques Aurei Velleris.

Vespasianus Gonzaga Dux Traietti et Sabioneadæ Vice
Rex Navarræ Eques Aurei Velleris

Ferdinandus Gonzaga. Dux Dariani. Marchio Cuastallæ. Princeps Malpheteæ.
Eques Aurei Velleris. Vice Rex Siciliæ. Generalis Car. V. Imp. Gub. Med.

UT CRESCIT.

Palma arbor ad extremam fluminis ripam excreſcit, acà vento, ne in flumen dejciatur, & à flumine, ne terra, cui radices infixæ ſunt, ablata, in flumen incidat, periclitatur. Palmam jam ſæpiùs victoriam ſignificare diximus. Fluctus, & venti, fortunæ impetus notant. Oſtendere itaque hæc Principiſſa velle videtur, creſcente victoria, etiam creſcere hoſtes. Verùm non de ea, quæ bellis comparari victoria ſolet, hîc agitur; ſed de ea quæ fœmineo ſexui magis convenit; rationis nempe. Quæ quò magis ætate creſcit, ac vitijs dominari conatur, eò plures hoſtes nanciſcitur, majuſque præmium, ſi victoriam adipiſcatur, meretur: Hæc enim humanæ naturæ conditio, ac is ſtatus eſt, ut ætate ad omne flagitij genus deteriores, niſi ratio effrenes affectus domet, reddamur. Si frenet ac domet, inſtarque palmæ iſtius, tam periculoſo loco expoſitæ, ventos, ac flumina ferat: jam victoriæ non ſolùm initium, ſed finis eſt, ejuſque præmium vita æterna, quæ illi tantùm, qui legitimè certaverit, debetur. Eam ſibi deberi hæc Principiſſa myſticè indicare voluit, dum ſe, (ut in Hieroglypto palma immota & inconcuſſa ſtat) per totum vitæ curriculum, vitijs reſtitiſſe demonſtrat.

DECUS ET TUTAMEN IN ARMIS.

Arma quædam ad offendendum, quædam ad defendendum ſunt. Animalibus ijs, qui ex præda non vivunt, omnia ad tutandum ſe tantùm producta videntur. Ea ita aptè compoſuit natura, ut non ſolùm tutelæ cauſa, ſed etiam ornamento, & decori ſint. Inter cætera animalia Hiſtrix pilos gallinaceis pennis craſsiores pedis longitudine, toto corpori ita inſertos, ac variegatos, nunc nigro nunc albo colore habet, ut à nullo animali attingi, aut comprehendi poſsit; Imò ita diſpoſiti ſunt, ut ſi venantium venatorum diligentia in diſcrimen ponatur, à ſe ſatis procul, contracta cute, in adverſarium pilos mucronatos ejaculari poſsit: Ita ut non ſolùm decori & ornamento illi ſint hujuſmodi pili, ſed etiam vice pilę Romanæ, quæ quatuor cubitos longa, in hoſtem initio conflictus jaci ſolebat. Ad iſtius animalis naturam alludit Myſta, ac generoſo principi neceſſaria arma eſſe oſtendit. Tum ut decus, tum etiam ut ſecuritas ſtatus conſervetur. Arma ſiquidem principes decent: quòd retinendæ juſticiæ, ac pacis recuperandæ, conſervandæque ſint inſtrumenta: Sine his enim, neque ſontes puniri, neque inſontes tuti eſſe poſſunt.

HIS IMPII TERRENTUR.

Fulminis jacula tria conſpiciuntur, quæ Iuppiter nequitiæ vindex, emittere in ſceleratos ſolet. Vnum tangit, alterum urit, tertium findit. Ait Symbolum: HIS IMPII TERRENTVR. Et verè; quis enim non metuat numinis iram & ipſius ſagittas, quæ incautum momento trajiciunt, cujuſq; ictus nullum ſcutum, aut parma excipere, aut illudere poteſt? Sive quis eum, qui jaculatur, ſive modum, quo ejaculantur, ſive vim & materiam ipſorum perpendere velit, omnia terrore plena ſunt. Numine enim

ne enim ad vindictam parato in impios: Quid impijs terribiliùs esse potest? Horrendo etiam illo sonitu & tonitru, quod fulmen sequi solet, quoque terra ipsa tremit, quidnam magis terrere possit haud video? Nisi fortè vis, & materia ipsa cui nihil pervium, quæ omnia deijcit, exurit, findit ac penetrat, præ cæteris omnibus, metum, horrorem, ac terrorem sceleratis incutiat. Tanta enim fulguris, ac jaculi illius vis, indies conspicitur; ut vastissimas arbores deijciat, & findat, muros densissimos penetret; enses in vaginis, illæsa vagina liquefaciat; beluas, homines, occulto suo igne, ac spiritu momento exurat, ac enecet; Incendijs civitates vastet; aliaque quamplurima supra naturæ cursum efficiat. Interdum fulminis jaculo lapis adijcitur, cunei aut securis instar, gravissimus, durissimus, colore ex albedine fusco, ex quo ignis elicitur; Ceraunius à nonnullis appellatus. Hic videjectus si muros penetret, mirum non est: cùm Bisalte durior sit: Foramen habet quasi manubrij inserendi causâ factum fuisset. HIS itaque numinis armis IMPII proculdubio TERRENTVR, ut Symbolum ait, ac ut his; ita non minùs, pœnis severisque legibus, quò mens Mystæ tendit. Ostendere enim vult, se justiciam colere, ac malos, impios, sceleratosque homines minis, pœnisque deterrere, atque ad officia cogere, ut probi tutò & quietè vivere possint. Principe sanè magnanimo dignum, & non satis laudatum propositum.

JUVAT EMPTA LABORE GLORIA.

Camelos inter armenta pascit oriens, quorum duo genera Bactriani & Arabici: Differunt, quod illi bina habent tubera in dorso: hi singula ac à nonnullis dromedarij appellantur, quod celerius cæteris currant: talis hoc loco exhibetur. Camelus non ultra assuetum procedit spatium, nec plus instituto onere, quam commodè ferre possit, recipit. Sitim quatriduo tolerat, impleturque cùm bibendi occasio est, & in præsens & in futurum, obculcata proculcatione priùs aqua: alias potu non gaudet. Tantæ celeritatis dromedarius esse fertur, ut centum miliaria uno die conficere possit. Inediam per deserta multis diebus ferre, ac tenui victu saturari potest; urticis præcæteris libentissimè vescitur: Dum onera suscipit genua flectit, ac inflexus manet, donec quantum bajulare velit, impositum fuerit, tum assurgit. Si nimium imponatur, non surgit, sed volutatur, donec onere levetur. Ab ejus naturâ desumpta est hæc Hierographia: Vt enim Camelus dum longa itinera oneratus facere potest: copiosiori meliorique cibo alitur, ac non solùm pro laboris præmio laudem, sed cibum consequitur. Ita viri fortis gloria, labore & periculis parta, (quod propria, non aliena virtute, aut fortuna habeatur) gratior ac majori præmio digna est: Vbi enim plus laboris, ibi plus meriti esse debet. Non malè itaque Symbolum IVVARE EMPTAM LABORE GLORIAM dicit. Iuvat autem & pascit animum proprijs laboribus adeptæ gloriæ recordatio. Inquit ille:

Quod fuit durum pati meminisse dulce est.

& ait AEneas: *Forsan & hæc olim meminisse juvabit.*

VIVO O MORTO,
id est:
VIVA AUT MORTUA.

Aquila avium omnium regina, ac imperatrix, præ cæteris avibus animosa est. Ob id ejus figura legionibus Romanorum prægestari pro signis militaribus solebat,& adhuc hodie Imperatorum Romanorum scutis gentilitijs inseritur biceps. Notat autem hoc loco authorem Hierogtaphiæ Ferdinandum Gonzagam, Imperatoris nomine belligerantem; Quia vero ad arcem, in jugo montis constitutã dirigit volatum,& Symbolo ait: VIVO O MORTO, id est, viva aut mortua, (supple ad arcem perveniam) indicatur animus Ducis; qui arcem, quam obsidere conatur, aut scopum, quem consequi sperat, se neglectis periculis omnibus, quæ in Hieroglypto maris latitudine, montis altitudine, ac itineris longitudine significantur, se capere, aut mori velle, ostendit. Generosi enim ac magnanimi est, neque pericula, neque mortem metuêre ac vel vincere, & optata adipisci, vel mori velle: veræ fortitudinis & constantiæ signum. Cavere tamen duces debent, ne dum constantiam ac fortitudinem in rebus periculosis quærunt, in pertinaciam incidant. Hæc enim sæpe constantiæ specie fallit, belli ducibus imprimis vitanda. Dum enim ijs consequendis student, quæ prudentum judicio obtineri non possunt, multas rei benè gerendæ occasiones non solùm amittunt, sed rem suam perdunt.

SIC ALIAS DEVORAT UNA MEAS.

Manipulus hîc plumarum vel pennarum diversi generis avium conspicitur. Symbolum ait, unam aquilæ nempe pennam, alias devorare. Scribitur enim à Plinio eam habere naturam pennam aquilæ, ut si inter aliarum avium pennas ponatur, illas consumat, & ad teredinem vel tabem deducat. Multæ sunt hujusmodi etiam rerum inanimatarum antipathiæ, ita ut alterum alterum non ferat. Filicis & arundinis tanta esse dicitur, ut si falx filice muniatur, & arundines ea secentur, nunquam postea renascantur. Magnetis etiam & allij tanta, ut eo inunctus, vim suam trahendi ferrum plane amittat: Quorum omnium dissensus ratio, homini planè abdita est. Pennis vel plumis olim galeæ Romanorum ornabantur, ut hosti majores, & terribiliores apparerent, faciliusque victoriam obtinerent Nunc Vngari, quot Turcas interfecerunt, tot gruum pennas galeis aut pileolis imponere solent, ita pennæ illis victoriæ signa sunt. Fortasis ab istorũ moribus Ferdinandus Gonzaga Hieroglypton desumpsit, sibique applicavit, Nam cum privatas, variasque contra inimicos victorias obtinuisset, indicare voluit celebriorem unam, quam aquilæ bicipitis, Imperatoris videlicet nomine obtinuit: (illius enim fuit supremus belli Dux) alias omnes obscuras reddere, obliterare ac extinguere.

Cæsar Gonzaga Dux Dariani March. Guastallæ Princeps Malpheteę.

Ferdinandus Gonzaga Dux Dariani Marchio Guastallæ Princeps Malph



Hippolita Gonzagæ Principissa Malpheteæ Ferdinandi Ducis filia.

Julius Cæsar Gonzaga S. Rom. Imp. Princeps et Bozoli Dns S. Martæ.

Pyrrus Gonzaga S. Romani Impery Princeps Dns S. Martini

HÆC EST SOLA NOSTRA GLORIA.

Nihil laudabilius Principi, quàm vitia omnesque pravos animi affectus vincere, ac eos quibus à Deo præfectus est, justo & æquo imperio regere. Victoria enim, qua vitia animi superat, & virtutem sequitur, subditis bono exemplo est, coseque ad simile virtutis studium incitat, provocatque. Imperio verò justo, pravos à criminibus absterret, bonosq; quietis amantes tuetur, illorumque vitam jucundam, & securam facit. Quis itaque non laudet istius Cæsaris propositum? qui se victoria (quam palmæ [illegible]nus indicat, & sceptro, quod imperium notat) gloriari, Symbolo ostendit. Vera profectò victoria, dominari affectibus, veraque gloria justè, ac æquè suis posse imperare. Qui vitijs dediti sunt Principes, aulam similibus conspurcant, ac dignitatis decorem maculant. Nam ut ait ille: *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Qui imperio aut legibus non utuntur, ignavi sunt, malorum ac sceleratorum hominum fulcrum, bonorum exitium, proprijque status brevi collapsuri causa fiunt.

NEMO SINE TE.

Quia dum filius Dei Christus baptisaretur à beato Ioanne in deserto, tertia persona Trinitatis, Spiritus sanctus, columbæ figura apparuit; solet à Christianis pictoribus columbæ imagine adhuc hodie persona illa divinitatis figurari, ac depingi, Manus lumen à radijs illius Spiritus petens, ipsum Ferdinandum Gonzagam authorem Hierographiæ notat: qui fatetur absque Spiritu sancto neminem lumen aliquod habere, aut consequi posse. Verè profecto: Nam de externo hoc & visibili lumine, hîc non agitur: sed de interno intellectus; qui nisi ab hoc divino Lumine illustretur, tenebris obruitur, nihilque agnoscere, quod ad salutem animæ facit, potest. Piè itaque hic Princeps numinis illius vim, ac sine ipso neminem aliquid efficere, quod sibi vel alijs emolumento esse possit, agnoscit.

PAR UBIQVE POTESTAS.

Cernitur hîc Cerberus Typhone, & Echidna natus inferorum canis triceps ante fores Plutonis. Is ingredientibus blanditur: sed ingressos ab egressu altissimis maximèque horrendis latratibus deterrendo prohibet. Diana venationis Dea, Virginum decus, castitatisque imago, & Sol Dianam illustrans, hoc loco etiam conspicitur. Hoc Hieroglypto satis obscuro, existimo Hippolitam castitatem profiteri voluisse: Nam ut Cerberus Plutonis ostium optimè contra egressuros custodit, ac Dianam blanditijs ad se pellicere conatur, ita illa se corpus ab omnibus illecebris, ac vitiorum blanditijs, Sathanæque tentationibus immaculatum conservare, PARI VBIQVE POTESTATE posse ostendit. Proinde quantum valet Cerberus ad alliciendum, tantũ se ad repellendum & resistendum Solis radijs, hoc est divino juvante auxilio, valere. Id enim si menti affulserit, facilè Sathanæ blanditiæ, & irritamenta superantur, irritaque

taque redduntur, & castitas inviolata servatur. Narratur de Eusebio Episcopo, & martyre, quod virginitatem ab ineunte ætate sollicitè custoditam, Deo protegente nullius insidijs amittere potuerit. Mulier enim quædam forma illius capta, cum ad ipsum impudenter irrumpere vellet, cubiculum aditu aperto, intrare non potuit: & culpæ conscia, ac terrore simul perculsa, ante januam, excitato Episcopo, crimen confitendo, veniam impetravit. Ita Dei auxilio miraculosè castitatem servavit.

VIRTUTIS FORMÆQVE PRÆVIA.

Exhibetur hîc Aurora, Solis, & Lunæ soror: quæ præcedenti Hieroglypto describuntur. Dicitur Aurora Solis prævia, quod Sol eam brevi sequatur. Huic digitos roseos tribuit Homerus, propter colorem subrubentem, quo cœlum tingit. Vehitur aurea sede à Pegaso equo alato, & cœlesti. Hoc Hieroglypto Principissa vigilantiam & diligentiam describere videtur; Diligentiæ enim nota alatus equus & Pegasus, non solùm pernici cursu, sed & volatu est. Vigilantiæ signum gallus ad Rhedam trahendam adhibitus, & mulier facem manu præ se ferens, notare potest. Vtræque, virtuti veræ comparandæ necessariæ, & tanquam viæ: ut aurora Solis prævia est.. Virtutis enim habitus absque assiduo exercitio, summaque diligentia, propter naturæ ad improba propensionem non acquiritur. Huic vigilantia connecti debet, cùm neutra absque altera aliquid possit: Vigilantia enim præcaventur pericula, quæ virtutis exercitia impediunt, & remorantur, ac diligentia virtutis actiones in habitum transeunt.

FRUSTRATA NON DESINAM.

Arbor & Sagitta in hoc Hieroglypto fulminis telo fracta ac amputata cernitur: Volans aquila supra dejectæ arboris ramos quiescere, aut nidificare cupit, sed non potest: dolet itaque fortunam suam, ac ait: FRVSTRATA, videlicet requie, NON DESINAM, donec alias arbores, aut mihi convenientem locum inveniam. Aquila ut avium princeps est, ita Principem istum notat, qui etiamsi animi sui proposito optatus eventus non respondeat, se tamen animum propterea non despondere, sed quidvis tentare velle: ut tandem, quod cupit, consequatur, ostendere vult. Qua in re constantia ipsius summopere laudanda est: In rebus enim arduis & magnis, etiamsi initio sæpe frustremur desiderato rei alicujus eventu: non tamen propterea desinere, sed perseverare patiendo & agendo debemus: Sæpe enim una horula occasionem rei gerendæ præbet, quam aliàs magno labore assequi non possumus. Quinetiam & labor ipse improbus omnia vincit: Nec est vir fortis ac strenuus, qui laborem fugit, & cui non crescit animus, ipsa rerum difficultate. Perseverandum itaque patientia, & labore, ut optata, aquilæ exemplo, (quæ in prædam semel intenta, eam donec rapiat non relinquit,) consequamur.

FESTINATA MINUUNTUR.

Nihil verius, quàm in rebus omnibus festinationem plurimùm nocere: In consilijs enim rerumpublicarum festinatio nimia, arduarum ac

gravium rerum pericula non ſatis examinat, ac ponderat. Hinc fit plerunq; præter opinionem res malè geri ac reipub. ſtatum labefactari & ruere. In actionibus perturbat agentem, & præcipitat: ut in rebus bellicis ſæpe contingit, in quibus nimia feſtinatio, integros interdum exercitus perdit, cũ ſine ordine, & tumultuariè acies inſtruitur, aut fuga, vix viſo hoſte, capitur. Ne itaque damnum aliquod feſtinatio inducat, admonere nos philoſophi ſolent aurea ſententia: feſtina lente, ut feſtinatio maturo conſilio ac circumſpecta actione coërceatur. Quo pacto autem feſtinata minuantur, ut Symbolum aſſerit, clarum non eſt: Videtur tamen pigmeus, ac arbuſcula id explicare: nam pigmeus citiùs alijs hominibus excreſcit, minoremque alijs ſtaturam habet. Stirpes etiam, arbuſculæ ac herbæ, quò citiùs excreſcunt, eò etiam minores ſunt. Arbores, ut quercus, tilia & nux quò tardiùs creſcunt, eò majores evadunt. Voluit itaque hîc indicare Myſta, majora ſemper eſſe ea, quæ paulatim conquiruntur, quàm quę feſtinãter. Proinde honores feſtinanter acquiſitos, lõgè minores ijs, qui paulatim arborum excelſarum inſtar radices magnas & firmas egerunt. Tales enim, quia baſim habent, ſemper augentur, & non facilè ruunt: Vt è contra, qui citò homini adveniunt, rarò augeri diu ſolent: Quod enim citò fit, citò perit; & quod radice firma caret, facilè evellitur.

Horatius Gonzaga S.R. Imp: Princ:
Marchio Soluarini. Princ: Max: Imp:

Andreas Gonzaga Marchio Guastallæ,
etc filius Ferdinandi Marchio

Ludouicus Gonzaga S. Rom Imp Prin
Marchio Castilionis Dns: Castri Iuure

Aloysius Gonzaga S R Imp Prin.
Marchio Castilionis et Soluarini

Curtius Gonzaga S. Rom Imp Princeps
Marchio Castilionis etc

Sigismundus Gonzaga S. Rom.
Imperij Princeps

HIS DEUS OTIA FECIT.

Horatius iſte Gonzaga, cùm Cæſari Maximiliano in rebus bellicis diu inſerviviſſet, ac ad graviorem ætatem perveniſſet, rebuſque gerendis non ampliùs aptus ſibi propter ſenectutem videretur: dicitur hanc Hierographiam edidiſſe, qua exhibet partem navis, rotam unam, ac coronam, quæ utrumque complectitur. Symbolo Hieroglypton ſatis explicatur: Nam navis parte, ſe mari, ac rota, ſe terra, Imperatori ita fideliter inſerviviſſe, ut lauream illam appictam coronam, id eſt, æternam laudem & gloriam meritus fuerit, oſtendere voluit. Verùm ut neque pars navis utilis amplius ad navigandum, neque una rota ad vehendum cuiquam commodè inſervire poteſt: ita nec ſe ætate gravem, amplius poſſe: proinde emeritum eſſe, Deique voluntate, qui omnibus rebus & laboribus finem tandem imponit, neque ſupra vires ac ætatem quicquam fieri permittit, ſibi jam quieſcendum & otiandum eſſe: Natura enim & Deus Senibus otia non voluntaria, ſed neceſſaria facit.

QVI VIVENS LÆDIT MORTE MEDETUR.

Scorpius depingitur, animal exiguum, vix majus ipſa figura, qua hîc exprimitur, plerunque ex atro colore rubeſcit, multoties albicat, vireſcit, alijſq; coloribus ad flavedinem tendit. Venenatum animal, in cauda habens venenum: ibi enim aculeum habet ac exiguum ſacculum, cui humor aliquis ineſt viroſus & exitialis, ex hoc aculeus humectatur. Signa à ſcorpione icti hæc ſunt, locus imflammatur, indureſcit, tenditur, rubeſcit, nunc excaleſcit, nunc friget, dolor acerbus, aliquando remittens ſe, hæc ſigna ſequuntur, ſudores, horrores, tremores, ac extremarum partium frigora: capilli capitis eriguntur, ac icti per totum corpus ſe acubus pungi videntur. Remedium mali eſt, necare vel eundem, vel alium ſcorpionẽ, ac vulneri imponere aut exurere, cinereſq; egro bibendos propinare. Hac enim ratione facilè reſtituitur ſanitati ictus Celebratur etiã cinis ſcorpionis, ad urinæ difficultates & calculum, quem frangere potus putatur. Ita QVI VIVENS LAEDIT MORTE MEDETVR. Ab hujus natura accepit Symbolum Gonzaga, ac oſtendere voluit, ſibi ſtare ſententiam, illum interficere velle, à quo læderetur, ut ejus morte, læſionis dolorem ac vindictæ cupiditatem minueret & tolleret. Generoſum propoſitum, ſed non adeò pium: Bonum enim Chriſtianum decet, injurias illatas perferre, numinique ſolo vindictam relinquere. Niſi fortè Myſta admonere voluerit hac Hierographia eos, quos læſit, ne ſeſe ulciſcerentur: tandem enim morte, vel ſua, vel illorum, læſionis dolorem periturum: hæc ſi mens myſtæ ſit, laude dignus eſt.

IL MIO SPERAR, ideſt: SPES MEA.

Speramus ſæpe alta & magna, quæ difficulter vel nunquam aſſequi poſſumus: Tale quid iſtum Ducem ſperaſſe, pinus excelſa præ cæteris arbor, denotat: ſive virginis aut mulieris cuiuſpiam mutuum amorem, ſive

ſive aliud quippiam ſperarit, parum intereſt. Sed conjugalem amorem & caſtum ſperaſſe Petrarchæ verſus ex quibus Hierographia deſumpta eſt, oſtendunt. Ait enim Italicè:

Allor, che fulminato e morte giacque
Il mio ſperar, che troppo alto montava.

Quia verò propter Amaſiæ dignitatem, majeſtatemque aut aliam cauſam, ſpe ſua excidit: fulmen, Pinum ſagitta triplici tangente, urente, ac ſecante deijcientem Hieroglipto exhiber, ſignificans: ut pinus fracta à fulgure eſt, ita etiam ſpem omnem interciſam, ac numinis voluntate in cujus manu omnia noſtra ſunt, ablatam ac extinctam.

PVR CHE NE GODAN GLI OCCHI,

ARDEN LE PIVME.

id eſt:

MODO FRUANTUR OCULI,

ARDEANT PLUMÆ.

Amantes quia non ſemper habent occaſionem, qua commodè amaſijs ſuis amoris vehementiam ſignificare poſſint, Myſtographias invenerũt, quib⁹ paucis figuris eleganter & artificioſè, ea quę vix multis verbis effari, & dici poſſunt, oſtendunt. Vti hac elegantiſsima Hierographia perſpicitur, & Symbolo (MODO FRVANTVR OCVLI, ARDEANT PLVMAE) intelligitur. Ad amores enim ſi accommodetur Hieroglypton; aquila, amantis animum excellã petere: atque Solem, id eſt Amaſiam intueri, cujus conſpectu delectatur & paſcitur, ſignificat, Nam Symbolum aquilam, (id eſt, amantem:) plumarum exuſtionem, (id eſt quævis pericula,) modo illa frui poſsit, contemnere indicat. Ad virtutes verò, ſi aptare Hierographiam placuerit, eleganter, ac aptè id fiet. Iuvenis enim & generoſus fuit iſte Princeps, cùm Hierographiam hanc erigeret, ac amans gloriæ, quæ ex ſtudijs, ac ijs quæ Principi conveniunt, comparatur. Hunc itaque amorem, quo ſe nihil mali vereri, ne mortem quidem, modò mentis, oculis, ſcientiarum, ac artium lucem Apollinem, ac gloriæ ſplendorem intueri, eoque frui poſsit, demonſtrare voluit. Poteſt & Theologicè, ſanctè & piè Hæc Hierographia exponi: nempe mentem hominis neglectis omnibus terrenis, corporiſque delicijs, aquilæ inſtar jugiter, non niſi cœleſtia, ac quæ Dei ſunt; contemplari, ac ita ejus amore teneri, ut omnia contemnat, deſerat, & valetudinis jacturam potiùs faciat, quàm interno & aſsiduo illius conſpectu careat.

SIC QVIESCO,

Phoca ſeu vitulus marinus, amphibium animal, ac piloſum, dum dormit tauri mugitum emulatur, Catulos pecorum inſtar lactat, ac à duodecima die in mare defert; dicitur humanas voces intelligere, ac vocatus ſe ſiſtere. Alæ ipſius, capiti ſuppoſitæ, ſomnum provocant: oculi colores mutant, ut hyemæ. Hoc præcipuum habet quod à fulmine nunquam tangatur.

tangatur. Ob id Augstus Cæsar cingulo ex ipsius corio, ut pelle cinctus esse solebat. Dum mare aut cœlum turbatur, scopulo innixus, tum cœli, tum maris procellas negligens, profundo somno dormitat, neque facilè expergiscitur. Ab hac ipsius natura Hierographia hæc desumpta videtur: Qua Mysta, ut vitulus marinus à fulminis ictu tactus, ac à maris procellis illæsus benè quiescit. Ita se à fortunæ aut inimicorum minis vexatum, propter conscientiæ securitatem, animique magnitudinem, non perturbari, sed composito quietoque esse animo, demonstrare voluit. Hoc sensu elegans profectò est hæc Hierographia. Nihil enim homini fœliciùs hac in vita esse potest, quàm ut ab adversis non facilè perturbetur, animumve dejici patiatur, sed firmum ac quietum semper habeat.

COSI VIVO, id est: SIC VIVO.

Vt animalia, arbores, plantæ, ac cætera omnia Solis beneficio vivunt, qui tanquam parens rerum omnium, & proximum divinæ virtutis instrumentum, cuncta animalia, & stirpes generat, auget, nutrit, fovet ac Conservat: Ita Sigismundus iste Gonzaga hac Hierographia se Amasiæ suæ, tanquam Solis conspectu, ac familiaritate solummodò vivere posse, significare voluit. Ea enim vis est amoris, ut amans rem amatam tam diu aspicere, donec ea potiatur, desideret. Ac vitā nullā extra illius complexū, aut conspectum jucundū putet: propterea quod amantes, re amata jungi cupiant: Cujus causam expressit Cato Major, amantis videlicet animū in alieno corpore vivere, ac animā illic potiùs esse ubi amat, quàm ubi animat: corpusq; ob id iterū sibi animam amatę corpori connexam, amando reposcere. Difficulter enim absq; anima corpus vera vita vivere potest, quia vegeratur tantùm, ac SIC ut plantæ Solis radijs illustratæ vivunt, VIVIT. Potest in hac Hierographia Sol, æternum Solem designare, cujus amore author se solum vivere, designare voluit. Proindè mundanas pompas, corporis delicias, divitiasq; contemnere, ac tantum vacare, operamq; dare puritati spiritus & contemplationi amoriq; Creatoris, exemplo patrum anachoritarum, qui carne & mundo mortui, soli Deo vivebant. Sanctum profectò & pium tale est propositum. Gloriam & honores quæ virtutibus comparantur, si quis velit Sole designari non aberrabit. Laudandi enim sunt Principes qui hujusmodi sibi scopos proponunt, ac virtute potiùs quàm vitijs vivere volunt.

Alexander Gonzaga S. Rom: Imp: Princeps Pincerna Rodulphi Imp

Franciscus Gonzaga S. Rom: Imp: Princeps March: Castilion: Dns Castrigufredi.



Alphonsus Ī Carrettus Marchio Finarij Sauona et Clauesanę Vicarius ꝓpetuus Rom: Impe:

Joannes Carettus Marchio Finary etc Vicarius ꝓpetuus S. R. Imperij:

Alexander Carrettus S. R. Imp. Princ: Marchio Finarij Sauonę Clauesanæ.

CROCODILI LACHRYMÆ.

Crocodilum habet Nilus quadrupes malum & terra pariter ac flumine infestum; Superiorem maxillam habet mobilem, ac pectinatim stipante se dentium serie; morsu terribile est; magnitudine excedit plerunque duodeviginti cubitos. Parit ova quanta anseres, nec aliud animal ex minori origine in majorem excrescit magnitudinem. Vnguibus armatus est contra omnes ictus cute invicta. Die in terra agit, noctu in aqua, teporis utrumque ratione. Cibo satur piscium, os aperit, ut à trochilo avium regulo dentes & gingivæ expurgentur, Qui os subiens, scabendi dulcedine in somnum crocodilum provocat, quem somno pressum conspicatus ichneumon, per patentes fauces, ut telum aliquod immissus, erodit alvum, ac crocodilum interficit. Dum homines non procul à littore animadvertit, vagitum, ac ploratum pueri emulatur; ac incautos, auxilium ferre ejulanti volentes, rapit, devoratque: Hinc natum adagium, Crocodili lachrymę, in fictos amicos, qui amicitiam simulant, ut noceant. Ab hac crocodili natura verisimile est Principem istum sumpsisse hanc Hierographiam ac demonstrare velle: Se fictis amicis neque fidere, neque credere velle. Fide, inquit ille, sed cui vide Sapiens & prudens vir cùm fidus sit & fidelis, nemini facilè fidit. Qui facilè fidit, facilè decipitur, ac hostibus occultis se ipsum prodit.

VIRTUTI TROPHÆA NOVA NON DEGENER ADDAM.

A Paulo Iovio fuit hæc Hierographia primò inventa, Domino Andreæ filio Ferdinandi Gonzagæ: Is enim cùm in flore ætatis egregiam ad virtutes natam indolem ostenderet, ac optimam de se unicuique spem faceret, & propterea turmæ equitum præfectus esset: rogavit Iovium, ut Hierographiam aliquam vexillo militari inscribendam illi quæreret: qui Parmam aut scutum rotundum illi invenit, in cujus medio Virtus, laurea corona coronata cernitur. Cingitur parma fimbria, cui insunt quatuor circuli, singulis quadrantibus respondentes. In primo tigillum auro plenum, ac igni expositum, cum Symbolo probasti me Domine, continetur, qua Hierographia, Franciscus avus istius paternus interdum usus fuit. In secundo circulo Olympus cum altari fidei est, eaque fuit Ferdinandi Ducis patrui istius Hierographia. In tertio avi materni, Andreæ Capuani Ducis Thermolensis Hierographia exhibetur, ea fasciculo ex pilis constabat, adjecto Symbolo, fortibus non deërunt. In quarto vero circulo Patris sui Symbolum: (Nec spe, nec metu) est. Circa parmæ extremitates in orbē Symbolū additur: VIRTVTI TROPHAEA NOVA NON DEGENER ADDAM. Quo Symbolo manifestè indicare & ille & hic Princeps, qui eandem majorum suorum Hieographiam sumpsit, cupit; etiam se majorum virtutes æmulari non solum, sed etiam superare, imò nova trophæa majorum victorijs, suo labore, virtute & industria addere velle.

UTROQVE

UTROQVE CLARESCERE PULCHRUM.

In hac Hierographia gladius bellum significat, oleæ ramulus, qui enſem circumvolvit, pacem. Olea Minervæ ſacra erat, neque accendebatur in ſacris, ac prima in certamine Minervæ ac Nepruni edita fuit Sine iſtius ramis non mittebantur Romanorum legati pacis obtinendæ gratiâ. Fuit etiam in ſacris literis ſignum reconciliationis & fœderis, dum columba ejus ramulos ad archam Noë tulit. Apud Athenienſes victores oleæ ramis olim coronabantur; ſed poſtmodum potiùs pacis, quàm victoriæ ſignum fuit. Symbolum habet, VTROQVE CLARESCERE PVLCHRVM: videlicet, pace & bello. Verè profectò: decet enim Principem in utroque eſſe verſatum, atque utrumque ſtatum tueri, ut clarus fiat. Clareſcit pace Princeps, cùm bonas condit leges, juſticiam ſine delectu perſonarum adminiſtrat, ac æquitati & commodo reipublicæ, potiùs quàm proprio ſtudet, eaque tempeſtivè curat, quæ belli tempore neceſſaria ſunt: Tempore enim pacis cogitandum eſt de bello multi profectò Principes & reſpub. in hoc peccant, quòd ea, quæ tempore belli requiruntur, differant, donec illud præ foribus ſit Quo tempore multitudine negotiorum obruti, nihil rectè peragere poſſunt. Tempore pacis muniendæ arces, arma præparanda, pecunia colligenda, & militum delectus habendus, ut urgente neceſsitate in promptu haberi & eſſe omnia poſsint. Qui hæc negligit de ſtatu ſe periclitari ſciat, hoſtibuſque prædę eſſe. Bello clareſcit Princeps, cùm id prudenter delectis ac expertis militibus, & ducibus; non æmulis, non avaris, neque pertinacibus gerit. Sed ijs, qui rationem, conſiliaque ſequuntur, ac nihil non præmeditatum aggrediuntur, & in rebus gerendis audaces, alacres, prompti, ac circumſpecti ſunt, minimaq; quæque ſuſpecta habent, ac ita ſe muniunt, ut nullis dolis, aut fraudibus inimicorum circumveniri poſsint. Hanc prudenriã, cùm bellum geritur, victoria ſequitur, ac Princeps illuſtris redditur. Pulchrum itaque eſſe rectè hic Princeps ſtatuit, bello & pace clareſcere.

POTIUS MORI QVAM ABSTINERE.

Veſpertilio avicula muris inſtar, ſola inter volucres dentes, ſola mammas habet, ſola animal parit, & lacte nutrit, ſolaque pennis & plumis caret, telam habens pro alis: dici ac Solis lucem ferre non poteſt, ob viſus debilitatem. Lucem tamen aut facem ſi nocte viderit, non abſtinet, quin eam volando ſectetur, ac attingat, etiamſi ſe exurat. Ab hac ejus natura Hieroglypton deſumptum videtur: in quo Sol, lucis omnis parens conſpicitur, ac Veſpertilio ſub ipſo volitans, ejuſq; lucem appetens, Veſpertilione Princeps ſe, ac Sole fortaſsis amaſiam ſuam intelligit: cujus forma ac venuſtate fruitur, ac ita delectatur, ut potiùs mori, quàm abſtinere ejus conſpectu, & conſvetudine velit: Cupiunt enim potiùs decies mori amantes, (ut Horatius in Odis canit) quàm re amata carere. Poteſt etiam ita interpretari hæc Hierographia: ut propoſitum Principis fuerit

non amplius latere, sed illustrem aliquam gloriam virtute consequi, aut mori, velle: Magni enim viri gloriam vitæ periculo emere solent. Quamobrem ait Symbolo: se POTIVS MORI, QVAM ABSTINERE à gloriæ, ac honoris desiderio, cupere.

AD MELIORA.

Vt equus, omneque ferè animantis genus, dum herbis pascitur, ac pabulatur, ulteriùs semper progreditur, ac meliores herbas quærit: Ita generosus animus præsenti fortuna, aut bonis, quæ ad manum sunt, contentus esse non debet; Sed perpetuò AD MELIORA tendere; donec tandem ad id perveniat, quo melius haberi nihil possit, numen videlicet: Ad hoc enim sapientis est sua dirigere. Id si quis obtineat, satiatur, neque alio amplius indiget pabulo. Ad hoc respexisse Principem non est dubium: nam in mundanis rebus satietas nulla, neq; finis desiderij est: Omnes tamen actiones humanæ, propter finem aliquem, qui appetitur, instituuntur. Gloria, honor, divitiæ & similia appetuntur quidem, sed non propter se, sed propter alium finem: Non quiescit enim in illis humanus animus. Finis hîc à philosophis fœlicitas appellatur, quam quia perfectam nemo in hac vita habere potest, sequitur æternam esse, cujus gratia homo ipse creatus fuit. Hæc meta Mystæ, ac Christiani hominis esse debet: Quæ currenti ac petenti tanquam rerum omnium optimum dabitur.

VI ET RELIGIONE.

Poëtæ, ac authores qui Herculis historiam narrant, etiam Hydræ describunt: Dicitur enim in Lernea palude vixisse serpens multorum capitum illius naturæ, ut si unum caput abscinderetur, ejus loco complura alia enascerentur, quòd cum Hercules rescivisset, eo profectum fuisse, ac ferro & igne oppugnata belua eam tandem trucidasse, ac interemisse. Hac belua, seu Hydra verisimile est, authorem significare populum velle, qui à multis multorũ capitum belua dicitur: Id enim satis explicare Symbolum videtur: Nam nulla re melius quàm vi & religione regitur populus. Vi mali, ac Deorum contẽptores, religione, boni in officio retinentur. Quę ubi semel animos hominum occupaverit, probitatis & virtutis fit fundamentum, ac vita ipsa difficiliùs auferri & deleri potest. Principes itaque necessario religionem in regno servari curent: Hæc enim si nutet & vacillet, neque floreat, jam bonis exitium imminere, ac status ruinam præ foribus esse non dubitent: Virtus enim & probitas, solæ sunt, quæ statum conservant, & hæ religionis soboles. Vi & armis etsi mali cohiberi possint interdum, ac urendo & secando, ut Hercules Hydram superavit, compesci; id tamen cum summo fit periculo; quòd uno ablato capite, plura nonnunquam hydræ instar renascantur. Rectè itaque utrumque modum, ut populi furorem & impetum domet, VIM ET RELIGIONEM, iste Dux sibi servanda proposuit.

PRINCIPES DVCES ET MARCHIONES ITALIÆ.

Alponsus II Carrettus S. Rom: Imp: Princeps et Vicarius perpetuus Marchio Sauonę Clauesane et Finarij Com. clastigij Dns. Calizani Vallis Charcheraru Stellanelli etc

Sfortia Andreas Carrettus. S. Rom: Imp: Princeps et Vicar: March: Finarij ultimus.

Marcus Antonius Carettus Princeps Melphi, Classis maritime prefectus Reg: Hisp:

Marcus Antonius Carrettus Princ: Melphi, Classis maritime prefectus Reg: Hispá:

Victoria Doria Principissa Melphi. M. Antonij uxor.

PROBANTUR FORTES IMPETU.

Cuivis notum eſt, viros fortes non cognoſci, niſi dum impetuntur, aut probantur: ut nec prudentes, niſi aliquando periculis objecti, illa vitarint. Virtus enim quævis objectum quoddam habet, circa quod verſatur, & cujus ratione virtus eſt. Fortitudo contraria, & adverſa quævis pro objecto habet. Hæc ſi quis ferre, vel removere poſsit, fortis eſt, & dicitur. Dum cum adverſis luctatur, ac illorum impetus ſuſtinet, illiſque ſe opponit, probari dicitur: Si vel agendo ſuperet, vel patiendo non frangatur ipſius animus, fortis viri nomen meretur. Alphonſus iſte Marchio Finariæ, quia ab Hiſpanis obſeſſus in arce quadam, illorum vim ſuſtinuit, præſens Hieroglypton, in quo arx in rupe ædificata, & à ventis, mariq; impetita cernitur, deſcripſit: Vt enim arx rupi ſuperædificata, firmiſsimum fundamentum habere creditur, ac à marinis fluctibus, aquarumque inundationibus, ventorumque procellis oppugnata & impetita; omnē illorum injuriam abſque noxa perfert, rectéque probata dici, ac firma haberi debet: Ita etiam iſte Dux, qui hoſtium & fortunæ conatus pertulit ac ſuperavit, rectè ſe probatum, & proinde fortem eſſe, gloriari hac Hierographia poteſt: Probantur enim fortes impetu.

NEC ICTU, NEC IGNE.

Conſtantiæ & fortitudinis exemplum hîc exhibetur, adamante gemma, in jugo monticuli conſtituta, quæ mallei quemvis ictum ſuſtinere putatur, ſed falsò experienti. Valeat tamen fabula pro Symbolo, quia vulgo ita creditur: Igne tamen non frangi, aut defœdari, certiſsimum eſt. In jugo montis conſtituitur, ut omnium oculis authoris conſtantia, & fortitudo exponatur. Conſtantiæ ac fortitudinis profectò eſt, ictum & ignem ferre, hoc eſt, quoſvis fortunæ impetus. Eſt enim fortitudo, definiente Cicerone, ſcientia perferendarū rerum, vel affectio animi in patiendo, & perferēdo ſummę legi parens, ſine timore: Vir enim fortis, ne ſupplicijs quidem movetur, ac ea quę eximia pleriſq;, & præclara videntur, parva ducit, rationeque ſtabili, firmaque contemnit, eaque quæ videntur acerba, ita fert, ut nihil à ſtatu naturæ diſcedat, nihil à dignitate ſapientis, robuſtum magnæque conſtantiæ animum præ ſe ferens, & oſtendens. Hujuſmodi conſtantiæ & fortitudinis propoſitum hic Princeps contra fortunæ injurias, & hoſtes à quibus quotidie oppugnatus fuit, hac Hierographia oſtendere voluit.

VIRTUTEM EXTENDERE FACTIS.

Manus dextri brachij armati gladium flammis ignito mucrone continere conſpicitur, adjecta gnome; VIRTVTEM EXTENDERE FACTIS. Virtutem bellicam hîc intelligere Myſtam non ſolùm brachij armatura, ſed & gladius ipſe notat. Stat itaque illi ſententia, ſe huic virtuti operam dare velle, quæ rebus bellicis comparatur, ac non voluntate ſolummodò eam, ſed factis extendere velle. vehementia

deſiderij

desiderij flammeo illo mucrone designatur. Ignis siquidem & flamma ut ardorem habent, ita animi & cupiditatis ardorem rectè notare possunt. Romani etiam dum cum hoste congressuri essent ut pugnæ ardens desiderium ostenderent, gladios in scuta verberabant concussioneque fragorem ingentem, ac motu gladij micantes fulgores, ignis instar in hostes jacere videbantur. Non male itaque Symbolum Hieroglypto convenit. Cùm virtus bellica non nisi gladio ignito, hoc est vi, ac animi ardore, diligentiaque obtineatur.

SOLATUR CONSCIENTIA ET FINIS.

Leo hoc loco caudam elevatam habens, ac diademate ornatus, animum Principis notat. Hoc enim proprium leoni, ut cum maximè animosus est caudam sursum erigat. Animum itaque generosum Principis SOLATVR CONSCIENTIA ET FINIS ut Symbolum declarat. Conscientia rectè voluntatis, maxima consolatio est rerum incommodarum, ac benè actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio, jucundissima est. Solatur nos conscientia bona propter finem. Si enim nullius mali aut peccati nobis conscij simus, non solùm securè & jucundè vivimus, sed æternam gloriam finem ultimum, qui ab homine desiderari possit, nos consecuturos scimus. Si bonam conscientiam non habeamus, angimur, tristamur, ac conscientiæ stimulis ita agitamur, ut nihil nobis lætum, jucundum & gratum sit, Nulla enim pœna gravior mala conscientia; quæ audacissimum, timidissimum: jucundissimum, tristissimum facit, esse videtur. Ejus vim apprimè explicat Iuvenalis:

cur tamen hos tu
Evasisse putes quos dixi? conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum
Pœna autem vehemens, ac nullo sevior illis
Quas & Seditius gravis invenit ac Rhadamantus
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Plautus in Mustellaria ait: Nihil est miserius quàm animus hominis conscius. Finis etiam hunc Principem solatur, nempe vita æterna, quia omnes ærumnas, calamitates, mortisque angustias obliterat, ac extinguit, sua dulcedine. Hæc si non speraretur, bestijs homo longè miserior esset, quod negotijs, studijs, paupertate, servitute, mortisque timore angatur: bestiæ verò horum omnium ignaræ, securè ac liberè vivant. Verè itaque SOLATVR CONSCIENTIA ET FINIS.

ERIT ALTERA MERCES.

Hæc præfecti classis maritimæ Regis Hispaniarum Hierographia, elegans est, quod verùm generosi, & boni præfecti officium indicet. Palmæ enim ramus victoriam, & Cupressi, mortem significat. Quæ duo, fi-

dus belli Dux ſibi proponere debet, vincere vel mori. Palmam victoriam ſignificare nemini dubium, & ſæpiùs expoſitum eſt. Cupreſſum verò mortem, non ita conſtat: Cupreſſus arbor eſt procera, rectaque ramos in ſummitate tantùm habens; folijs virens perpetuis; conos gerit laricis æmulos, ſolidiores tamen compactioreſque; reſinam fundit liquidam, odore non ingrato, rami ſuaviſimi ſunt odoris: quamobrem olim rogus ex ijs ſtruebatur; ut nempe odoris ſuavitas fœtorem cadaveris velaret, & tegeret. Ab hoc ipſius uſu, in Hieroglypto, rogum, aut mortem notat, Rectè itaque ſculptura fortiſsimi viri gnomen explicat. Ducis enim ſtrenui & fortis officium eſt, omnium rerum terribiliſsimum mortem, non metuere, & vel victoriam, vel occubitum ſibi proponere. Non poteſt enim militi, & Duci mors majori gloria contingere, quàm ſi fideliter ſuo fungendo muneri, occumbat. Turpe videtur militiæ deditum extra militiam mori, & mercede altera, quæ victoria vel mors eſt, ut Symbolum ait, carere.

VIDET ET VOLAT.

Cernitur hîc orbis figura cum Zodaico, cui Sol circa polos aſculptus eſt: in orbe volitat aquila, à ſiniſtris linceum apparet caput, à dextris aquilæ ala, & circa alterum polum cauda aquilæ apparet, Septus eſt etiam orbis corona laurea, Solem videre & luſtrare omnia, volare, ac omni volatui velociorem habere motum: aquilam Solem videre & intueri continuo abſque viſus jactura poſſe, ac volatu ſuperare alias aves, cuivis notum eſt. Linceos oculos acutè cernere dubium nemini, hinc enim fabella, illorum aciem muros penetrare. Sed ad quid tam multa in Hieroglypto? Exiſtimo profectò Principiſſam iſtam Sole maritum ſuum, ejuſque intuitu & conſortio in hoc orbe nihil illi eſſe poſſe gratiùs, deſignare velle, Vt enim aquila Solem ſemper intuetur, ac in altum volatu, ejus conſortium quærere videtur; ita etiam proba uxor, Solem ſuum, id eſt, maritum ſemper præ oculis habere, ac ſequi debet. Corona enim mulieris, vir eſt. Viceverſa, ut dum aquila Solem intuetur, ac ad illum tendere videtur, Sol in aquilam viſum ſeu radios dirigit, eamque fovet, ac ad ſe tepore allicit; ita vir fidam uxorem omni beneficij, & humanitatis genere tractare, ac in ſui amorem trahere debet: Hac enim ratione fœlix redditur conjugium. Oſtenditur itaque hac Hierographia

Vxoris erga virum, & Viri erga uxorem officium; qui non minùs illius, quàm illa ipſius, curam habere debet.

* * *

Joannes Iordanus Vrsinus Dux Toglacorze Marchio Montarę

Paulus Iordanus Vrsinus Romanus Dux Brachianum. Vicecs Rex Siciliæ

Virginius Vrsinus. Pauli Iordani F. Dux Brachianum.

Virginius Vrsinus Dux Celsi. Duc. Matricæ.

Ludouicus Vrsinus Dux Celsi Dominus Matricę fil. Virginij

Camillus Vrsinus Princeps Nolę et Ptiglani. General. Profec Venet. Reip:

MELIORA QVÆRO.

Neminem latet bovem dum pascitur progrediendo paulatim ulterius, meliores semper herbas pabuli gratia quærere ac eligere & nunquam una statione contentum esse nisi satur sit. Ab hoc ipsius pabulandi modo, sumpsit hanc Hierographiam Princeps: qua ostendere vult se indies MELIORA QVÆRE re. Verùm quod quærit non corporis nutrimentum, & satietas est: sed animæ, quæ virtutibus tamdiu pascitur, perfectiores, & meliores semper quærens, donec saturetur, ac summum illud bonum, verùm omnis appetentiæ finem, ac scopum consequatur. Hoc enim obtento, saturatur anima, neque meliora amplius optare, aut habere, potest. Si meliora ista quæ se quærere Symbolo Princeps dicit, honores & gloriam quis intelligere velit; non malè Hierographiam exponet. Solent enim Principes, ac viri magni, rarò præsenti fortuna esse contenti, semper enim ad summa quædam, ac ut cæteros gloria, honore, & potentia superent, contendunt. Cùm hac ratione se illustres & fœlices, quod multis benefacere possint, & à multis venerentur, & colantur, esse arbitrantur.

PATIENTIA IN ADVERSIS.

Seipsum consolatur hic Princeps, dum à filio carceri inclusus detineretur. Consolationis testem voluit esse hanc Hierographiam, cujus Hieroglypton compedes & vincula quibus ligatus fuit, adjuncta securi, ostendunt. Securi proculdubio significare voluit se ad mortem paratum esse, neque eam metuêre. Magna hæc Principis fortitudo, & patientia in adversis. Durum fuit à filio tanta pericula, tantasque injurias ferre. Verùm hæc omnia constans, & fortis illius animus contempsit, & pertulit: donec iterum pristinæ libertati restitueretur. Simile fortitudinis specimen nobis exhibuit Annitius Boëtius consul Romanus, ab Imperatore vinculis & carcere inclusus: quod Arrij de Trinitate sententiam sequi nollet. Hic cum primò dignitate summa ablata, carceri mancipatus esset, satis molli animo fuit, postea tamen cum se recolligeret, ita se firmavit, ut magnum constantiæ, & patientiæ posteris, non solum exemplum, sed solatij genus ediderit. Conscripsit enim in carcere libellum de consolatione philosophiæ, Quo certè libello nullus, illi, qui adversis premitur, utilior, majorique solatio esse potest. In eo vita nostra theatri instar esse, & quæcunque magna videntur, ad tempus tantùm, & incertum durare, vanitatique plena esse omnia, & tandem relinquenda, aliamque personam (ut in Comœdijs) finito actu esse subeundam, longè à priori diversam ostenditur: Summum illud bonum, verum gaudium, immensas delicias, æternamque beatitudinem, qua majus nihil esse potest, tantùm pòst mortem, non hîc in vita dari. Proinde adversa omnia & mortem ipsam jucundo, & læto animo, tanquam futuræ beatitudinis initia, esse perferenda.

RERUM VICISSITUDO.

Non solùm illi Heroës, & Principes laudendi sunt, qui sibi, egregia &

gia & magna proponunt, eaque Symbolis indicant. Verùm etiam qui ſeipſos gnome aliqua admonent, ac præ oculis varios rerum humanarum caſus, rerumque viciſsitudines conſtituunt: ut hac ratione memores ſui ſint, neque ſuperbiant, neque ſeſe præter modum extollant: Sæpe enim qui reges & Principes fuerunt, privati & ſervi fiunt. Sic Cyrus Perſarum rex ab Alexandro magno, & Baiazetes Turca à Tamerlano, ac Mythridates à Romanis capti fuerunt; ſæpe etiam ditiſsimi, pauperrimi evadunt; fœliciſsimi, miſerrimi: ita ut verum ſit quòd à Græco Comico dicitur: βέβαιον ὄνδεν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν, id eſt: ſtabile videtur habere noſtra vita nihil, omniumque rerum viciſsitudo eſt. Vt enim in rota aquaria, quam Hieroglypton exhibet; amphoræ, aut vaſcula quæ plena fuerunt, mox aqua vacua redduntur, ac quæ in ſummitate rotæ fuerunt, brevi ad ima perveniunt: ita etiam cuilibet, ut nunc à fortuna elevetur, nunc deprimatur, nunc ditetur, nunc ſpolietur, contingit. Vidit exemplum fortunæ iſte Princeps in parente, qui cum ſummo loco diu fuiſſet, tandem carceris miſerias experiri, & rerum viciſsitudinem pati, coactus fuit.

RESPICE FINEM.

Imperia omnia, (quæ corona indicantur) licet magnis laboribus multoque ſangvine ſint conquiſita, ut Romanorum, ac Alexandri Magni Monarchia, nunquam tamen perpetua ſunt, aut tanta, ut per totum orbem ſe extendant: Plerunque enim uti creſcunt, ita viciſsim decreſcunt, ac pereunt. Vi ſæpe conquiruntur, ac conſervantur; vi iterum aut ſeditione, dum juſticiæ aut æquitati locus nullus datur, ruunt. Quicunque itaque Principes ambitione capiuntur, & perpetuò augere imperia, vel regna ſua, dolo, vel vi volunt, hîc admonentur, ut RESPICIANT FINEM, ac intelligant, ſe etiamſi totum orbem occuparint; nihil præter inanem quandam dominij ideam, abſque corporis vel animi fructu, tantoque emptam ſangvine, breviqúe interituram habere: Vbi enim Romanorum Imperium tot gentium ſangvine partum? Vbi Alexandri, tot regum copijs deletis? ad priſtinum ſtatum iterum redijt, ac ex uno denuo diverſa imperia facta ſunt: ita ut fruſtra tantum ſangvinis in gratiam unius ambitioſi, ac regere volentis Principis effuſum fuerit. Rectè itaque admonentur Principes Symbolo, ut in hoc mundi Theatro RESPICIANT FINEM, quod nullum imperium ſtabile & perpetuum ſit, ac proinde illorum labores inutiles eſſe generique humano nocivos, dum propter ambitionem, regnandiq; cupiditatem multum ſangvinis humani fruſtra effundi debet. Frenent itaque hoc imperandi deſiderium, ac humano ſangvini parcant, mortem, & imperij, totiusque mundanæ machinæ, nunquam duraturæ reſpiciant finem. Id ſi fecerint, non curis ſe ſolùm magnis, ſed etiam periculis multis levabunt, ac ut coronam cœleſtem habere poſsint, ſe magis idoneos facient.

CONTRARIA JUVANT.

Ignis ardens, à vento plerunque augetur, & ardentior redditur, etſi ventus contrarius quodammodo igni videatur: refrigerat enim & ignem exiguum extinguit. Quod autem ignis ardorem ventus juvet, licet

licet ipsi contrarius videatur: hoc propter motum quem in igne velociorem afflatu excitat, contingit. Hac enim ratione fuligo citiùs pellitur, ac materia citiùs consumitur: quæ omnia spiritum ignis subtiliorem reddũt, ignisque vehementiam augent. Mysta hac Hierographia intelligi vult: Neminem rebus contrarijs, vel adversis facilè perturbari debere; Vtpotè quæ etsi sæpe multum obesse videntur, sæpe tamen juvent, hominemque prudentiorem efficiant: non solùm ut majora damna, & pericula evitare possit, (quia ut inquit poëta) piscator ictus sapiet) sed etiam, ut illata, sibi utilia, ac perferendo dulcia faciat: gaudet enim patientia duris. Quin etiam ad hoc interdum adversa valent, ut hominis virtutem propalent, ac ipsius constantia, & fortitudo conspicua fiat. Quòd, dum fit, rectè juvari contrarijs dicere possumus; consequitur enim gloriam, honorem, & laudem, propter virtutem, quibus vix aliud homini majus contingere potest.

NIL MOROR IGNAVOS.

Mulier hæc alata, dlligentiam significat, ignaviæ contrariam, hæc Symbolo ait: NIL MOROR IGNAVOS. Diligentia virtus est principi non solùm conveniens, sed utilis tum domi tum militiæ. Domi, ut justicia benè administretur, pauperes non opprimantur à potentioribus, ac potentes à plebe, fontes plectantur, seditiones quæ pullulant, statim capitibus punitis deprimantur, ac omnia, quæ ad reipub. conservationem spectant, accuratè præscribantur, & serventur. Militiæ, ut maturè arma, comeatus, milites, & confinium munitiones procurentur. Sic enim ignavia reip. statum perdit, ita diligentia erigit, victoriæque causa est: Nulla enim in re utilitas diligentiæ citiùs quàm in bello conspicitur. Id testatur C. Neronis contra Asdrubalem exemplum: Cùm enim potentissimo Asdrubal exercitu in Italiam venisset, ac illi objiceretur Livius consul, numero militum impar: C. Nero relictis castris milite exhaustis, prope Annibalis castra, magnis itineribus nocte dieque, magnaque militum diligentia & labore, qui vix quòd satis ad naturale desiderium corporum esset quieti dabant, tandem ad castra Livij prope Senam, noctu tessera accepta, inscio Asdrubale, & Hannibale pervenit, sequentique die pugna commissa, quod Asdrubal geminatum exercitum ignoraret, ac errore pauciores hostes putaret, victus est. Qui error Livio teste, si pugna protracta, tum ab Annibale, tum ab Asdrubale detectus fuisset, victoriam Romanis abstulisset. Tantùm potest in re militari diligentia.

Nicolaus Ursinus Nolę et Pitiglian. Princeps, Generalis Prefectus Senatus. Florentini populi Xysti. Innocentij. Alexandri VI. Pont. Max. Ferdin. Alphonsij II. Neapoli Regi. demu Venetorum. Reipub.

Fabius Columna Dux Paliani. Marchio Tagliacozæ Generalis S.R. Eccles.

Prosper Columna Dux Paliani et Tagliacozæ Gener. Supremi Car. V Imp. p. Ital.

Pyrrus Columna Marchio Mortaræ Tribunus multum Caroli V. Imper.

Pompeius Columna Dux Paliani et Tagliacozæ.

SAUCIAT ET DEFENDIT.

Millus hîc exhibetur, qui ferreis clavibus extrorsum acumine prominentibus colla canum, non solùm defendit, ut gnome asserit, verùm etiam invadentes alios canes sauciat. Qua Hierographia ostendere hic Princeps vult: se contra omnes suos hostes, & inimicos ita benè munitum esse, ut si opus fuerit etiam eos offendere defensionis legitimæ causa posit. Idque rectè, non potest enim Princeps bello lacessitus se benè defendere; nisi data occasione oppugnet hostem, illiúque rationes nocendi præscindat, & auferat: Qui enim tantùm defensioni studet, solumque defensivum, ut aiunt, bellum gerit, multis incommodis se afficit, suosque prædæ inimicis objicit, nullamque victoriam habere potest aliam, quàm ut hostis lacessere desinat, & quiescat. Qui offendere studet, non solùm se defendit, suosque, sed victoriam insignem superato hoste habere potest. Vt itaque canis millo & scutum & telum habet: ita & hic Princeps armis suis se tuetur & hostem oppugnat.

VIGILIIS ET MODERATIONE.

Vigilias noctua significat, propterea quòd noctu vigilet; cùm enim dies est, in truncis arborum, aut speluncis latitat. Frenum moderationē notat, eo siquidem equi moderantur, hominiq; obsequiosi redduntur. Vtrunq; certanti necessarium est, sive spirituale certamen, sive mundanum suscipiatur. In spirituali certamine, vigilijs impeditur Sathan, aut diabolus, ne incautum obruat, & priusquam ad defensionem paratus sit, necet. Propterea dicit Christus vigilate, & orate; ut non intretis in tentationem. Moderatione verò reguntur animi affectus, ne Sathanæ delitias, & illecebras sequantur, ac equi effrenis instar, hominem perdant. In mundano certamine contra hostem, vel contra fortunam, aliaque adversa, quæ contingere Principi possunt, non minus vigilijs & moderatione opus est, ut status servetur. Vigilijs; ut hostis præcaveri, antequam propius accedat, ac fortunæ insultus prohiberi, antequam præstò sint, seditionesq; in republica impædiri, priusquam capita habeant, possint: Moderatione, ut hostis non tumultuariè, sed sapienter arceatur, ac fortunæ insultus, qui præmanibus sunt, prudenter declinentur, seditionesque ac seditionum in republica capita, legibus tanquam frenis coërceantur: Hæc enim si Princeps in statu suo servaverit, ac VIGILIIS ET MODERATIONE populum suum rexerit, firmum ac stabile habebit imperium.

INCULPATA TUTELA.

Grus accipitrem necat, quæ alias ab accipitre rapi, ac interimi victus gratiâ solet. Verùm non facilè accipiter gruem superare & vincere potest, quia dorsum rostro ita munit grus, ut dum gruem rapere vult accipiter, ventrem in rostrum conijciat, ac seipsum interficiat. Ita in hoc Hieroglypto superatus & interemptus à grue se defendente accipiter cernitur: idque jure: quia vim vi repellere licet, & omnis, quæ pro vita, cùm adversarij damno, aut nece, tutela instituitur, inculpata & justa est. Quilibet enim suam vitam, si alterius vitæ præferat, id quod naturæ debet, con-

ſervationem videlicet ſui ipſius perſolvit. Ac dignior is,(qui non ultrò ſe in periculum conjecit) vita cenſendus eſt, illo qui naturæ opus perdere voluit. Excellens enim & admirandum naturæ opus eſt humanum corpus, tanto artificio conſtructum, totque annis educatum: ac is morte dignus, qui id naturæ artificium delere conatur. Princeps itaque dum hoſtes ſuos quibuſcunque poteſt modis, ſe delere velle, ne ab illis deleatur, hac Hierographia oſtendit, neque imprudens, neque injuſtus videtur.

INGENIO EXPERIOR FUNERA DIGNA MEO.

Narrat Iovius quod Proſper Columna jam ſenex amoribus fuerit deditus,(etiamſi Poëta id ſenibus dedecori eſſe velit, dum canit:

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.)

ac ſcribit,amaſſe illuſtrem fœminam,quæ illi mutuum amorem reddebat. Quem cum ille tegere, & honeſtum haberi vellet; ſemel ſecum familiarem quendam, ſed humili loco natum nobilem, ut fœminæ pudicos mores videret, adduxiſſe. Qui fœminæ (ut ſolent, inſtabiles & inconſtantes eſſe, ac novis rebus delectari) ita placuit, ut gratiam & copiam ſui illi fecerit. Quod, cùm ſummo animi dolore percepiſſet Proſper, taurum Perilli pro Hieroglypto adjecto Symbolo INGENIO EXPERIOR FVNERA DIGNA MEO, elegit; ut oſtenderet ſe flammis amoris exuri, ac mali ſui ſeipſum cauſam eſſe, quòd amaſiæ ſuæ alium adduxiſſet procum: ac eundem errorem commiſiſſe, quem Perillus olim commiſerat: dum proprij interitus cauſa eſſet. Perillus enim Tyranno Phalari invenerat modum quo homines ingenti cruciatu interfici, abſque aſtantium commiſeratione poſſent. Taurum nempe æneum,cui incluſus homo, ſubſtrato igne, non ciulantis aut gementis hominis vocem, ſed bovis mugitum ederet. Verùm Phalaris miratus artificis ingenium, illum tauro includi juſsit, ac ignem ſubſterni; ita miſer Perillus mugiens proprio invento, & horribili mortis genere perijt.

NE PER PIOGGIA, NE PER VENTO.

id eſt:

NEQVE PLUVIA, NEQVE VENTO.

Turris aut ædificium ſupra rupem extructum, animum Principis indicat, qui, ut turris neque à vento, neque a pluvia concuti, ac dejici poteſt, ita nec ille à rebus adverſis. Conſtans enim eſt ac firmus, ut nullo fortunæ, aut adverſitatis telo immutari, aut convelli poſsit. Quicunque hujuſmodi conſtantiæ propoſitum ſibi proponit Princeps, laude dignus eſt. Nihil enim Heroi magis conveniens, quàm fortunæ impetus negligere, invictum ſe præbere, quævis perferre, ac oſtendere animum omni fortuna, etiam adverſa eſſe majorem: & fortunam potiùs animo, quam animum fortunæ parere. Id certè martyres complures, qui ſangvinem pro Chriſti fide fuderunt, ac varias calamitates, variaque tormenta pertulerunt, teſtantur. In ferendis enim tormentis, & torturis, etiam delicatæ virgunculæ tam conſtantes nonnullæ fuerunt, ut non tormentis affligi, ſed

delicijs frui, ac ſtupentibus tyrannis, ſvaves illis pœnæ viderentur. Quis hic non animadvertit animum infractum, magnum & omnia vincentem: talem ſe habere hic Princeps hac Hierographia oſtendere voluit.

NIL LINQVERE INAUSUM.

Pompeius Columna duplici Hieroglypto, navicula, homineque volante, oſtendit ſe NIL LINQVERE INAVSVM velle, etiamſi vitæ periculum ſubeundum ſit. Magni enim animi eſt, magna etiam cum periculo tentare, & nihil inauſum, aut intentatum relinquere. Sic Icarus tentavit avium volatum æmulari; verùm Solis ardore cereis alis liquefactis, in præceps delapſus, interijt. Simili modo navibus Oceanus præternavigatur, & ſuperatur, remotiſsimæque novi orbis regiones deteguntur, licet non abſque multorum jactura, & exitio. Hæc ſi audentibus inſtituta nō fuiſſet navigatio, occidentis & orientis divitiæ, adhuc ſepultæ, nobiſque ignotæ laterent. Americus Veſputius vir magnus, & perpetua memoria digniſsim⁹, primus auſus fuit Oceanum præternavigare ac primus extremas incognitaſq; orbis partes detexit. Iſtorum duorum, inſtar omnium exemplo, Pompeius magni ſui animi inſtitutum demonſtrare voluit: ac nihil tam arduum, tam difficile eſſe, unde ſibi nomen & gloriam comparare poſsit, quin hoc etiam cùm vitæ periculo & diſpendio tentare & aggredi audeat. In rebus enim arduis & magnis, ſat voluiſſe ſatis, ac voluntas laudanda eſt, etſi optatus effect⁹ voluntati non reſpōdeat. Qui nihil audent & tentant, rarò ad magna perveniunt, ac fortunæ beneficio fruuntur. Audaces fortuna juvat, timidosque repellit, ac nunquam periculum ſine periculo vincitur.

* * *

Mutius Columna Marchio Mortaræ Generalis et Vexillifer S. Rom. Eccles.

Jeronimus Columna Dux Paliani etc. Generalis regis Ferdinandi Arragó:

Sarra Columna Dux Pal. et Taglia coza: Generalis Alphonsi Regis Neap.

Stepanus Columna Dux Paliani Generalis Alph. iun. reg. Neap. et Arag.

Ascanius Columna Dux Paliani et Tagliacozæ Marchio Mortaræ.

Joannes Caraffa Dux. Paliani Marchio Cauæ. Com. Mortorij. nep. P.P. paul. 4

FORTIA FACERE ET PATI ROMANUM EST.

C. Mutius adolescens nobilis Romanus, cùm Porsena Hetrurscorum Rex, Romam obsideret, Senatus Romani consensu, in castra Hetruscorum se contulit, ac in confertissima turba, prope regium tribunal constitit. Ibi cùm stipendium militibus daretur, & scriba cum rege sedens, pari ferè ornatu multa ageret, eumque milites vulgo aditent: timens scisciteri uter Porsena esset, ne ignorando regem, semetipse aperiret quis esset, scribam pro rege obtruncat. Eum statim regij satellites comprehensum, ante tribunal regis sistunt. Tum Mutius, Romanus sum inquit civis, C. Mutium vocant, hostis, hostem occidere volui, nec ad mortem minùs animi est, quàm ad cædem fuit, & FACERE ET PATI FORTIA ROMANVM EST. Cùm Rex ira incensus, periculoque conterritus, circumdari ignes minitabundus juberet, nisi insidias, illi structas proderet. En tibi inquit, ut sentias quam vile corpus ijs sit, qui magnam gloriam petunt, dextramque manum accenso ad sacrificium foculo injicit, quam cum velut alienato à sensu torreret animo: attonitus miraculo Rex cum à sede sua prosiliisset, amoverique ab altaribus juvenem jussisset. Tu verò abi inquit, in te magis quàm in me hostilia ausus: luberem mactè virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Tum Mutius quasi remunerans meritū: Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris à me, quod minis nequisti: trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via grassaremur, mea prima sors fuit, cæteri ut sors ceciderit, quò te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore adderunt Hujus periculi casus Porsenam moverat, ut ultro Romanis pacis conditiones ferret. Ab hoc C. Mutij facto sumpta est Hierographia: Cernitur enim dextra manus cum gladio igne torreri, ac dictum Mutij, Symbolum est. Mutium Romanum, Mutius Columna sibi imitandum in rebus bellicis proposuit: idque non malè, quòd equitum præfectus, industria & audacia, ad res fœliciter gerendas opus habeat.

CONTEMNIT TUTA PROCELLAS.

Familia Columnensis in parmis gentilitijs solet pro signo militari habere antiquitus Sirenem. Est autem Siren monstrum marinum superiori parte virginis forma, inferiori piscis. Poëtæ tres fuisse fingunt, ac Acheloi filias. Quæ melodia, cantusque svavitate nautas cùm ad se pellexissent; tandem undis obruebant, ac interimebant: Hæ, ut in undis & procellis tanquam in naturali domicilio tutæ vivunt, ac propterea procellas omnes, marisque tempestates contemnunt, ita etiam Princeps iste Sirenis figura, & Symbolo ostendit, se adversa omnia contemnere, ac virtutibus suis ita fidere, ut non dubiter, se illis omnia adversa, & contraria facilè superaturum: virtus enim adversa non timets quia ex ijs facilè eluctatur. Idque tum maximè verum est, cùm quis jam multories

adversa

adversa pertulit, ac ijs ferendis ita obduruit, ut jam quodammodo in naturam & habitum transierint. Tum enim vix sentiuntur, ac proinde negliguntur & contemnuntur, tanquam ea quæ nocere aut affligere amplius non possunt.

ADIMIT QVÆ INGRATA, REFULGENS.

Vt Luna à nubibus tecta, paulatim discussis nubibus iterum refulget: Ita etiam viri illustris, rerumq; benè gestarum gloria clari, fama, si ab inimicorū calumnijs, vel convitijs obscuretur, ac ad aliquod tempus obnubiletur: tandem virtutis insita vi ac tempore, inimicorum, adversariorumque machinationibus depulsis, iterum refulget, ac in pristinum statum restituitur. Id sibi futurum virtuti confidens princeps, qui eo tempore quo hanc Hierographiam edidit, ab adversarijs multa passus fuit, pollicetur. Virtus enim & tempus quantumvis deprimatur ac occulteturfama, eam tandem in lucem protrahunt, & quod verè in se continet, bonum sit vel malum propalant. Ob id rectè veritas temporis filia appellatur, quod nihil latere sinat, sed quævis in lucem proferat. Admonemur itaque hac Hierogiaphia, ne diffamati, aut rebus adversis pressi, desperemus, quòd tempore tandem mala omnia finiantur. Ac Deo Opt. Max. si interdum nos adversis affligat, illa iterum sua bonitate adimat, tandemque radijs benignitatis nobis refulgens, donis innumeris nos ditet, ac malorum passorum memoriam jucundam faciat.

PARCE PIAS SCELERARE MANUS.

Accipiter hîc depingitur. Accipitrum genera varia, distinctio generum ex aviditate, alij non nisi ex terra rapiunt avem, alij non nisi circa arbores volitantem, alij sedentem in sublimi: aliqui volantem in aperto. Itaque & columbæ novere ex ijs pericula, visoque confidunt, vel subvolant: contra naturam ejus auxiliantes sibi. Regia est avis accipiter, animosa, robur ejus in pectore, ungvibus & rostro, quo præde cærebrum statim transverberat. Sicuratus si prædam impetitam arripere non potest, indignatur, ac vix eo die ad dominum redit. In hac Hierographia accipiter Lusciniam devoratur° rapit; illa supplex laudat accipitrem ac pium, qui trux est vocat, admonetque ne pias manus sceleret. Verisimile est, Mystam admonere velle eos qui potentiorum injurijs expositi sunt, ut dissimulent, bona verba dent, ac supplices tempori cedant, donec ira, & indignatio potentū frangatur, aut extinguatur. Lex in aulis Principum; ubi potentes etiamsi injurij, ac injusti sint, respici ac coli volunt, utilissima, imo necessaria. Hanc qui non servat, neque injurias & despectum sui, ferre tantisper, ac magnatibus adulari, vel jocis placere potest, superet eruditione & probitate quemvis, nunquam emerget. Non doctos, non probos, non pios vult aula, sed fictos, qui probitatem in lingua & fronte, ferunt, ac potentibus ad nutum, omniaq; obsequia præstò sunt. Hinc versiculus:

Qui vult esse pius, exeat aula. Qui itaque in aula manere vult, Luscinìam imitetur, oppressus facilè eluctabitur, nihilque ut ad summa perveniat, illi invium erit.

ME TUIS ORNARI.

Pyramidem aut obeliscum constantiam designare, jam sæpiùs explicatum est. Ornatur pyramis vinea & corona. Vinea, quæ fructum suavissimum, hominique maximè salutarem profert; ubertatem, rerumq; affluentiam designat qua Mysta obeliscо notatus, se à domino cui fideliter inservivit, donatum agnoscit & gloriatur. Corona, honorem, gloriam & dignitatem, quàm itidem domini munificentia adeptus est, quaq; ornatur significat. Quibus omnibus, ut nihil potest homini in præmium fidelitatis majus tribui, ita etiam nihil decentius, quàm tale beneficium agnoscere, ac si non factis, saltem verbis, testimonijs, & monumentis, se gratum posteris ostendere, quod aptè profectò hac Hierographia Mysta qui se ornari domini sui beneficijs confitetur, declarat.

OMNES SUB JUGO MEO.

Eleganter Princeps iste Symbolo ait: OMNES SVB IVGO MEO. Quis enim dubitat, sub Solis jugo omnia non solùm inferiora, sed etiam superiora esse. Sol enim lucem suam stellis omnibus præbet, radijsque inferiora omnia illuminat, ac calore ita fovet, ut sine illo, neq; animalia, neq; plantæ vivere, neque mineralia, & metallica formam aliquam consequi possint: Calore enim movet cuncta, & in actum redigit, illo deficiente omnia intereunt, quiescunt, horridamque planè faciem nanciscuntur. Id hyems, illæque mundi plagæ, quæ arctico polo viciniores sunt, ostendunt. Vt itaque sub Solis jugo omnia sunt, ac ab ipso tanquam proximiore numinis instrumento, quod sint, habeant. Ita Mysta indicare voluit, se Solis instar suos simili modo sub jugo habere velle, ac jugum suum non minùs quàm Solis svave fore, eoque vitam, omnemque commodam vivendi rationem habituros: Hujusmodi propositum principes decet. Qui enim jugum, quo excarnificent, expilent, ac abigant subditos proponunt, ac instituunt, non Principes sed Tyranni sunt, digni ut dijs manibus sacrificentur. Bonum itaq; jugum hic Princeps Sole, à quo omne bonum manat, demonstrare voluit.

Marcus Antonius Columna Dux Paliani et Tagliacozzæ Eques Aurei Velleris Vice Rex Sicil.

Felice Ursina Columna Ducissa Paliani et Tagliacozzæ M. An. uxor.

M. Antonius Columna iunior. Dux Paliani et Tagliacozzæ.

Ieronima Arragonia Ducissa Paliani et Tagliacozzæ M. Ant. iun. uxor.

Antonius Medices. Princeps Calpestrani Fil. Franc. Mag. Duc. Hetru



SEMPER PERVICAX.

Princeps iſte hanc Hierographiam exhibuit, dum bellũ Veronenſe gereretur. Defendit enim Veronam contra Gallorum, Venetorumque impetus, qui duplici exercitu illam obſederant. Cernitur toga vel tellaris tunica inter ignis flammas illæſa permanere, quia ex asbeſtino, aut amiantho lapide conflata eſt. Scinditur enim aut finditur in filamenta lapis, certoque artificio netur, deinde texitur, ut veſtes & lintea ex eo conficiantur; quæ cum ſqualida, aut ſordida fuerint in ignem, & flammas proijciuntur, aut detinentur, ut mundentur, nitidaque, ſordiumque expertia fiant. Non conſumuntur enim ab igne, quia lapis iſte omnes ignis non ſolùm injurias perfert, ſed exuſtus mundatur. Vt itaque Amianthus lapis, SEMPER in igne PERVICAX, id eſt: conſtans manet, ita Myſta ſe contra omnes hoſtium conatus, ſemper conſtantem fuiſſe, hac Hierographia oſtendere voluit.

NATURA DICTANTE FEROR.

Quæcunque in hac Hierographia apparent, omnia natura dictante feruntur. Sol ab oriente in occidentem, aut ſi mavis proprio, & naturali motu ab occidente in orientem. Nubes venti afflatum ſequuntur. Mare naturali ſuo motu lunæ motum ſequitur, & flores ſurſum feruntur. Ciconia etiam NATVRA DICTANTE ſemper altiora petit, ac nubes ſuperare nititur. Propterea hanc Symbolo loqui, & Myſtæ locum ſuppplere exiſtimandum eſt. Vt enim Ciconia maria tranſvolat, ac montiũ omnium juga, & nubes volatu ſuperat, ac ad ſublimia contendit, ita etiam Myſta in ſe eandem indolem percipere, clare demõſtrat. Proinde ſe non exilibus humilibuſq; eſſe contentũ, ſed NATVRA DICTANTE ad altiora, ut ijs potiatur FERri, ſive ea ſint mundana, ut honos, gloria, & virtus, quæ cæteris rebus omnibus præferuntur, ſive cœleſtia, ut æterna fœlicitas, ac Sol ille æternus Deus, ad quem abſque virtute non datur acceſſus. Ad hunc enim Solem qui NATVRA DICTANTE fertur, beatus verè dici poteſt, pauci enim propter primi parentis lapſum ad illum Solem ſummum bonum, plures ad malum feruntur. Nemini acceptum ferendum eſt, ſi quid boni appetimus, & conſequimur.

OPES NON ANIMUM.

Fuit hæc Hierographia primùm inventa ab Erſilia Corteſe de Monti nobiliſsima fœmina, quia proci quos repudiarat multis cladibus ipſius bona, ut ſe ulciſcerentur, affecerant. Ab hac proculdubiò deſumpſit hæc Principiſſa hanc Hierographiam, quæ fortaſsis opum fortunæque jacturam, alterius inſtar paſſa fuit. Oſtendit itaque animi conſtantiam, & fortitudinem, ac ſe nulla fortunæ, calamitate, impetu, aut inſultu commoveri, aut frangi: ſed animum invictum tenere: quia etſi incendio omnia delerentur, tamen OPES tantùm NON ANIMVM exuri. Hic enim ſuperſtes, & firmus, infœlicia, fœlicia efficere, ac res amiſſas, perditaſque, arte, induſtria ac prudentia recuperare, omniaque in priſti-

in priſtinum ſtatum reducere poteſt. Sequi videtur hoc caſu Biantis dictum: qui incenſa patria admonitus, ſeu increpatus, quòd nihil ſuorum bonorum ex incendio ſecum efferret, ut cæteri, reſpondiſſe dicitur: bona mea omnia mecum porto: animum intelligebat, varijs virtutibus, artibus, ac ſcientijs inſtructum, ſuppellectili ac pecunijs præferendum, quò non ſolùm præſentis fortunæ injurias ſe ſuperare, ſed ita rem ſuam inſtituere poſſe confidebat, ne in poſterum egeret: Hærent enim præcordijs vera bona, vivoque nihil eripitur poſſeſſori, ſed ne mortuo quidem, in anima ſiquidem ſunt, quo nec fortunæ, nec mortis dextra ſe porrigit. Vera bona & virtutes non delentur fortunæ telis, nec igne extinguuntur; Imò potiùs augentur & clariores fiunt. Vt enim Solis ſplendor pòſt tenebras, ac diſcuſſis nebulis vivacior apparet, ita & virtus calamitate obſcurata, tandemque depulſa, clarior eluceſcit. Premitur non opprimitur virtus, ac quò magis deprimitur, eò fortiùs ſe erigit.

SEMPER IMMOTA.

Diverſam à patre & matre Hierographiam edit M. Antonius Columna Iunior: Sed eodem ſenſu; ut enim quercus arbor duriſſima, & robuſtiſsima, omni ventorum generi ſeſe opponit, ac ſemper immota manet: ita Principum & Heroum animi nullis fortunæ teliş cedere debere oſtendit. Frangi lævi fortunæ adverſæ afflatu animum, muliebre eſt, & viro indignum. Fortis vir, non ſolùm adverſa non metuêre, ſed ne mortem quidem debet: ut Socrates, qui Platone teſte in Apolog. morti adjudicatus, propter philoſophiæ ſinceram profeſsionem, ad judicem converſus ait: Equidem vos omnes ſingulari quadam benevolentia complector: parendum tamen potiùs duco Deo immortali, quàm vobis. Itaque quamdiu & ſpirabo & potero, nunquam philoſophiæ curam abijciam: nec veſtri admonendi, modoque, ac more meo adhortandi ad virtutem, quemcunque ex vobis nactus fuero, occaſionem omittam. Hujuſmodi fortitudinis exempla apud Chriſtianos eorum, qui pro fide ſanguinem effuderunt, multa extant: Imò & tenellæ virgines, ut S. Catharina, Apollonia ac aliæ innumeræ, non ſolùm mortem non timuerunt, ſed ſummas delicias, in pœnis crudeliſsimis, & atrociſsima morte ſe percepiſſe, ſæpe ſpectantibus demonſtrarunt.

UNA FUIT.

Mulierum & virginum Hierographicæ inventiones, plerunque virorum ingenij acumine & elegantia ſuperant: ut præcedentes complures examinatæ, & hæc facilè oſtendunt. Nec mirum, cùm fœminæ ingenium à durioribus negotijs, civilibus curis, ac gravioribus ſtudijs ſolutum, amoribus, animique affectibus totum incumbere poſsit. Hæc certè ſi quæ alia mihi ingenioſa videtur: inquit Symbolum VNA FVIT, nempe candela ardens, id eſt anima, vita una, imò humanum corpuſculum unum ardens, vivens amore optati ſponſi: Quid enim aliud corpus virginis amore ardens, quàm candela ardens? Candelæ vita, ignis & ardor eſt. Virginis amantis vita, amor ſponſi aut ſponſus ipſe; neque enim

iſtic

istic vivitur aliter, quàm in amati corpore. Sed postquam virgo sponsum consecuta est, & conjunx facta: jam duæ candelæ, vinculo apparent ligatæ, ac simul mutuo amore flagrantes, duplicatoque lumine se mutuo juvantes, alioſque illustrantes. Tum gaudent se binas & junctas, quæ antea solæ fuerunt, non solùm ut sibi prodesse & lucere, sed etiam alijs posint. Hoc gaudium hac Hierographia propalare Principissa Hieronyma voluit.

TANDEM.

Procera arbor quam Hieroglypton exhibet patrem, propago filium authorem Hierographiæ designat. Symbolum TANDEM, mentem Mystæ etiam uno vocabulo satis explicat. Cernitur arbusculæ propago à majoris radice expullulans, quæ TANDEM excrescet, ac majori similis fiet: Hæc enim arborum natura & proprietas, ut quæ à radicibus ejiciunt germina, in ejusdē generis arbores excrescant. Promittit itaq; Antonius iste filius, se patri similem TANDEM fore: virtutibus nempe, omnibusque animi, quibus ille pollebat, dotibus: Neque enim aliud laudaretur propositum, cùm virtutes, non vitia majorum imitanda sint. Quàm fuerit autem pater vir omni virtutum genere clarus, neminem latet. Hunc quod filius sibi imitandum proponat, ac se similem parenti fore promittat, jure laudandus venit: Majorum enim virtutes æmulari egregium, superare glorioſum, ac utrumque non laude sola, sed corona dignum immortali.

Jonnes Maria Varanus I. etultimus
Dux Camerini. genet. P.P. Leonis X.

Ioannes Farnesius Dux Castri et
Camerini. Genet regis Francis. Galliæ.

Bertoldus Farnesius. Dux Camerini
et Castri.

Carolus Spinellus Dux
Seminariæ.



Carolus Spinellus Dux
Seminariæ.

Ferdinandus Dux Calabriæ Vice Rex
Valentiæ Fred. Regis Neapoli fil.

FONTES DERIVARUNT.

Ex Symbolo & figura facilè colligitur, Principem hunc vivos & perennes aliquot fontes in aquæductum aliquem derivaſſe reipub. juvandæ cauſa, ac in perpetuam præſtiti officij memoriam, hanc Hierographiam poſteris reliquiſſe. Prudentes ſunt illi Principes, qui multorum commoda quærunt, ac ea conſtruunt, quæ non ſibi ſolis voluptati, ſed populo univerſo utilia ſunt. Inter hæc aquæductus præcipuum locum habere debent. Proſunt enim aquæductus in civitatibus, ad extingvenda incendia, ad rem domœſticã & culinariam, ad varias opificum officinas, ad molendino & alia innumera, ſine quibus incommodè vivitur. Nulla eſt civitas etiamſi flumine careat, quin arte aquæductum extructum habere poſsit: Sed magiſtratuum ignorantia aut negligentia, tantùm beneficium ſæpe omittitur. Vbi flumen nullum eſt, ex ædium ſtillicidijs collecta totius anni aqua, aquæductui ſufficere poteſt, ſi artificiosè conſtruatur: Verùm ubi politici non ſunt, fruſtra non conſveta, aut nova proponuntur. Multi malunt glandibus, quàm tritico veſci.

FLAVESCENT.

Maturitas perfecta frumenti Symbolo promittitur. Spectantur enim quatuor frumenti manipuli, qui aëri expoſiti aliquot diebus, Flaveſcunt, ac frumentum ſpicis incluſum, terreoque humore adhuc humidum plenam maturitatem adipiſcitur. Non dubium eſt, quin Myſta, ſi dum Hierographiam ederet, ætate junior fuerit, ac propterea ad res gerendas, non ſatis adhuc idoneus, brevi ætatis, & judicij maturitatem ſibi fore, Symbolo ſuis promiſerit. Verùm ſi ætatis ratione hæc Hierographia conſtituta non fuerit, aliquid magni Myſta præ manibus, ac in promptu habuit, quod quidem nondum perfectum & abſolutum, brevi tamen fore ſpondet: ac ob id moram rei certæ, & venturæ, æquo animo tollerandam eſſe. Vt enim frumentum in manipulos congeſtum, non ſtatim in horreum deportari debet, ſed primùm Soli exponi, ut ſiccatum, horreiſque ingeſtum, non facilè putrefiat, & corrumpatur, ita res utiles, neceſſariæ, & magnæ, antequam occaſio ſe offerat, expediri, & præcipitari non debent. Mora quippe adjuncta, paulatim ita regendæ ſunt, ut fœlicem ſortiantur eventum: Tempus enim quævis negotia maturat, ac rebus gerendis opportunitatem præbet.

UNDIQVE FRUSTRA.

Turris ex quadrato lapide in mari vel flumine extructa eſt. Hanc undiq; ventorum afflant procellæ, ſed fruſtra. Turris, Ducem, ejuſq; animum notat. Venti & undæ adverſarios, ac hoſtilia quævis. Vt itaque turris firma, VNDIQVE FRVSTRA impetitur, ac dejici non poteſt; ita Dux iſte ſe non ſolùm forti animo eſſe profitetur, nullaſque fortunæ vel adverſariorum minas & inſultus extimeſcere: ſed etiam tam firma baſi inniti, ut nullo fortunæ impulſu nulliſque adverſariorum arietibus concuti, aut convelli poſsit. Baſis autem, bona conſcientia, & virtus eſt. Bona ſiqui-

na siquidem coscientia adversa non timet, ne mortem quidem, quam beatam fore, & adversitatum omnium finem agnoscit. Vitam etiam jucundam & lætam, ut mala, tristem facit.

Si rectè facies, hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Statius:

Invigilant animo, sceleriq; parati
Supplicium exercent curæ. tunc plurima versat
Pessimus in dubijs timor.

Virtutis etiam ea vis est, ut non solùm externorum hostium vim repellere, & illudere, eorumque conatus frustraneos facere possit: Sed etiam, ut internos illos hostes, id est, vitiorum impetus, animique pravos affectus, iram, avaritiam, invidiam, libidinem, ambitionem, superbiam, gulam ac ignaviam domet, frenet, ac vincat.

EX VULNERE VIGOR.

Antiqua Gnome est: Virescit vulnere virtus. Ab hac Symbolum desumptum videtur, eodem ferè sensu. Quercus virtutem significat, constantiam imprimis, & fortitudinem, quia à nullis procellis, aut tempestatibus facilè dejici potest. Securis verò qua vulneratur; hostes, inimicos, ac res adversas designat. Vt itaq; securis quercui vehementius adacta, eandem vulnerat, ac à vulneris & fissuræ vi aut vigore, ita detinetur, ut vix, & non sine magna vi abstrahi possit: ita iste Princeps, si ab hostibus, vel rebus adversis lacessitus, aut læsus fuerit: non solùm se non abjicere, ac minuere animum, sed potiùs retinere, ac augere, ostendere vult. Vt optimè hac ratione EX VVLNERE, seu incommodo illato, VIGOR prodire, dici possit. Hoc enim proprium viri fortis, & magnanimi est, ut læsus aut pressus, illi crescat animus, ac illatum incommodum evincere & depellere, vel patiendo, vel obstando fortiter, conetur.

NONDUM IN AUGE.

Orbis quo Sol defertur, non est orbi terrarum concentricus: Hinc fit, Solem interdum remotiorem, interdum propiorem terræ esse. Cùm longissimè à terra distat, in auge esse dicitur. In hac Hierographia, neque in auge, neque in opposito augis est, sed in medio itinere movens se, & tendens versus augem. Carolus Spinellus primus author istius Hierographiæ, qua & nunc tota familia utitur (& Illustriss. & Reverendiss. apud suam Sac. Cæs. Majestatem Rudolphum II. Imperatorem gloriosissimum, nuncius Apostolicus) indicare voluit: se nondum desiderata & optata attigisse: Quæ autem ista fuerint, difficilè est conjectu. Possunt enim amores, honores, divitiæ, ac æterna desiderari. Amores, à junioribus & solutis, voluptatis causâ: honores, & divitiæ à viris, ut alijs benefaciant: ac æterna ab utrisque, si sapiunt, appeti solent. Carolum istum in rebus bellicis Carolo Quinto & regi Philippo Hispaniarum inserviviss fidelissimè, ac magno cum successu, testantur historiæ. Alij etiam complures istius familiæ, qui eadem Hierographia usi sunt, & adhuc

utuntur, non minùs virtute rebuſque bellicis gloria & honore clari, & illuſtres ſunt, ita ut nihil amplius illos deſiderare poſſe, quis arbitretur. Verùm ea eſt magni excelſiſque animi, & veri principis indoles, iſque genius, ut ſemper altiora petat, majoraque cupiat, ac nunquam extremum fœlicitatis culmen ſe aſſecutum putet. Laudandus profectò, magniſque faciendus is appetitus, ſi virtutes ſectetur: hoc enim illa tandem comprehenditur ac tenetur, tenentemque æterna mercede ſatiat.

CAUTIUS.

Circumfert ſecum domicilium, ſcutum, ac ſepulchrum limax: Dum nimis confidenter repit, & ſub ſcuto, aut teſtudine ſua non latitat, ſagitta feritur, quæ in hoc Hieroglypto humeris infixa apparet. Symbolum ait cautiùs incedendum fuiſſe: Quicunque enim hoſtes, vel adverſa veretur, ita ſe munire, ac ita prudenter ſe gerere debet, ut prævisa jacula evitentur, ne feriant. Pericula etiam ſemel ſuſcepta eruduunt, ac prudentiores faciunt. Fuit iſte Princeps ab Hiſpanis incarceratus, quòd cum Rege Galliæ, dum Navarram recuperare ab Iberis vellet, pactum ſecretum habuiſſet: ac ad Regem redeunte in Galliam exercitu, fugam inſtituiſſet. Ictus itaque adverſa fortuna & captus, non facilè fidendum, ac prudentiùs & cautiùs eum, qui liber eſt, & alicujus partes ſequi vult, quid agat, examinare debere, hac Hierographia oſtendit. Lex hæc prudenti viro præ oculis perpetuò ſit: Periculoſa omnia circumſpectè & non niſi omnibus modis, quibus damnum inferri poſsit, examinatis agenda eſſe. Vigiles enim ut velis, & prævideas cuncta, vix adhuc illæſus evades.

Vt tutiùs evadas, deterrima quæ contingere poſsint, futura ſtatuito,
ac ijs, ne fiant, actus & conſilia ſelectiora objicito:
ita CAVTIVS tua inſtitues, pericula vitabis, & prudens eris.

Franciscus Baucius Dux Andri
Generalis Venetorum Reipúblicæ.

Joannes Fridericus Dux
Anáfi etc.

Fridericus Dux Montis
Alti.

Andreas Matheus Aquauiua Dux
Adriæ.



Andreas Capuani Dux Termolis
Generalis PP. Julij III.

Jacobus Boncompagnus Dux
Sore filius PP. Gregory XIII.

SEMPER ARDENTIBUS.

Aquilæ quia proprium est altissimè præ cæteris avibus volare, propterea in Hieroglyphicis, excelsas animi cogitationes notare solet. Potest itaque rectè aquila Mystam, seu authorem Hierographiæ dissignare, ac serpens qui pectus aquilæ verberat, amasiam. Ex Symbolo autem SEMPER ARDENTIVS, dignoscitur serpens dipsas esse, qui à se verberatum, siti insatiabili cruciat, ac ita afficit, ut quò plus bibat, ardentiùs potum appetat. Similis sitis in amore animadvertitur: qui enim formosæ fœminæ, aut puellæ amore captus est, quo plus eam contemplatur, SEMPER ARDENTIVS majoriq́ue contemplandi desiderio afficitur & tenetur. Ea enim amoris vis est, ut amans nunquam visu amicæ satietur, sed SEMPER ARDENTIVS intueri cupiat, donec illa fruatur, ac illi uniatur.

NON COECA CONDEMUR IN ALVO.

Equum Troianum Hieroglypton refert, cujus historia Sex. AEneidos à Virgilio recitatur. Is Græcorum dolo Troiæ capiendæ causa extructus erat. Obsederant enim decennij spacio Troiam Græci, ac cum se capere urbem posse desperarent: ad fraudes, & dolos conversi, equum immensæ magnitudinis constituxerunt, intus concavum ac militibus tantùm repletum. Hoc in castris relicto, castra ipsi deseruêre, ac ad Tenedum insulam non procul inde distantem se receperunt, paucis circa equum relictis, qui nunciarent Troianis, Minervæ sacris occupata urbe dedicatum fuisse, ac propterea optimum fore, si tantum Deæ oblatum munus, in urbem illæsum ad Deæ delubra deferretur. Troiani machinam admirati, ac religione commoti, cum per portas non possent, dirutis civitatis muris, viam equo fecerunt, ac in civitatem traxerunt. Id cum Græci audissent, statuta hora ad mœnia properarunt, ac equo inclusi pactum facinus cum adventantibus socijs aggressi, similiter tumultum non levem equo egressi, in civitate excitarunt: Ita ut tandem urbe, Troianis expulsis, potirentur. Ad hanc historiam alludit Mysta dum ait: NON COECA CONDEMVR IN ALVO. Quo Symbolo indicare vult, se non dolo, & fraude, sed virtute hostes suos superare velle. Generosa me herclè Gnome: Animus enim magnus non tectè, & clanculum, sed apertè inimicis nocere cupit, ut illi, se non fortuna, sed virtute superari sentiant, ac virtus, inimici dolorem augeat. Cùm itaq; se ulcisci cupit Mysta, palam id facit, ut inimicus, si illi impar sit, majorem dolorem, quòd se vicissim ulcisci non possit, & hostem à quo injuria illata est, noscat, impunitumq́ue sinere cogatur, habeat. Hæc sunt animi magni indicia, leonisq́ue, non vulpeculæ naturam ostentant.

PRUDENS SIMPLICITAS.

Inter ea quæ vitam beatiorem efficiunt, Martialis prudentem simplicitatem enarrat. Inde Symbolum desumptum est. Simplicitatis prudentis

dentis Hieroglypton columba est, abieti arbori rectæ, quæ nullis tecta est ramis insidens. Prudentia columbæ colligitur ex eo, quòd excelsæ arbori insideat, alis ad volatum extensis: ut accipitrem faciliùs, & procul conspicere, ac ipsius dolos, technas & pericula fugiendo & avolando illudere exemplò possit. Columbæ verò simplicitas, tum arboris rectitudine, qua propria natura sursum ignis instar absque ulla curvatura tendit: tum eo ipso, quòd columba detecta sedeat, signatur. PRVDENS enim SIMPLICITAS non cadit, nisi in eum, qui rectus, & apertus, id est, non tectus est. Talem proculdubiò hic Princeps se esse, profiteri hac Hierographia voluit: verum veri Pricipis signum: Qui enim simulare cogitur, & apertus esse non potest, is, neque regnat, neque regnare scit. Non regnat, quia voluntatem ad quævis imperia liberam non habet: nam ab eo stringitur, quod simulationem postulat. Regnare nescit: quia id, quod stringit voluntatem, amovere ac tollere non potest. Qui simulare coguntur, plerunque tyranni sunt, quia simulant, ut decipiant, seditionem effugiant, ac suos sub jugum pedetentim redigant. Si recti & aperti essent, boni principes essent, ac non nisi quod æquum & justum est, peterent, ad quæ simulatione nulla opus est. Hujusmodi quivis vir bonus facilè concedit Principi, ac ratione regnanti libenter paret, quòd hac ratione non bonis, qui lege opus non habent, sed malis imperet, qui, ut boni defendantur, beateque vivant, coërcendi sunt.

QVID IN ARIDO?

Nullum est animal, quod extra naturalem vitæ sibi commodæ locum, bene vivere possit. Piscibus aqua, quadrupedibus terra, & avibus aër, ut suum victum & pabulum habeant, convenit. Quæ si mutes, & pisces in aëre, aves in aquis, vivere velis, naturam ipsam auferes, & non vitam, sed interitum omnibus procurabis: Ita enim Deus Opt. Max. aptè inferiora hæc omnia constituit, eumque sensum animalibus dedit, ut unumquodq; non solùm quis locus illi, ut diu vivere possit conveniat; sed etiam qui cibus, qui potus sentiat, quem si mutet, vel interit, vel ægram & molestam trahit vitam. Hîc Cete, vel aliud monstrum marinum habes: quod quantam vim in mari habeat, nemini ignotum est: Sæpe enim maximas naves invertit, unico ictu sternit, undisq; obruit. Sed QVID, ut inquit Symbolum IN ARIDO? supple potest? nihil profectò: Dum enim ad littus excurrit, ac intempestivè aquis destituitur, immotum jacet, brevique moritur. Nihil itaque in arido, ne vivere quidem potest. Dux iste Adriæ, ad familiæ nomen alludit Hieroglypto, ac ut Cete absque aquaviva diu durare non potest: ita nec Ducatum suum, (quem Cete figura notare vult) sine ipso, aut ipsius familia, (quæ instar aquævivæ eundem alit, fovet, omnibusq; beneficijs, quæ ad ipsius conservationē conveniunt, accumulat) stare & florere diu nō posse, hac Hierographia ostendit.

FORTIBUS NON DEERUNT.

Manipulus hîc cernitur missilium hastarum, quas Romani pila vocabant, Erat autem omnium longitudo ligni, ferè tria cubita, quibus singulis aptabatur telum ferreum hamatum, longitudine par ipsi ligno,

cujus nexus ita validè firmabatur: ut non priùs devinctio illa, inter utendum solveretur, quam ipsum ferrum defringeretur. Hastatorum principum, & triariorum apud Romanos, erant arma ista missilia quibus scuta & loricas sæpe transverberabant: hostium scutis si hærebant illa reddebant inutilia, cum semilanceis hodiernis comparari possunt, nisi quod graviores sint, & mitti non possint. Mysta hanc Hierographiā ad terrendos hostes, & adversarios elegisse videtur: Ostendit enim, sibi tanquā viro forti, neq; animum, neq; arma defutura, ut vim vi repellat, ac illatas injurias ulciscatur: FORTIBVS enim NON desunt arma, & jacula, cùm sæpe viri fortis, & gravis oratio, armarum vices suppleat, hostiumq; conatus supprimat & impediat. Admonere etiā hac Hierographia Princeps velle videtur, ne temerè subditi etsi inermes, vexentur, & ad seditiones compellātur, quòd fortibus nunquam desint arma, & furor arma ministret: Helvetiorum exemplo, qui cùm equis & armis carerent, lanceis, hastisque, principes & nobilitatem expulerunt, ac se in libertatem receperunt.

SEMEL IN ÆTERNUM.

Volitat in sublime aquila, ac Solem intuetur, quem SEMEL intueri, ac IN AETERNVM, ut Symbolum ait, cupit, hoc est, semel & semper: Non enim cùm aspicere incepit, intermitti aspectum, sed permanere perpetuò vult; Aquilæ natura, ut aliquoties diximus, ea est, quòd omnes aves volatu superet, Solemque illæsa oculorum acie, intueri possit. Ob quam causam exclusos & adultiores pullos probat: quorum si visum hebetari, aut offendi Solis radijs percipit, tanquam adulterinos è nido, ut alimento indignas præcipitat. Aquila in hac Hierographia Ducem notat, qui Solis, id est, adamatæ Amasiæ suæ splendore semper frui desiderat. Hoc enim commune omnibus amantibus est, ut nunquam aspectu Amasiæ satientur, sed perpetuò sibi præsentem optent. Theologicè possumus Hierographiam explicare: Ducis nempe animum, amore divino capi, Deique conspectum & unionem, SEMEL IN AETERNVM expetere, ut aquila, visibilis Solis splendore, semper delectari cupit. Quo sensu elegans & pia est Hierographia, id proponens, quòd omnibus qui æterno Sole frui volunt, perneccessarium est.

Nisi enim quis Deum Opt. Max. amet ex
toto corde, nunquam illo
unietur.

Constantia Sforcia Ducissa Sore
Iacobi Boncompagni uxor.



Claudius Dux Alb. tribunus militū
Reg Philippi in Regno Neapol.

Isabella Rouerea S. Seuerina
Principissa Bisignani.

Nicolaus Bernardinus S. Seuerina.
ab Scanderbegi Princeps Bisignani

Irena Castriota Principissa
Bisignani Nicolai uxor.

Antonius Castriotus Dux Firmanen-
nus Marchio Tripaldæ Nep Scanderbegi

CANDOR ILLÆSUS.

Vespertiliones hîc inimicos, & invidos notant. Olor Principissam. Vespertilio neque quadrupes, neque avis est, utriusque tamen naturæ particeps: Pedes enim habet ac dentes, ut aliæ quadrupedes, pennis plumisque caret: Lucem Solis non fert, propterea vesperi tantùm membranis, non alis, ut avis volitat. Cignus albedine, & candore cæteras aves superat. Apollini sacer est, à quo divinationem habere videtur: Nam prævidens quid in morte sit boni, cùm cantu & voluptate moritur. Musarum etiam ob cantum ales dicitur, ac boni semper est ominis, Ennio teste:

Cygnus in auspiciis semper lætissimus ales
Hunc optant nautæ, quia non se mergit in undis.

Vt verò eximius candor Cygni, à vespertinis tenebris obscurari non potest, multoque minùs à circumvolitantibus vespertilionibus: Ita & istius Principissæ animi candor, contra perversorum & invidorum hominum technas illæsus permanet: neque injurijs aut calumnijs offendi, aut lædi potest. Magni profectò animi indicium est, injurias & calumnias contemnere, ac innocentiæ scuto excipere, vindictamque Deo soli relinquere. Narratur de Iulio Cæsare, quod nullarum rerum oblivio quam injuriarum illum capere poterat, ob quam causam à multis olim philosophis laudatus fuit, & pro magnanimo habitus. Nunc nobiles viri, si inultas injurias relinquant, se pro abjectis haberi opinantur, tanta est hujus seculi, in dijudicandis rebus veris à falsis caligo: Verùm hæc Principissa hac Hierographia, se præstantiùs hac de re habere judicium ostendit.

QVIS NOSTROS EXPIET IGNES.

Non dubium est, quin iste Dux, dum ait, QVIS NOSTROS EXPIET IGNES, amoris ignes & flammas intelligat: Ac amicæ suæ ingeniosè hac Hierographia significet, (cùm fortasis alijs rationibus præclusa illi sit via) quam vehementer illius amore flagret, quantisque flammis, quas ne Oceanus quidem extingvere possit, ardeat. Comparat enim amoris vehementiam, AEthnæ aut Heclæ montis flammis, quæ perennes, & perpetuæ, neq; ab imbre neque mari, aut fluvio extingvi possunt, tantaque vi saxa ingentia eructant, ut ad aliquot miliaria, ignis vi projiciantur. Eleganter omnia; vix enim amoris igne & flammis aliæ majores esse possunt. Vtpote quæ microcosmum consumunt, in tabem redigunt, ac planè exurunt: Primùm enim amantes tristes, abjecti animi, ac pallentes fiunt, longisque suspirijs vitam trahunt, tandemque paulatim miseram vitam agunt, ac extabescunt. Id apud Plautum testatur adolescens, dum ait:

Factor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris
Rota miser, exanimor, feror, differor, distrahor,
Diripior, ita nullam mentem animi habeo, ubi sum,
Ibi non

Ibi non ſum: ubi non ſum ibi eſt animus.

Complures ut has animi anxietates, amoriſque flammas effugerent, ſibi ipſis carnifices fuerunt. Sic Medea ſeipſam in ignem conjecit: ac Iphis puer ſe ſuſpendit, cùm Anaxareten puellam incredibili amore perſequeretur; & Cephalus ob amorem Piarole Deginiti filiæ, ex ſaxo ſe præcipitavit. Quis iſtos neget maximis flammis exuri, cùm ſola mors, omnium rerum inducens oblivionem, illas expiare poſsit.

NON SAN QVESTI OCCHI MEI

VOLGER SE ALTRVI.

Inquit Italicè. Non poſſunt oculi mei aliò ſe vertere; non mirum: tanta enim eſt Solis pulchritudo, tam gratus calor, ut floſculi omnes, ac inter cæteros ocellus ſeu garyophyllus, (ab oculis enim nomen habet) Solis aſpectum ſequatur, ac illi faciem opponat. Lætantur enim omnes floſculi Solis aſpectu, tum quòd ab ejus radijs illuſtrentur, ac pulchritudo eorum conſpicua reddatur, tum quod illius calore foveantur, nutriantur, & excreſcant. Floſculorum exemplo, hæc Principiſſa teſtatur amoris conjugalis vehementiam, ac ſe Solis, id eſt mariti conſvetudine & conſpectu ita delectari, (utpotè cujus beneficio, vitam & dignitatem habeat) ut nullius alterius rationem ullam habere poſsit. Mulieris probæ officium eſt, viri mores ſequi, illoſque ſibi à Deo pro lege conſtitutos exiſtimare, ac obſervare, ſi fœlicem cum marito hîc & pòſt obitum vitam degere velit. Quæ viro obſequioſa non eſt, ſibi infœlicem vitam facit, rem familiarem peſſundat, prolem malis exemplis educat, ac animæ ſuæ jacturam facit. Rectè itaque & prudenter hæc Priucipiſſa maritum ſolum amat ac colit, aliorumque virorum conſpectum negligit, & contemnit.

HIS PERFUSA.

Cernitur hîc concha margaritifera, unionem dorſo ferens, ſcopulo innixa, Soli, rorique maritimo ſeſe exponens: Symbolum ait HIS PERFVSA. A Plinij & vulgari hominum opinione deſumpta videtur Hierographia: Scribit enim Plinius, certo anni tempore conchas luxuriare, ac maritimum rorem, veluti maritum ſitire, cujus deſiderio hiant, & cùm maximè lunares liquantur aſpergines oſcitatione quadam haurire humorem cupitum: ſic concipere gravidaſque fieri, ac pro qualitate roris accepti, ac cœli ſerenitate pulchras fieri. Cœli enim, Soliſque majorem illis eſſe, quàm maris ſocietatem. Turbido cœlo, turbidas: ac claro, claras fieri, ſanoſque partus multiplici conſtare cute: Hæc Plinij & vulgi opinio. Ego ex conchis uniones exemi complures, ac deprehendi illos in animalis corpore naſci, ex eo humore, ex quo teſta ipſius conchæ excreſcit. Humor enim ille, teſtæ adhærens, ſicceſcit paulatim, & induratur, ac non niſi certo tempore ab animali pro teſtæ fabrica eructatur. Hinc fit conchas multiplici conſtare cute. Dum humor ille ab animali morboſo expelli non poteſt, & in corpore detinetur, ſicceſcit, ac adjecta ſæpiùs nova cute excreſcit, & in unionem abit, non ſecus ac in hominum veſica

num vesica lapides generantur. Dignoscuntur extrinsecus conchæ, quæ margaritas proferunt: Cùm enim pulchræ extrinsecus, & benè formatæ sunt, margaritis carent, dum tuberosæ, inæquales, ac morbosæ quodammodo sunt: tum uniones habent. Parum refert, quòd vulgarem hac de re opinionem Mysta sequutus sit, dummodo Hierographiæ genuinus sensus innotescat: Vt enim unionem parvum & vilem, Solis & roris beneficio, crescere, augeri, & pulchritudinem, valoremque maximum acquirere putat. ita se, quem propter ætatem juvenilem, unioni exiguo comparat, tandem ætate & annis (quos Sol describit) auctum, bonaque educatione, virtutibusque, tanquam rore perfusum, virum excellentem, magnique pretij fore promittit. Eleganter profectò: uniones enim, ut corpore, splendore ac puritate: ita pretio crescunt.

CHE MI PVO FAR DI VERA GLORIA LIETA,

id est:

QVI ME POTEST VERA GLORIA FOELICEM FACERE.

Sol se inspicientem aquilam potest vera gloria fœlicem facere, ut Symbolum Italice ait. Vera gloria hîc est ea, quam virtus, & bonarum actionum merita pariunt, ac Sol cœlestis & summus, visibilis Solis genitor tribuit. Animus itaque nobilissimæ fœminæ summopere laudandus, quòd semper Deum contemplari, ac ad illum se vertere, utpote qui omnes mentis tenebras illustrare, & illuminare, illamque solam lætam efficere potest, velit. Quòd si quis Solem maritum intelligere cupit, non malè exponet Hierographiam: fuit enim mariti amantissima, qui cùm in Hispaniam profectus fuisset, hanc illi Hierographiam misisse dicitur, ut ostenderet se absque ipsius copia, & præsentia, verum gaudium nullum habere posse. Fuit illa filia, Ducis S. Petri in Galatina, ex nobilissima Epirotarum familia, quam Castriotam, aut Scanderbeccam familiam vocant. Quæ ferè toti Albaniæ tamdiu imperabat, donec Amurathes Imper. Turcarum occupata Macedonia obsidum loco Ioannis Castrioti filios ad se vocatos, veneno necasset, minori natu Georgio excepto; quem priùs à Christianis baptisatum circumcidi jussit, ac Scanderbeg, id est Alexandrum Principem appellavit: Beg enim principem significat. Is cùm ad vigesimum ætatis annum perveniisset, multa pro Turca bella fœliciss imè gessit, ac summus totius militiæ præfectus, ab eo constitutus fuit. Postea tamen quòd à suis nimis magni fieret, pœnituit Turcam promotionis, ac rationes quibus interfici commodè posset, quæsivit. Id cùm subolefecisset Alexander, data opportunitate, in Epyrum avitum regnum se recepit, ac manu militum collecta, sibi iterum paternum regnum recuperavit, multisq; Turcarum milibus stratis, & fusis, multis annis, & quamdiu vixit contra Turcarum vires defendit, & tenuit.

IVVAT AER ET IMBER.

Qui aliquando maria transnavigârunt, proculdubiò observarunt, venti,

venti, aut aëris impellentis beneficio, 'dum à velis ſiſtitur, ac excipitur, totam navem cui adhærent vela, vi illius propelli, ac citiſsimè moveri: deinde hunc motum augeri, vehementioremq; fieri, ſi vela aqua perfundantur, propterea quod ab aqua obſtructis veli poris aut foraminulis, aëris aut venti nihil, velum tranſire, poſsit: IVVAT itaque, ut Symbolum ait, AER ET IMBER navis motum. Navis Principem notat, qui ſcopum propoſitum conſequi cupiens, fatetur abſque cœleſti auxilio ſe conſequi non poſſe; Proindè manifeſtè imploratam numinis opem, (qua ducitur, & pellitur, ut eò faciliùs optatum propoſiti ſui portum, aut ſcopum conſequatur) in ſe percipere. Vt enim navis abſque vento progredi non poteſt, eoque adjuta, pluviaque velis perfuſis, facillimè curſum perficit; ita etiam abſque Dei auxilio (quod vento & imbre ſignificatur) nihil poſſumus. Vbi itaq; id ad manum eſt, omnia nos poſſe, & quæ fieri non poſſe videntur, credimus. Rectè ergò conatibus ſuis adjungit hic Princeps divinam opem, quæ petenti cuivis facilè præſtò eſt, ac difficillima quæque facillima facit.

Joan. Alphonsus Dux
Fernandinus etc

Alphonsus Picolomineus Dux
Malphinepos Pij II. Pont Max.

Ludouicus Piccolomineus Dux
Malphi nepos Pij III Pont Maxim:

Hieronima Columna Ducissa
Montis Leonis

Andreas Doria ab Auria et Melphi Princeps
Admiralius et Generalis Caroli V Imper.

HEBETAT ET ACUIT.

Saxi & rupis ea est natura, ut ferrum & malleum hebetet, & acuat, prout ille, qui malleum regit, eum rupi adhibet: Si enim planè in faciem, & ad angulos rectos, ut Geometræ loquuntur, saxum verberet, hebetabitur proculdubiò: Si verò aliter, ut acutum angulum faciat cum rupe, quò minorem, eò magis & faciliùs malleus acuetur. Vir, Principem: malleus, populum notat. Qui reipublicæ præsunt principes, ac plebem regunt, si omnia planè & apertè agant, legesque novas patrijs contrarias promulgent, strictèque observari velint, aut populum tributis, alijsve incommodis absque ulla simulatione & necessitate onerent, aut premant, sæpe imperium hebetant, in periculum conijciunt, invalidum ac debile reddunt. E contra, si populum blandè regant, ac humaniter tractent, statum & imperium non hebetant, sed acuunt, id est firmum reddunt; ut postea quævis incommoda superare possit. Hoc verorum principum, qui amore suorum regnum stabiliunt, ac publicæ utilitati student, illud tyrannorum (qui suis exosi, prima data rebellandi occasione, omnem imperandi vim amittunt) officium, & munus est. Hanc regendæ reipublicæ rationem significare hunc Principem voluisse, verisimile est: nisi fortasis rupe, adversa quævis, quæ animum & hebetant, id est, offendunt: & acuunt, id est prudentiorem efficiunt, intelligi voluerit. Adversa enim omnia, dum damnum inferunt, aut animum premunt, prudentiorem hominem faciunt. Hinc proverbium: Piscator ictus sapiet.

NON VEGO UNDE ESCA.

id est:

NESCIO QVA EXIBO.

Mysta hîc Labyrinthum exhibet pro Hieroglypto. Fuerunt Labyrinthi duo, unus in AEgypto, alter in Creta. Labyrinthus pyramides operum mirabilitate superabat: Huic enim duodecim erant aulæ, tecto coopertæ, portas invicem habentes oppositas, quarum sex in Boream spectabant, sex Notum respiciebant: unus erat murus exterior, qui illas intra se continebat. Domicilia interiùs erant duplicia: alia quidem subterranea, alia sublimia, & sub illis numero ad tria milia. Ad hujus Labyrinthi imitationem, Labyrinthus in Creta à Dædalo extructus fuit, in quem includebantur juvenes tributi nomine ad regem Minoëm missi, qui à Minotauro vorari putabantur: Verùm cùm Theseus eò navigasset, ab Ariadne Minoïs filia, Dædali inventione, edoctus fuit, quopacto cæso Minotauro (quod monstrum fuit quadrupes, capite & brachijs humanis, Centauri instar) ab inextricabili viarum errore se expediret, ac ad ingressum, fili ductu reverteretur. Ostendit hoc Hieroglypto Mysta: ut illi, qui Labyrintho intrusi erant, propter multifarias vias egressum reperire non poterant, tandemq; à Minotauro devorabantur, neque aliter quàm Thesei filo, spes exitus dabatur: ita etiam se in hoc mundi theatrum, ad publicam functionem & principatum à Deo vocatum, tot negotijs, curis, sollicitudinibus & tricis implicitum, ut nesciat quomodo se

extricet. Difficultates has non solùm gubernacula & res publicæ, sed etiam privatæ augent: dum Sathan alter Minotaurus, vitiorum multitudine & mundanis illecebris, implicatos, quærat ut devoret. His omnibus simul qui detinetur, verè in Labyrintho est, nullusque illi egressus patet, nisi Thesei filo utatur, ac illud tanquam itineris ducem sequatur, id est, Dei præcepta & leges observet: His enim facilè Minotaurum cædet, & erroneis vijs relictis, veram capessèt, tandemque Labyrintho egressus, æternæ libertatis domicilium ingredietur.

EX BELLO QVIES.

Vt ex oleæ arboris (pacem designantis) ramis, in circumvolventis rotæ brachia incidentibus, contraque motum rotæ luctantibus, rotæ tandem quies oritur: ita ex bello quies nascitur. Omne enim bellum instituitur, vel ut ibi quies fiat ubi geritur, vel ut alio in loco. Sæpe enim foris bellum geritur, ut domi quies & pax sit. Id qui faciunt principes, vel respub. non parum sapiunt: Hac enim ratione non solùm stabile fundamentum statui suo ponunt, dum pax & quies omnium rerum affluentiam, & divitias adse, pro futuro belli nervo trahant; sed hostes debilitant, & ne suam provinciam aggrediantur, impediunt. Quibus & id foris gerentibus bellum contingit, quod perdere provincias suas non possint, alienas verò conquirere, & plerunque hostium agros vastando, & prædas agendo, illorum sumptibus bella gerant: Sic Romani, dum in Italia cum Annibale diu bella gessissent, tandem missò in Africam Scipione cum exercitu, Italiam ab Annibale & bello liberârunt, & quies domi externo bello inducta est, prudenti Senatus consilio. Interdum domi bellum geritur, quod civile dicitur, cæteris periculosius & diuturnius: Huius etiam finis, quies, & reipub. tranquillitas statuitur. Oritur enim propter oppressionem, principis, optimatum, vel plebis, qui sese in pristinum libertatis statum restituere, ut quietè & securè vivant, cupiunt. Qui bellum ambitionis causâ gerunt, ut alijs imperent, Alexandri Magni exemplo, illi etiamsi ex bellis bella serere & quærere, nullamque quietem posse videantur: tamen pacificum regnum, omnibus sub jugum redactis, quibus pro libitu imperare possint, sibi proponunt. Ita ut nec hoc modo Symbolum à vero declinet, EX BELLO quietem nasci. Omnia siquidem bella propter finem aliquem instituuntur, qui alius à bello est, & quicunque is sit, absque bello est, id est, belli finis seu quies.

OBVIIS ULNIS.

A se elapsam alioque delatam fortunam, muliercula μετάνοια, Occasionis aut Pœnitentiæ filia, tumulo insidens, expansis & OBVIIS ulnis cum peplo expectat VLNIS: Non enim semp adversa est fortuna neq; perpetuo contraria manet: sed aliquando mutat faciem, ac iterum affabilori se ostentat, & redit vultu. Hanc revertentem diligenter observare convenit, ac OBVIIS VLNIS ejus ducem occasionem, quæ hic depingitur, excipere: Mulier enim rotæ insistens volubili, novaculam manu prehendens,

hendens, taloſque alata, paſſos habens crines, anteriore capitis parte piloſa, ac occipitio calva, non fortuna, ſed ejus dux occaſio eſt, à Poëtis Dea vocata, ac à Phidia excellentiſsimo ſculptore primùm è marmore delineata, quæ Auſonij carmine interrogata, eidemque reſpondens, ſeipſam graphicè depingit in Epigram:

Cuius opus? Phidiæ, qui ſignum Palladis eius:
Quique Ionem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum Dea quæ rara, & paucis occaſio nota.
Quid rotæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſum, Mercuriusque,
Fortunare ſolet, trado ego cui volui.
Crine tegis faciem? cognoſci nolo. Sed heus tu
Occipiti calvo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? dicat tibi: dic rogo quæ ſis?
Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea, quæ facti, non facti exigo penas.
Nempe ut pœniteat, ſic Metanœa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum? Si quando volavi,
Hæc manet hanc retinent, quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percunctando moraris
Elapſam dices me tibi de manibus.

Hoc Carmine & Hieroglypto, eleganter natura & vis occaſionis exprimitur: Rota enim volubilis, inconſtantiam illius, ac capilli anteriores, prehenſuque faciles, occaſionem oblatam ſubitò retinendam eſſe, indicant. Quippe quæ ſemel elapſa, non facilè iterum prehendi (ut calvities demonſtrat) poteſt. Nam novacula omnis generis moræ & impedimenta reſecantur: ita ut non facilè ſemel negligentia amiſſa iterum haberi poſsit, ſed eius loco Metanœa, vel pœnitentia. Occaſionis obſervandæ curam ac diligentiam ſummam habuiſſe hanc Principiſſam, Symbolum indicat. Quia fortaſsis nimis leviter aliquando fortunæ, ac occaſionis rationem habuerat: Ob id documentum dans, & ſibi, & ijs, quibus fortuna interdum arriſit, quo pacto ſi iterum arrideat, ejus oblatam occaſionem, OBVIIS VLNIS amplecti debeant: Qui enim datam occaſionem, cum ad manus eſt, negligunt, tardè vel nunquam eam recuperant, ac calamitatibus, alijſque adverſis preſsi, imprudentiæ ſuæ pœnas dant. Tritum eſt adagium: unumquemque ſuæ fortunæ eſſe fabrum, & verè: illi nempe, qui occaſionem obſervat & captat: Multi enim etſi tam benigna fortuna eſt, ut obviam ire, ac ad fœlicia quævis invitare, & non petita ultrò offerre, videatur; ſi tamen negligitur, ac beneficij occaſio evaneſcat, non facilè poſtea priſtina benignitate affulget; ſed Metanœam, id eſt, pœnitentiam, ejuſque pediſſequas, dolorem, & mœſtitiam, in ſuo loco relinquit. Prudentes itaque ſunt, qui oblatas occaſiones

emergendi, beneque vivendi, etsi exiguæ primò videantur, arripiunt: Paulatim enim basi constituta facilè ad majora & meliora pervenitur. Qui parva contemnit, majoribus vix dignus est; Rarò per saltum absque gradibus, ad altiora & sublimia datur aditus. OBVIIS itaq; VLNIS, quæcunque spem meliorem spondent, istius Principissæ consilio amplectenda sunt.

NON DORMIT QVI CVSTODIT.

In triremibus & munitionibus sæpe, quibus custodiendi munus incumbit, dormiunt, hoc est, custodias ipsis creditas negligũt; ita ut propterea in hostium potestatem veniant, resque gravissimas & maximas perdant. Vt ante paucos annos Turcis Iaurini contigit, qui campana tormentaria perfractis civitatis januis, circumventi à Rudolphi Cæsaris militibus, ad unum omnes, occupata civitate, cæsi sunt. Simile nuper ijs, qui Albam regalem custodiebant, accidit: Hi enim neglecta palude, ac ea parte civitatis, quæ paludem respiciebat, à transeunte paludis vadum milite Cæsareo, intercepti fuerunt, urbeque capta, trucidati. Isti omnes etiamsi custodes fuerint, dormierunt, hoc est, malè, negligenter, & sine fructu custodierunt. Mysta qui triremium Caroli Quinti Imperatoris summus præfectus fuit, hujusmodi custodes Symbolo iutelligi non vult, sed verum custodem Iehova, cujus custodiæ sua omnia commisit, dum Tunetanam expeditionem aggrederetur. Hunc enim scivit pro grege suo semper vigilare, ac nunquam, ut alios custodes, dormire; de quibus inquiunt sacræ literæ, frustra vigilant qui custodiunt civitatem, nisi Dominus custodierit illam. Indicare itaque voluit Mysta, se omnem spem salutis in Deo ponere, eumque pro se vigilare, ac triremium suarum fidum custodem in expeditione Tunetana fore.

VIAS TUAS DOMINE DEMONSTRA MIHI.

Andreas Doria dum triremem pro Imperatore Carolo Quinto, ad expeditionem regni Tunetani ædificasset: triremi hanc Hierographiam appingi jussit: Qua manifestè significat, se, quemadmodum tres Magi regesve Orientales, stella divina ducti sunt Bethlehemum, etiam hujusmodi itineris Ducem implorare, atque ab eo auxilium petere, ut hostes superare possit. Id enim tela, à stella ejaculata apertè ostendunt. Sapienter exercituum duces, Deum pro duce & adjutore cupiunt: Quia is omnium exercituum dux supremus, victoriam cui vult largitur, cùm omnes victoriæ occasiones in ipsius sint manu. Nam mare ventos & meteora regit, ac cor hominis vel audax, vel pavidum reddit, ut parva manu vincantur hostes. Sic Iudæi exiguis copijs, Deiq; auxilio audaces facti, Holofernis numerosum exercitum panico pavore consternatum, fuderunt. Tantùm potest hac in re numen.

Felice San Seuerina Ducissa Grauinæ etc.

Zenobia Caretta Doria Principissa Melphi et Marchionissa Tursorum Andreæ Doria uxor

Joannes Andreas Doria iunior, ab Auria et Melphi Princeps. Adm. Reg. His

Peretta Cybo Caretta Doria Principissa Melphi uxor Andreæ Doria etc.

Joannes Bentiuolius Princeps Bononiæ S. Romani Imperij Vicarius.

Augustinus ab Landò, Vallis Tari Princeps, Bardi Marchio et Complani Com.

ILLE MEOS.

Virgilianum est Symbolum, ac Didonis, quæ perpetuam post obitum mariti viduitatem se servaturam jurabat, verba:

Ille meos, primus, qui me sibi junxit amores
Abstulit, ille habeat secum, servetq; sepulchro.

Hieroglypton Symbolo respondet; cernitur enim turtur exiccato insidens arboris ramo, qui conjugij fœdera ita servat, ut pòst obitum conjugis, aut paris superstes, nunquam conjugij societatem, aut parem amplius quærat: defuncti enim mortem perpetuò luget, omnesq; delicias fugit, neq; viridibus arborum ramis amplius, sed exuccis, aridisq; tantum insidet. Hæc Principissa, Ducis Bisignani filia, turturis exemplum secuta est: Marito enim defuncto, ipsa florente ætate vidua superstes, lugubris semper mansit, seseque ab hominum consortio segregavit. Domi etiam perpetuò occlusa vestalis virginis instar, ac à vino abstinens, studijsque divinis, & moralibus dedita, remansit. Nullas nuptias à principibus expetitas, inire unquam voluit. Iusticiæ imprimis, ut subditis bene administraretur operam dedit: in pauperes & virgines, quas suis expensis elocabat, satis liberalis, tandem ut fidelitatem in maritum, & continentiam ostenderet, hanc Hierographiam edidit.

CELERITATE ET MORA.

Ala orbi applicata celeritatem, ac testudo in adversam ejus partem repens, moram designat. Aquila orbem sustinens utrumque: quantùm enim alis festinare cupit, tantùm orbis pondere impeditur. Symbolum istud in libris istis frequens, differente Hieroglypto, intellectu non difficile. Hic videtur indicare res graves & politicas, quæ ad orbis imperium spectant, neque citò, neque tardè geri debere, sed instituto priùs consilio, quod moram aliquam poscit. Eo præhabito, celeriter quod conclusum est expediendum: alias mora peccatur & celeritate. Mora in rebus bellicis maximè nocere potest: Si enim Rex procul ab exercitu sit, ac consilia ad eum priusquam quid geratur deferri debeant: sæpe rei gerendæ non solùm occasio amittitur: sed etiam res perditur. Hoc incommodum ut Romani vitarent, Dictatorem creabant, penes quem summa erat statuendi & imperandi potestas. Idem ægrotis accidit, dum morbus sedem figit, priusquam medicus vocetur, & quid agendum sit consultum fuerit. Celeritas, absq; consilio & electione ejus quod optimum est, instituta nocet, quia neque perpendit, neque præcavet, quæ acceleranti obvenire possunt pericula. Rectè itaq; hæc Principissa CELERITATE ET MORA, id est prudentia negotium quodvis geri debere, testatur. Idque verum est non solùm in ijs, quæ viro tantùm conveniunt, ut declaratum est, sed etiam quæ fœminæ. Nam ad viri ferocis affectus compescendos, ejusque compescendum animum, resque œconomicas rectè ac dextrè à fœmina gubernandas, non minùs quàm in cæteris celeritate, & mora opus est.

OMNIA

OMNIA FORTUNÆ COMMITTO.

Quis dubitat hunc Principem, dum se triremi & mari committit, omnia fortunæ committere? Externa enim bona, quæ nobis nostra videntur, revera nostra non sunt, sed tantùm interna, animi nempe & corporis. Ob id Bias dum patriam egrederetur, interrogatus: cur nullam ut alij suppellectilem secum ferret? Respondit: omnia mea mecum porto. Sapienter: Nihil enim nostrum est, nisi id, quod à nobis auferri nullo modo potest. Hunc Princeps imitatus, dum se Cæsaris dominiq́ue sui causâ mari committit, inquit: OMNIA FORTVNAE COMMITTO. Reliqua enim bona externa quæ possidentur, etiamsi ad aliorum manus perveniant, non tamen ideo intereunt, aut fortunæ casus patiuntur. Solus homo is est, qui fortunæ insultus perferre cogitur, & potest. Is si se periculis committat, ut fidelitatem quam suo domino debet, testetur, rectè omnia sua fortunæ committere, asseverat: Nihil enim vita est majus, quàm qui pro domino suo exponit, verè se fidelem esse, ut hic Princeps Symbolo, jactare & gloriari potest.

IN MORA ET VELOCITATE.

Mora testudine, velocitas navi, & utrumque crescente arbore significatur. In mora & velocitate rerum gerendarum fœlicitatem consistere, multis Hierographijs ostensum est: Quicunque enim mora & velocitate negotia, vel publica vel privata agere sibi proponit, prudens est, neque facilè errat, aut periculum vel damnum incurrit. Nam mora perpendit pericula, eaq́ue præcavet, & velocitas antequam quid aliud intercedat, negotium perficit: Multa enim ut inquit ille cadunt infra calicem supremaq́ue labra, ac cunctatione, res bene perpensæ & deliberatæ, sæpe fructu carent, optatumq́ue scopum non attingunt, pereuntq́ue.

MI TROVO IN ALTO MAR SENZA GOVERNO.

Inquit Symbolum: me in alto mari absque gubernaculo perspicio: Hieroglypton Cymbam fluctibus jactatam, absque gubernaculo continet. Voluit proculdubiò Mysta ostendere, se in multis & maximis periculis versari, neque omni ablato auxilio scire, quomodo emergere possit. Vt tamen Cymba fortunæ commissa, interdum à fluctibus ad littus projcitur, ac pellitur, ita se non despondere animum, sed fortunæ ita confidere, quod speret ab illa inductum malum, illius beneficio iterum se consecuturum. Fortis enim animi est, dum adversa urgent & præ manibus sunt, ijs non succumbere: sed contra niti ardentius, ac ærumnarum finem sibi brevi polliceri. Tum quòd rei melioris spes, dolorem minuat: tum quòd nullum onus tam grave à numine inferatur, quod non ferat hominis natura: quæ patiendo exercitata, fortitudinis habitum inducit, ac hominem immortalitati consecrat.

SI TE FATA VOCANT.

Ramus aureus Virgilianus hîc exhibetur, omnium, quæ optari possunt, scopus aut fœlicitas ipsa. Hanc cùm AEneas quæreret, ac omni studio prosequeretur; responsum Sybillæ accepit, neque virtute, neque vi obtineri, sed fato:

Si te fata vocant, aliàs non viribus ullis,
Nec etiam duro poteris convellere ferro.

Aureus enim ramus, quò honores, divitiæ, victoria, & quicquid desiderari potest, significatur: neque vi, neque ferro abscinditur, aut amputatur, sed fato, id est Dei providentia obtinetur: Vim enim inferenti sæpe resistit, ut demulcenti sese ultrò carpendum obtrudit, si fata velint, hoc est, divina annuat voluntas: Fatum enim Christianis nullum, nisi connectio & ordo rerum à causis necessarijs, vel contingentibus manans, numini solo nota, fatum vocetur, Hanc Christiani fati necessitatem, agnovit Mysta, qui sibi omnia fœlicia, divini numinis ope, ac victoriam contra hostes, quos complures habuit, citra labores pollicetur. Frustraneus enim labor & inutiles curæ sunt, quæ adversus divinitus ordinatam rerum seriem instituuntur. Reprehendendi itaque, qui fata cogere volunt, ac præ alijs chimici, qui aureum illum ramum, aureos proferentem fructus, quem lapidem philosophorum appellant, tot laboribus vigilijs & impensis, ut Cræso ditiores fiant, quæritant: Avaris enim quique immensas divitias, tanquam fœlicitatis scopum sibi proponunt, ut neque potentibus, ramum istum ne attingere quidem datur. Imò conatus temeritatem sæpe pœnis expiare debent, dum post immensa studia, ac profusas facultates, senilem ætatem pauperie, morbis, ærumnis ac calamitatibus transigere coguntur: A fumis enim metallorum, ac mineralium, aliarumque materierum exhalationibus, quæ horrendum fœtorem expirant, non parum corpus labefactatur: Eò enim stulticiæ ventum est, ut aureum illum ramum ex excrementis alijsque detestandis rebus, quæ lethalem odorem spirant, elicere conentur. Multi naturam non ferre, ut auri semen haberi, & momento, in igne aurum generari possit, autumant. Alij è contra, quia metallorum simplex admodum est generatio, ac in mineris ex materijs aliquibus aptis & commixtis, agentis vi aurum generatur: extra terræ venas eodem modo generari naturæ opera, & artifice materias idoneas tantùm conjungente putant. Hi nocte dieque student, laborant, vigilant, sumptibus non parcunt, ac nihil intentatum relinquunt, ut voti compotes fiant: sed frustra plerumque, quòd illis solum aureum hunc ramum carpere liceat, quos fata vocarunt, ac quibus Deus tantùm beneficium largitur, ac mentis oculos aperit: ut naturam ducem sequantur, ac rejectis minùs idoneis & sordidis, prolificum semen ab aureo ramo, si aurum gignere velint, elicere aptis instrumentis, aquisve solventibus ejusdem naturæ, ex quibus ramus intrinsecè constat, conentur. Verùm instrumenti materiam, quam omnia metalla in se continent, pauci norunt. Philosophi, chimici, unanimiter omnes ita descri-

ita deſcribunt, quòd unicuique quotidie ob oculos ſit, apud quemvis hominem inveniatur, in vijs calcetur pedibus, viliſsimi ſit pretij, ac interdum caſu immenſi, lapis ſit & non lapis, in ſe contineat omnes colores, in ſterquilinijs inveniatur. Terra ſit adami, & chaos: quia continet in ſe quatuor elementa actu, ignem qui cauterij inſtar urit, aquam veram, lutum, ſeu terram veram, ac ſpiritum: Sal etiam ab illis dicitur, & verè ſalis ſpeciem non ſolùm habet, ſed eſt. Aqua etiam permanens vocatur: quia ignis injurias perfert, neq; ab eo conſumitur, ſed purior redditur. Multi putant ænigmaticè, figurativè, aut allegoricè has notas dari, ſed decipiuntur: Niſi enim quis materiam præ manibus habeat, de qua omnia iſta verè dici poſsint, fruſtra laborabit. Hæc enim materia clavis eſt, qua janua horti auriferi aperitur, ac aqua aureum ramum ſolvens præparatur: Illa ab eadem radice cum aqua ſolvente, & aureo ramo manavit. Verum ut Myſta ait, nemo fructum carpet, niſi quem fata vocarint. Hæc in gratiam chimicorum, qui auri ſacra fame tenentur paulò uberius, ut tandem ſatiari poſsint, tractavi.

Claudius de Lando, Vallis terre Princ
II Bardio Marchio et Compl: Comes

Fridericus de Lando Vallis terre Princ
III Bardio Marchio. et Complani Comes

Ferdinandus San Seuerinus. Princeps
Salerni Generalis Caroli V. Imper:

Felix Princeps Salerni, Generalis
reg: Arragoniæ et Neapoli

Joannes Petrus Caraffa Princeps
Stitigliani:

Joannes Caracciolus. Princeps
Melphi.

ULTIMUS ARDOR.

Princeps iſte, cùm multa ab inimicis ſuis perpeſſus, boniſque ferè omnibus ſpoliatus eſſet, unaque tantùm ditio, ac ab inimicis laceſsita, illi ſupereſſet, nullibique ferè tutus vivere poſſet, hanc Hierographiam in lucem emiſit, qua ſe nudum trabibus ardentibus inſiſtentem, ac ſagittam fractam manu tenentem exhibet: Sic enim ſe omnibus denudatum ac ſpoliatum, teloque fracto, ſub nullius tutela ſecurè vivere poſſe, & quodammodo defenſioni ineptum eſſe, ac jam ultimum ignis ardorem, id eſt, extremum ſui interitum expectare, oſtendit. Vulgo nota iſtius Principis adverſa fortuna & cauſæ illius, quas hîc detegere nolo, ſufficiat lectori Hierographiæ expoſitio.

ATTAMEN CONSTANS.

Obeliſcus à fluctibus, ventis, ac fulminis telis oppugnatur: ATTAMEN non deijcitur, ſed CONSTANS manet, ac in ſignum victoriæ laurea corona coronatur. Obeliſcus Myſtam notat, qui varijs fortunæ caſibus agitatus, ejuſque tela perpeſſus; nihilominus non ſolùm magna animi conſtantia & fortitudine quævis diſcrimina pertulit, ac nullum puſilli animi indicium oſtendit: ſed etiam illæſus hactenus conſtitit Suſannæ exemplo: Quæ à ſenibus falsò adulterij accuſata, ac in ſummum vitæ periculum conjecta, Deo Opt. Max. innocentiæ propriæ teſtimonio confidens, ac extremam ignominiam, crudeliſsimumque mortis genus expectans, tandem divino per Danielem judicio, ab ignominia, & periculo liberata fuit, ac de accuſatoribus triumphavit, & in eos talionis legem, mortiſque ſupplicium tranſtulit. Nihil ſanè prudentius, quàm adverſa ferre, deſpicere, nihilique facere, ac ita animum ſemper promptum inſtructumque habere, ut num quid mali, aut boni illi contingat, id neque animus ipſe, multò minùs alius quiſpiam percipere poſsit. Si mala contingant, ſperanda meliora, ſi bona metuenda adverſa, judice Horatio:

Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem, bene præparatum
Pectus.

Ita quaſi ponderibus inæqualibus, in æquales lances ad æquilibrium rediguntur, & quòd uni deeſt prudentia ſuppletur, quòd alteri ſuperfluum eſt, virtute demitur.

OFFICIUM NATURA DOCET.

Ferdinandus Princeps Salernitanus, cùm à Marchione Vaſtenſi admoneretur, ut Senæ delicias, ubi gubernatoris munere fungebatur relinqueret, ac ſecum ad bellum Pedemontanum proficiſceretur, reſpondebat: ſpiritum quidem promptum eſſe, carnemque non infirmam, ſed à nemine conductum eſſe, alludens ad Euangelij verba: Nemo nos conduxit. Quod reſpõſum cùm audiviſſet Marchio, illum Magiſtrum ſupremum celerũ equitum ad bellum Pedemõtanũ creavit. Ad quam expeditionẽ, cùm poſceret Hierographiam à Iovio vexillis militaribus impingendam, &

Marchio

Marchio magistro equitum, audaciam, liberalitatem ac vigilantiã convenire diceret. Iovius Marchioni respondit: illum neq; liberalitatis neq; audaciæ, quòd priùs illas virtutes à Marchione didicisset, neq; etiam vigilãtiæ commonendum esse; quia consveverat quotidie ante lucem surgere, tum ut citò à lecto se liberaret, tum ut venationibus operam daret. Quia tamen vigilantia partim hostium doli, & machinationes illuduntur, ac eadem in insidias perducuntur, & circumveniuntur. Rectè Iovius illi vigilantiæ notam, gruẽ exhibuit, quæ Hieroglypton constituit, ac altero pede elevato lapillum continet. Grues namque NATVRA DOCENTE, dum maria transvolitant, ut Plinius refert, lapillos pedibus tenent, ut somnum impediant: Si enim jam dormiturint, ac somnus irrepat, resolutis pedum nervis, decidit in aquam lapis, ac strepitu somnum solvit, gruesque vigilantes iterum reddit. Vt gruibus hæc à natura documenta data sunt: ita huius Principis NATVRA ad vigilias propensa OFFICIVM DOCET.

AMOR ADDIDIT.

Mora in Hieroglyphicis plerunque testudine signatur, quòd lentum sit animal, proprio domicilio, scutoque satis compacto & gravi tectum, quo à natura armata est, ut inter rupes, ubi commoratur, tutò degere posset. Verùm hic alata & in aëre volitans conspicitur; mirum sanè spectaculum: sed non mirum, si quis Symbolo intelligat, amorem addidisse alas. Magna siquidem amoris vis est, qui sæpe ea, quæ difficillima, & fieri non posse videntur, facillima facit. Idque verùm, sive quis rerum terrenarum amore, sive cœlestium capiatur. Rerum terrestrium amor multiplex, alius corporum, alius rerum externarum, alius eorum quæ ad ornatum animi spectant. Quid corporum aut carnis amor possit, & quanta pericula superet, ut re amata potiatur, cuivis facilè notum est. Quas difficultates divitiarum amor aggrediatur & conficiat, testatur versus:

Per mare per terras currit mercator ad Indos
Peuperiem fugiens.

Gloriæ, doctrinæ & virtutum amor, non minùs cæteris alatus est: labores maximos & graves, minimos & leves, ut optatis fruatur, efficit. Verùm præ cæteris amor ille, qui terrestria omnia despicit, ac cœlestia tantùm cupit, is divini amoris alis adjutus ac instructus, compos desiderij tandem fit; Ijs namque sublevatus in cœleste regnum, immensis hinc distans intervallis, defertur.

SI PERDIDISSEM UNA SOLA MIHI REDOLERET.

Manipulum florum Hieroglypton exhibet: Flores existimo ditiones, arces, aut civitates quas Princeps habet, significare: quarum singulæ, Symbolo innuente, tanti sunt momenti, ut omnibus amissis, una sola superstes, ad beatè, commodèque vivendum Principi sufficere possit: Proinde avaritiæ ac ambitioni se nequaquam deditum esse. Avaris enim & ambi-

& ambitiosis nihil sufficit, cùm semper egeant ac semper aliquid desit. Vt ob id vere pauperes & miseri dici possint, etiamsi alijs immensas habere divitias aut magnis ornati dignitatibus videantur. Nemo siquidem nisi indigentiæ ratione, & eorum quæ desunt respectu, pauper et miser est. Avaris autem ac ambitiosis innumera perpetuò deesse notissimum est. Dum enim ædes habent prædia cupiunt: dum prædia pagos: dum pagos, civitates: dum civitates, provincias: tandem regna & imperia desiderant. Ita ut nunquam expleri eorum cupiditas, & ambitio possit, ac semper ut optata consequantur, se excarnificent. Inter hos qui proprium defraudant genium nec ijs, quę corpus ut bene valeat, poscit, ututuntur: omnium sunt miserrimi, pauperrimi ac imprudentissimi, quòd alijs non sibi cumulent. Si interroges, cur vigilent, laborent, curis se angant, necessaria corpori detrahant, fœnore conscientiam gravent, ac injustè aliena ad se rapiant, cùm jam fortasis parum vitæ superfit? Respondent se necessitati providere, ac liberis omnia quærere. Si iterum roges an velint, liberi utantur & fruantur à se partis divitijs? annuunt: Sed imprudenter, quòd, ut liberis voluptatis occasiones dent, ac genio, voluptatique ad libitum indulgere possint, ipsi se crucient, gravissimaque peccata committant. Si bonum est uti divitijs, tu ipse illis utare potiùs quàm alij, ac liberis solummodo tantùm relinque, quantùm, si frugi esse velint, illis ad acquirendum & vivendum sufficiat. Si multa liberis reliqueris, perdent se, & sua, neque comparandis ad vitam necessarijs dabunt operam. Si parum reliqueris, ac bonæ fuerint indolis, non deerunt emergendi, & acquirendi occasiones, si malæ, ac prodigi; indigni divitijs, & te illorum causa tantos labores suscepisse, imò obulum illis reliquisse. Vt autem privato, avaritia turpis est, ita Principi, aut potenti sordidissima, quòd illius causa omnium odia incurrat; nemo illi benè velit; nemo officium præstet; ac quilibet illum tanquam generi humano inutile & noxium pecus, execretur. E contra nihil potenti vel principi laudabilius liberalitate, qua bene de se meritos beare potest, & debet: Ipsa etiam liberalitas per se jucundissima est ei, à qua exercetur: Amicos enim parit, homines ad omnia officia paratissimos facit, ac sui studiosum, maximo gaudio & honoribus afficit; Vix enim gratiùs quicquam esse potest, quàm multis posse benefacere, ac multorũ animos possidere, qui facilè liberalitate emuntur. Hæc omnia hunc Principem diligenter perpendisse non est dubium, ac propterea Symbolo dixisse: SI PERDIDISSEM, supple ferè omnes, VNA SOLA MIHI REDOLERET: id est, sufficeret ad beatè commodèque vivendum. Homini enim neque avaro, neque ambitioso pauca sufficiunt, ut commodè ac honestè vivat. Si quis floribus amicitias, vel amicos intelligere velit, non male Hierographiam interpretabitur. Fortasis enim Princeps dum fortuna secunda esset, multos, ut fieri solet, amicos habuit; qui, dum vela verfere fortunam animadverterent, inconstantiæ signa, parumque fidelis amicitiæ notas, uno excepto (qui cæteris constantior fuit), dederunt. Hunc unum sibi fidelem, si celebret & colat, alijsque omnibus amissis, præferat, ac sibi redolere aut placere, asserat, mirum non est. Cùm paucorum, quàm multorum amicitia, firmior ac sincerior sit: Imò Aristotele teste, vix integra inter plures, quàm

duos consistere potest, quòd amantis cor neque dividi, neque pluribus sed uni soli tantùm integrum dari possit.

CONFICERE EST ANIMUS,

Quid face ardenti indicetur, difficilè est conjectu, fortè Mysta hostem aliquem habuit summo loco constitutum, facisque ardentis instar, omnibus publico aliquo munere conspicuum: quem, quia loco indignum putavit, & ob privata odia, etiam de loco deijcere, & plane conficere sibi proposuit, non secus ac gladius hîc facem amputare velle videtur. Sed si fortè indignum videatur, hunc Principem parum Christianum habere propositum, poterit Hieroglypton commodiùs, de publicis & non privatis hostibus intelligi, quos igne & gladio CONFICERE illi EST ANIMVS. Face enim, id est, igne, ac gladio hostes terrentur, & conficiuntur. Quicunq; bonam gerendi belli causam habet, is prudenter facit, si hostes gladio ac ferro adoriatur, insequatur, & conficiat. Qui enim parcit hostibus, ac non satis severe bellum gerit, ac cùm conficiendi datur occasio, non conficit, ille serpenten alit in sinu: qui resumptis viribus, hosti suo non parcet, sed crudelius acceptum dedecus & cladem vindicabit, ac rependet. Id teste Livio, Sabinis contigit. Cùm enim Romanos exercitus duos consulares in furculas Caudinas traxissent, jamque saltibus augustijsque locorum occupatis, Romanis neque fugiendi, neque pugnandi daretur locus, & victi omnes deleri absque gladio possent. Sabinis in tam lætis rebus non suppetebat consilium, ac neq; dimittere Romanos liberos, neque penitus perdere, volebant; sed tantùm sub jugum missos, cùm ignominia domum mittebant. Quamobrem domum reversi Romani, resumpto in Sabinos bello, eos (à quibus deleri omnes poterant) debellarunt, sibique subjecerunt; ita ut Sabini meritas imprudentiæ pœnas dederint: Moniti enim erant priùs, ut vel liberos dimitterent Romanos, hacque benevolentia perpetuam amicitiam stabilirent, vel omnes conficerent, quòd intra centum annos vix se iterum restituere possent; Verùm Sabini alio consilio ignominiosè Romanos dimiserunt, quo neque amicos fecerunt, neque inimicos sustulerunt. Prudentiùs itaq; est conficere hostem.

Julius Cybo Marchio Massæ
Dus Carariæ

Franciscus Cybo Malaspina
Marchio Massæ

Albericus Cybo Malaspina S. Rom. Imper.
Princeps et Massæ March. Carariæ

Albericus Cybo Malaspina S. Romæ
Imp. Princ. et Massæ March. Carariæ

Philippus de Lanoi Princeps Sulmonæ
Eques Aurei Velleris

VON GUET, IN BESSER.
id est:
DE BONO, IN MELIUS.

DE BONO IN MELIVS inquit Symbolum: Hieroglypton depingitur vaſe ardente; ut itaq; vas,& præcipuè pice illicitum, dum cępit ardere paulatim vehementiùs ardet, ita illius exemplo Princeps indicare vult, ſe virtutis deſiderio inflammari, ac indies virtutibus principe viro dignis, ita proficere velle,ut poſtea ignis inſtar omnibns illuſtris & conſpicuus fiat. Quemadmodum enim ignis tenebras omnes depellit, ſeq; conſpicuum per denſiſsimas tenebras facit: ita virtus vitia omnia delet,alijſque rebus omnibus prælucet. Virtutes autem principe viro dignæ præcipuæ ſunt, juſticia, liberalitas & fortitudo. Iuſticia, Princeps unicuiq; ſuum tribuit, probos tuetur, improbos punit, ac leges æquas condit. Liberalitate, benemeritos remuneratur, miſeros juvat, ac ſubditorum benevolentiam ſibi conciliat. Fortitudine, adverſa perfert, hoſtes, ac difficillima quæque ſuperat. His virtutibus principes ſe exercere debent, ut DE BONO IN MELIVS proficiant, ac tandem habitum virtutis ſibi comparent.

DI BEN IN MEGLIO.
id est:
DE BONO IN MELIUS.

Eadem prorſus Hierographia cum proximè præcedente, ſed alterius Principis: Fuit enim iſte Comes Angvillaræ, ac ſe non minùs virtutis deſiderio inflammari quàm prędeceſſores,& quotidie in meliùs proficere velle, oſtendere voluit. Quod revera præſtitit: nam virtutis amator illuſtriumque familiarum cultor fuit : Inprimis autem familiam Mediceam conjugis gratia coluit : Habuit enim uxorem Magdalenam Laurentij Medicei filiam, Sororem Ioannis Medicei Cardinalis, qui poſtea Papa Leo decimus vocatus fuit. Filius iſtius Franciſci à Leone Decimo Cardinalis creatus fuit. Cùm autem Papa illi Cardinalatus dignitatem largiretur, ac coccineum illi imponeret pileum,hæc verba dixiſſe fertur. Innocentius Cybus mihi dedit,nunc autem Innocentio Cybo reſtituo: Quibus verbis innuebat ſe illius familiæ favore & opera,ad dignitatem illam perveniſſe, ac acceptam gratiam agnoſcere & reddere.

EN KYBΩ EYXARIΣ-
TIA, id eſt: IN CUBO GRATITUDO.

In cubo inquit Myſtographus gratitudo: Græcum eſt Symbolum, cujus vocabulum cubo, reſpondet famliæ cognomini Cybo, licet illud aliter Latinè pronuncietur,Græcè enim per ypſilon ſcribitur. Symbolum luculenter teſtatur familiam hanc Græcam fuiſſe, uti etiam tota Hierographia; quæ olim ab Arone Cybo nummo expreſſa, ædita fuit, cùm Nea-

cùm Neapolitanis, Renato Andagavenſi tenente regnum, in ſubſidium, inſtructo navali exercitu, & comeatu veniſſet. Origo autem huius Hierographiæ à quodam viro Græco illuſtri eſt, qui dum Palæologi imperium orientis tenerent Genuam habitatum venit; Eo enim tempore Genuenſes, Peram, Tyrum, Ptolomaidem, Nigropontum, Pontum, Cyprum, Tauricam Cherſoneſum aliaſq; innumeras provincias ſub ſuo imperio habebant. Ex ijs complures familiæ nobiliſsimæ Genuam ſe conferebant, ob urbis elegantiam, ſplendorem, gentiſq́ue humanitatem. Inter cæteras autē nobiliſsimas familias quæ eò venerunt hæc fuit, quæ à cybo nomen retinuit: quæq́ue poſtea in varias Europæ partes ſe tranſtulit, ac ad pontificatum pervenit. In Hieroglypto cubus ſpectatur, ac ciconia illi inſiſtens, gratitudinis nota. Ciconia enim parentes ſuos, beneficiorum acceptorū non immemor, ſeneſcentes alit & nutrit, ac hoſpiti, à quò commorationis & nidificandi beneficium accipit, veris præſentis delitias annunciat, quòd zodaico deſignatur. Vt itaqua ciconia grata eſt benefactori, ita Myſta eius exemplo, ſe benemeritis non minùs gratum eſſe velle, & fore, oſtendit.

ALIIS SPRETIS TE SOLAM.

In hoc Hieroglypto multæ ſtellæ circumcirca, templumq́; in cujus medio candela ardet conſpicitur: Ad hanc proculdubiò Myſta Symbolum dirigit, dum ait: ALIIS SPRETIS TE SOLAM, ſupple cupio, ſequor veneror ac adoro. Verùm quid templo & candela notetur dubitari poteſt. Ego Eccleſiam veram & Catholicam (quandoquidem Hieroglypto eccleſiæ vel templi forma exhibetur) quæ candelæ, vel facis inſtar, alijs ſtellis omnibus, id eſt, falſis opinionibus & hæreſibus prælucet, ſignificari puto; Cùm hac enim comparatæ inſtar ſtellarum ſunt, quæ videntur quidem, ſed nullam, à ſe lucem mittunt. Hanc Eccleſiam Catholicam, & Apoſtolicam qui ſequitur, non errat, quia columna, & firmamentum veritatis eſt, ex unione fidelium conſtans, ac per varias orbis partes diſperſa. Hoc proprium ejus eſt Hilario teſte, ut dum perſequuta eſt, floreat; dum opprimitur, creſcat: dum contemnitur, proficiat: dum læditur, vincat: dum arguitur, intelligat: ac tunc ſtet, cùm ſuperari videtur. Hanc Myſta Eccleſiam, cæteris ſpretis, ſequendam ſibi rectè propoſuit.

KAI EXOMEN EN
κτβω, id eſt:
ET HABEMUS IN CUBO.

Latinè ait Symbolum, & habemus in cubo, alludens ad nomē familiæ: Cubus Geometris corpus eſt ſex ſuperficierum, ad angulos rectos quos ortogonios vocant conſtitutarū, Latinis teſſera dicitur. Quidnam igitur in cubo eſt? Puto Myſtam ſignificare conſtātiam eſſe, qua maiorum & anteceſſorum virtutes imitari velit. Cubi enim conſtitutio talis eſt, ut poſitus aut jactus, dum reſederit, non facile ab externa aliqua re dimoveatur, ſedemve variet aut mutet. In hunc ciconia gratitudinis index, quòd parentes decrepitos alat, & hoſpiti ſuo imminens ver prænunciet, pedibus

insistit; Gratitudinem sibi Mysta etiam perpetuò, ciconiæ exemplo, colendam proponit. Vtræque virtutes principibus viris maximo non solùm ornamento, sed emolumento: Constantia enim superantur difficillima. Gratitudine omnium nobis subijciuntur, ac devinciuntur animi, ac utraque virtute, honor, gloria, divitiæ & potentia acquiruntur. Zodaicus porro Hieroglypti, quia Solis via est, tēpus designat, quod ciconia ut migret, advoletq; observare, si veris vel autumni nuncia esse velit, cogitur.

IOVO DIETRO A QVEL CHE ME ARDE.

Cernitur in hac Hierographia candela ardens, ac tinea vel blatta potius, ad cādelæ lucem volitans, adjuncto Symbolo Italico, quòd Latinè ita redditur: ME QVOD VRIT, INSEQVOR. Verisimile est, hunc Principem virginem, aut mulierem quandam deperisse, ipsiusque aspectu carere non potuisse, ac propterea amoris flammis flagrantem, proprij cruciatus sibi ipsi causam dedisse: Hæc enim amoris vis est, ut quò propiùs rem amatam accedat amans, majori rei amatæ desiderio, ut ea potiatur, flagret: Sique potiri ea fas non detur, amoris igne exardeat, consumatur ac tabescat; sibique ipsi necis causa fiat. Hunc animi sui affectum & cruciatū Mysta amasiæ, hac Hierographia indicare voluit. Possumus aliter etiam explicare, ac Principis istius fidelitatē blatta demonstrare; Inservivit enim Philippo Hispaniarum regi fidelissimè, suoque damno ac incommodo, communi aulicorum fortuna; quæ talis sæpe est, ut quò fideliùs Principi suo inserviunt, ac quo magis illis sunt familiares, eò etiam citiùs illorum indignationem, ob minima peccata, incurrant, ac seipsos dum frui Principis familiaritate volunt, præcipitent, perdantque; ut blatta; quæ dum luci nimis se fidit, ab ea exuritur. In aulis itaque tutius est non nimis prope Principis intueri faciem.

Leonora Doria della Noia
Principissa Sulmonę Philip. uxor

Constantia Carretta Principissa
Sulmona etc

Aristotile Stagiritta Princeps
Philosophorum.

Bonifacius III S. Rom Imper
Princeps et Vicar March Montis Fer V

Guilhelmus IIII Longospadâ Mar
Montis Ferratis VIII.

Bonifacius III Marchio Montis
Ferratis IX.

ALTA ALATIS PATENT.

Iobates cùm Bellerophontem innocentem interficere jussus fuisset, id facere noluit, sed pœnæ loco, periculum imperavit Bellerophonti, ut Chymeram occideret. Erat autem Chymera quæ flammas evomebat, adeò terribilis, ut cum ea pugnanti, nihil aliud quàm præsens exitium præstò esse videretur. Proxima enim quæque comburebat, igne devastabat, pecoraque interficiebat. Verùm Dij cognita Bellerophontis innocentia, ejus miserti Pegasum alatum equum, natum è Neptuno,& Medusa, vel ut alij maluerunt, è sangvine Medusæ, dum eius caput à Perseo cederetur,, illi dederunt. Quò vectus Bellerophon, Chymeram occidit, ac innocentia ejus cognita, à Iobate regni successor institutus fuit. Sed Bellerophon (quale est ingenium plerisque mortalium) tanta rerum fœlicitate nimium elatus, in cœlum quoque ascendere insidens Pegaso voluit. Verùm tantam arrogantiam Iuppiter deprimendam esse ratus: æstrum illi equo immisit, ut Bellerophon in terram præceps deturbaretur, ac Pegasus nunc sublimis, nunc depressus per aëra volans, in cœlum tandem rediret. Quem cùm vidisset Aurora, impetravit à Iove ut ab eo vecta,quotidianum cursum conficeret. Ad fabulosam hanc poëtarum historiam, quæ ab Hesiodo describitur spectat Mysta, dum animum suum alta, & sublimia petere Pegasi,exemplo, & figura ostendere voluit. Animus enim hominis verè alatus est, cùm cœlos omnes & quicquid in toto universo est, penetrare,& superare momento possit: Huic nihil occultum, abditum & occlusum est, sed omnia patent: Hujus beneficio non solùm planetarum & orbis motus, magnitudo & distantia,investigatur,& percipitur Sed etiam quæ supra firmamentum sunt, ac æternam & beatam,teste Aristotele,degunt vitam, intelliguntur, & cognoscuntur. Rectè itaque Symbolum ait ALTA ALATIS PATENT.

NEC CITRA, NEC ULTRA.

Metas multi antiqui authores existimant, pyramidis forma fuisse, planaque superficiè: verùm errant, quòd turbinis instar fuerint, Plinio teste lib. 2. nat. Histor. cap. x. ubi scribit noctem nihil aliud esse quàm terræ umbram, figuram autem umbræ similem metæ, ac turbini inverso, cuius figura semper in mucronem definat. Turbo autem seu trochus rotundus est, & pueris notum instrumentum, Virgilio teste:

Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent.

Metæ tres quadrato lapidi,ac mucronibus illorum,ova imponi solebant, quæ Castoris & Pollucis ova repræsentabant. Ita aptabantur, ut auferri secundum certantium, ac currentium leges possent. Hujusmodi metas duas Hieroglypton habet; tres enim turbines qui lapidi impositi sunt, pro una meta accipiuntur ab authoribus, uni ascriptum est: NEC CITRA. alteri: NEC VLTRA. Quibus indicare hæc Principissa voluit: cuivis matronæ nihil magis in rebus omnibus convenire, quàm mediocritatem: Hæc enim virtutis meta est; hanc si excesseris in vitium

rues,

rues, ſi non aſſequutus fueris peccabis: Virtus enim ut vulgò dicitur, in medio conſiſtit, & verè res ita ſe habet. Nam inter prodigalitem & avaritiam, virtus eſt liberalitas; inter temeritatem & timiditatem fortitudo: inter ſorditiem & puſillitatem, magnificentia; inter ſuperbiam & puſillanimitatem, magnanimitas; inter animi abjectionem & ambitionem, modeſtia; inter iracundiam & ſtoliditatem, manſvetudo; inter placidum & contentioſum animi affectum, affabilitas medium tenet: inter jactantiam & mendacium veritas: ac inter ruſticitatem & ſcurrilitatem, comitas: ita ut in rebus omnibus, mediocritas, quæ & locum, & perſonam, & tẽpus, ac occaſionen rei gerendæ, id eſt, decorem obſervat, virtutem pariat. Hanc itaque eleganter hæc Principiſſa ſibi propoſuit.

ARISTEIA, ideſt, STRENUITAS.

Hanc Hierographiam ab Ariſtotele ſummo philoſopho, & primo naturæ interprete inventam eſſe, vix credo; aliquid tamen Figura antiquitatis præ ſe fert, ac ex antiquis AEgyptiorum Hieroglyphicis deſumpta videtur. Symbolum, quidnam figura ſignificet, indicat: Græcè ait: ἀριστία, id eſt: ſtrenuitas; fuit fortaſsis aliquãdo ſtrenuitatis Glyptõ, propter adjunctos pedibus duos venaticos canes, quorum ſtrenuitas, dum in venatione officio ſuo ſtrenuè perfunguntur, nota eſt. Strenuitas porro, circa res gerendas verſatur; quæ ſi diligenter magno animo, neglectoque omni periculo & mora gerantur, ſtrenuè geri dicuntur. Hac virtute Ariſtoteles valuit, dum tam ſtrenuè philoſophiæ omnibuſque ſcientijs operam dedit; ut non immeritò tot coronas, quòt figura continet, conſecutus & meritus fuerit. Diſcipulus etiam ipſius Alexander Magnus eadem virtute ornatus fuit, ejuſque beneficio multa regna acquiſivit, & coronas adeptus eſt, quæ ſtrenuitatem, tanquam umbra corpus, ſequuntur. Suprema verò, ac capiti imminens Hieroglypti corona, ἄριστον, id eſt, optimum & ſummum illud bonum deſignat, quòd Ariſtoteles agnovit ac coluit, quilibetque Chriſtianus ſummo ſtudio, ac ſtrenuè, ut id adipiſcatur perſequi debet.

CAUTIUS.

Bonifacius iſte, dum cùm hoſtibus confligere deberet, & nimis properãs in tentorio galeam, qua caput ſemper pugnantur munire ſolebat, reliquiſſet, detectoq; capite nudus cum ſuis in medios hoſtes irruiſſet, vuln in capite, ſatis periculoſum dicitur accepiſſe. Quia verò periculum avecti galea potuiſſet, propterea ſe CAVTIVS ac prudentius vitæ corporiſq; tationem habiturum, hac Hierographia, (in qua galea cum Symbolo CAVTIVS depingitur) oſtendit: Proprio enim periculo quivis prudentior fit, hinc proverbium: Piſcator ictus ſapit. Qui ſuo periculo non ſapit, ſtolidus eſt, aut imprudens; omnibuſque injurijs, periculis & damnis exponitur: Prudentia enim circa pericula verſatur, ac is, qui ea quantum poteſt vitat, prudens dicitur: neque enim omnia & quævis vitari poſſunt. Quæ præter opinionem incidunt, prudentiæ habitum non tollunt, cùm illa conſilio & electione præhabita, ejus quòd optimum factu eſt definiatur,

definiatur, etiamsi effectus infœlix,& non prævisus sequatur: Hæc enim rerum, circa quas versatur prudentia, natura est; ut casu & propter rei alterius interventum, sæpe mutentur. Consilium ejusq; anima,recta ratio, rerumq; discursus,prudentiam non eventus facit: Multa enim prudenter, tum in rerũ gubernaculis,tum in rebus bellicis sæpe instituũtur, quæ tamẽ fœlici carent exitu,non consilij,sed rerum incidentium vitio. Hæc vulgus latent,quod ex rerũ eventu consilia ponderat,ac mala omnia illa,quę fœlice fine carent,judicat. Sapientes viri aliter sentiunt,ac consiliũ non eventum perpendunt, Phocion, cùm Athenienses rem aliter atque ipse svaserat, prosperè administraſſent, adeò perseverans consilij sui propugnator extitit, ut in contione lætari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquantò melius fuisse diceret. Non enim damnavit, quòd rectè viderat (quia quòd alius malè consuluerat,benè gesserant) fœliciùs illud existimans, hoc sapientiùs.

UTRUMQVE.

Nuda muliercula utramque arborem & aridam, & siccam arripit, ac ab utraque ne vacillet, aut decidat, sustentatur. Verisimile est Mystam,mulierċula,se,vel statum suum indicare,quem talem esse vult, ut non solùm à potentibus, sed etiam à plebe sustentetur: Vbi enim harmonia hæc in republica est,ut Princeps æqualitatem Geometricam inter suos conservet,plebiq́ue,quæ plebi, optimatibus,quæ optimatibus conveniunt, relinquat, ab utrisq́ue fulcitur ipsius imperium, securèque regnat, neque facilè tumultus, aut reipublicæ mutatio fit; quæ sequi solet, dum altera pars negligitur, alteraq́ue nimis colitur: Tum enim neglecta, flocciq́ue habita, omnia in republica sursum deorsum movet, ut pristinum statum, & antiquam libertatem recuperet. Potest etiam muliercula nuda, mentem seu animum Principis, ejusq́ue virtutem, constantiam seu fortitudinem, qua VTRVMQVE, id est, malam & bonam fortunam æquè ferre potest, indicare: Id enim constantis fortisq́ue animi officium, & munus est, teste Horatio:

Fortissimus ille est,
Qui promptus metuenda pati.

Et Cicero 2. de Oratore: Magna laus & admirabilis videri solet, tulisse casus sapienter adversos, non fractum esse adversa fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. Vt autem qui magno animo est, atque forti, omnia quæ cadere in hominem possunt, despicit, & pro nihilo putat, ita & is, qui rebus secundis non insolescit: Vir enim fortis & constans, ea,quæ eximia plerisque, & præclara videntur, parva ducere, rationeq́ue stabili, & firma contemnere debet, & ea quæ videntur acerba, ita ferre, ut nihil à statu naturæ, nihil à dignitate sapientis decedat. Inquit Horatius:

Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare, sapienter idem,

Contrahes

Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Hæc itaque qui facere poteſt, verè fortis & magni animi eſt.

HIS ARTIBUS.

Hieroglypton arcum, pharetram, ac clavam exhibet, quæ militaria ſunt arma. His tanquã artis militaris inſtrumentis Gnome teſtante, Myſta ſe gloriam & laudem quærere velle, videtur. Vt enim olim arma tractare artis erat, ac Romani ſæpe arte militari potius quàm vi, & potentia hoſtium longè numeroſiores exercitus fuderunt ac ſuperarunt; atque ita laudem & gloriam immortalem ſibi pepererunt: ita & hodie armorum dextra aptaq́ue tractatio, artis eſſe ſtatuitur, illiq́ue qui ea regere, beneq́ue tractate poſſunt, non infimam laudem & gloriam conſequuntur, longeq́ue majorem merentur ſi rempublicam, patriamve defendant, maximamque ſi ab hoſtibus liberent. Hanc artem qui novit, ſuorumq́ue commodo exercet, ſtatua dignus eſt, ut immortalitati conſecretur, poſteriſq́ue bono exemplo ſit. Tales complures apud Romanos, noſtroq́; ævo ijs qui hanc artem calluerunt, & fœliciter exercuerunt extructæ fuerunt. HIS itaq́; inſtrumentis ſeu ARTIBVS militaribus Myſta ſibi laudem & gloriam parere vult.

Anna Marchionissa Montis Ferratis Bonifacy uxor.

Guilhelmus V. Marcho Montis Ferratis X.

Bonifacius IIII. Marchio Montis Ferratis XI.

Guilhelmus VI. Marcho Montis Ferratis XII.

Joannes Iustus Marchio Montis Ferratis ultimus XIII

Alphonsus Marchio Estensis Dominus Montechÿ Fr Duc Hercul. II Ferra



FIDES MAIORA FACIT.

Inter Hierographias, insignem præ alijs ingenij dexteritatem fœminarum ostendere videntur. Hæc profectò, si quæ alia non parum elegans est, qua discrimen ponitur, inter ea quæ à natura sola, ac quæ numinis ope fiunt. Spectatur enim aridus olivæ arboris ramus, sacráque columba, ramusculum rostro arripiens, ac folia viridia suo attactu inde producere. Sacræ columbæ figura, Spiritus sanctus, tertia Trinitatis persona, designari solet, quòd alias columbæ forma apparuerit. Hunc non solùm majora facere, quàm natura possit, cuivis Christiano constat: Sed etiam cum (ut Mystæ sensum explicem) qui illi ita firmiter fidit, ut credat ipsius opē si bi non defuturam, si quid natura majus tentet. Hujusmodi confidentia & FIDES sæpe MAIORA FACIT, quàm natura ipsa: teste ipso Salvatore, qui ait: Si fidem habueris ut montes transferas, transferentur. Sic Anna in senectute ac extra concipiendi ætatem provecta, fidens Deo concepit & peperit; Thobias similiter Saræ (licet septem viri illi accubantes, perijssent) divino auxilio fidens, se credidit, ac nihil incommodi passus fuit. Quantum autem possit fides ea, in qua divinum auxilium non apparet, & quam sæpe, quæ rerum naturalium vires superare videntur, efficiat, Philosophis ac Medicis constat; qui hujusmodi fidem cum imaginatione confundunt, atque in morbis, & prægnantibus præcipuè elucet. Non rarò enim, propter ægroti in medicum, vel pharmacum fiduciam, morbus superatur & depellitur. Fiducia enim vel fides, cordis spiritus & sangvinem movet, agitatque, ac motione illius, calorem, nativum sopitum, ac nimia quiete, marcescentem excitat, qui recuperandæ sanitatis fundamentum esse potest. Prægnantes etiam quid fide, & imaginatione in fœtum possint, cui fructus appetitos, in ea corporis parte, quam volunt, insculpunt, vulgo notum est. Itaque propositum hujus Principissæ est, Deo Opt. Max. fidere, & omnia sua committere; quòd ea quæ fieri non posse, ac præter naturam videntur, illius ope, qui steriles fœcundas efficere, & majora quam natura facere possit, perficiantur.

UNDIQVE FRUSTRA.

Pyramides in AEgypto regum pecunias ostentabant, ac illarum ædificatio instituebatur, ne pecunia ad successores aut insidiantes æmulos perveniret, neve plebs ociosa esset. Præcipuæ tres sunt, quæ orbem implevere fama, sitæ inter Memphim oppidum (nunc Alcairum vocatum (& Delta insulam, à Nilo minùs quatuor milia passuum, à Memphi sex ad vicum Busirin, Pyramidem maximam trecenta sexaginta hominum milia, annis viginti constituisse, produntur, atque in Raphanos, & Allium, ac cœpas mille octoginta talenta dicuntur, operarijs erogata. Amplissima octo jugera obtinet soli, quadrata, cujus unum latus habet octingentos, & octoginta tres pedes. Multi putant monumenti & sepulchri causa fuisse extructas, utque eorum, quorum jussu extructæ sunt, æterna esset memoria; quemadmodum illæ æternæ nulloque seculo perire, aut destrui posse videntur. Tanta enim lapidum moles cui accedit forma in mucronem assurgens,

ſurgens, ſeipſam proprio pondere ſuſtinet, ac neque in ſe, neque extra machinam ullo vento, aut procella concuti, multò minùs deijci poteſt. A Pyramidis itaq; firmitate & conſtantia Myſta Hieroglypton deſumpſit, ac pyramidis inſtar, quæ neque ab aquis, neque ventis concuti aut deijci poteſt; ſe à nullis adverſitatibus, aut hoſtibus frangi poſſe: ſed ſemper animum conſtantem habiturum, oſtendit. Proinde omnes hoſtium, & inimicorum inſultus, & impetus fruſtraneos fore, ut pyramis in figura VNDIQVE FRVSTRA à vento & mari impetitur.

IN HOC VINCES.

Nicephorus narrat, Conſtantinum Magnum in bello contra Byzantinos, cùm jam bis victus eſſet, ſignum crucis in cœlo hac inſcriptione vidiſſe: IN HOC SIGNO VINCES HOSTES OMNES, idque poſtridie ſic accidiſſe, ac eum in bello contra Schytas tertiò crucem illam vidiſſe. Ab hac hiſtoria veriſimile eſt, Principem iſtum Hierographiam hanc ſumpſiſſe. Vtpotè qui auxilium hujus ſigni, divina ope juvante, in rebus adverſis, vel hoſtium oppugnatione ſenſit. Nec mirum, cùm hoc ſigno inferorum Princeps cum omnibus ſuis devictus ſit, genuſque humanum ab ipſius jugo liberatum. Hoc ſignum AEgyptij inter Hieroglyptico characteres, pro ſigno vitæ futuræ habuerunt, cujus rationem nullam ſciebant, quàm quòd certum aliquod divinum myſterium, in hoc ſigno latere crederent. Character etiam illius pectori Dei Serapidis erat inſculptus. Iſidoro etiam referente antiqui cum numerum eorum, qui cæſi, vel ſalvati in bello eſſent notarent, mortuos litera ⊖ figurabant, & ſuperſtites litera τ. Achonius Pedianus narrat, olim cùm è judicijs venirent accuſati, Damnatos litera ⊖, & abſolutos litera τ fuiſſe notatos. Eſt itaque crucis ſignum ſalutare, victoriæque, ac liberationis nota: ut Moiſis exemplo comprobatur, qui Iudæos victores effecit, quamdiu in monte Deum invocans, brachijs extenſis crucis figurā faceret: Nam cùm primùm remitterent ſe brachia, ac figura illa crucis amitteretur, Iudæi ab hoſtibus ſuperabantur. Rectè itaq; ait Myſta, IN HOC, nempe crucis ſigno, nos VINCEre.

UNITA VALENT.

Vt ſingula haſtilia facilè frangas, conjuncta non poſſis: ita diſſidentes facilè ſuperantur, concordes non facilè: Quia virtus unita fortior eſt, ut inquit Ariſtoteles, diſperſa, ſive agat, ſive patiatur. Hic patiendo, haſtilia vel ſagittæ junctæ fortiores ſunt una, quòd vires numero augeantur: Niſi enim ut patiens augetur, ita proportione agens augeatur, nō cedet patiens, ſed fortiùs reſiſtet, quemadmodum patiens minùs reſiſtit, ſi agens numero creſcat. Iſtorum exemplo Myſta ſe concordiam quærere ſuorum, quibus unitus, quævis obſtacula pellere poſſe facillimè, nihilque tam arduum & difficile eſſe, quod ſuperare non poſſit, oſtendere voluit: Concordiam enim Princeps, qui in regno conſervat, firmam baſim regni habet, viresque multiplices, neque facilè ipſius ſtatus concuti poteſt. Quia concordia etiam res parvæ creſcunt, ut diſcordia maximæ dilabuntur.

FIDE

FIDE ET PATIENTIA.

Fidelisimum homini animal canis est; sæpe adversus latrones pro domino pugnasse, & in Epyro agnitum, in conventu percussorem domini latratu, & laniatu accusasse, ut scelus fateri coactus fuerit, constat. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere, prælati contra resistentes. Canis, Iasone Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediaq; consumptus est, sed super omnia actis populi Romani testatum: Appio Iunio, & P Silio Coss. cùm animadverteretur ex causa Neronis Gemanici filij, in T. Sabinum, canem illius nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse, mœstos edentem ululatus, magna populi Romani corona circumstante, ex qua cùm quidam ei cibum objecisset, ad os defuncti tulisse. Innatavit idem cadavere in Tyberim abjecto, sustentare conatus, effusa multitudine ad spectandum animalis fidem concurrente. Patientia canis non minùs præcedentibus exemplis, dum inediam vigilando, ac excubias ad domini corpus agendo, pertulit: quàm Hieroglypto ipso confirmatur: Indies enim cathenis alligatus, servitutem ita æquo animo fert, ut propterea nihil de fide ipsius decedat. Vbi etiam adversus dominum quid deliquerit, castigationem & verbera ita fert patienter, ut quamprimùm dominum blandientem perceperit, statim injuriæ acceptæ immemor, etiam adblandiatur. Nostro ævo contigisse narratur, crudelem dominum, ut canis sui in se fidelitatem, & patientiam ostenderet, ad se vocatum, gladio pedes omnes amputasse, ac gementem & jacentem canem, abjecto gladio ad se vocasse, qui ad dominum repens, cauda illi adblanditus fuisse, acceptæ cladis immemor, magna adstantium commiseratione, & in facinoris authorem odio, dicitur. Cujus animalis exemplo, hic Princeps FIDEm ET PATIENTIAm sibi colendam, rectè & prudenter proponit; illa enim vinculum est, quo reipublicæ status connectitur, & conservatur: hæc modus, & ratio, qua incommoda feruntur, donec occasio, & opportunitas rei bene, & tutò gerendæ sese offerat.

TORTO ET FORZA,
id est:
INJURIA ET VIS.

Symbolum istud Italicum, non aptè Latinè ita reddi potest, ut duplicem, quemadmodum Italicè sensum habeat. Torto Italicè significat curvum, & injustum, curvaturam ostendit funis, ac vim, quæ fune fieri potest: non tamen curvaturam significari vult Mysta, sed injustum, vel injuriam, quòd idem vocabulum torto significat, ut videlicet fune seu vinculis ostendat multis injuriam & vim fieri; quàm quia fortasis ipse innocens perpessus est:

Hierographia hac posteritati
notam voluit.

* * *

Franciscus Estensis Marchio Massę et Paduli Com Auellini Fr: D. Her. Fer:

Antonius Caraffa Marchio Mirabelli et Comes Bagni Nepos PP. Pauli IIII.

Hercules Malaspina Marchio Oramalę suprem. Capitan: Reipub: Genuen's:

Antonius Carraciolus Marchio Vici.

Joannes Iacobus Medices Marchio Marignani Generalis Caroli V. Imperatoris.



DUX IN HOSTES PARITER ET CLYPEUS.

Duces, qui manipulis militaribus præficiuntur gregarios milites præcedunt, si illos in hostes ducere velint; utque ordine & loco; ita animi fortitudine: Sic enim gregarijs clypei, aut scuti loco sunt, hoc est, primos hostium insultus, & impetus excipiunt, & sustinent. Hæc Hieroglyphicum ipsum satis explicat: Aquila enim avium regina, Ducem ac clypeum Symbolicè designat: quia adversus avium impetus, pectoris robore & virtute munita est. Huic se comparat rectè Mysta; dum ad invadendos hostes, pro suis se semper paratum, ac si ab hostibus oppugnetur, se illorum insultus suscipere, pro suorum tutela, & clypei, seu scuti instar illis esse velle ostendit. Laudandum certè in Principe propositum, cùm non ob alium finem à Deo creati, & ad imperij sedem evecti sint Principes, quàm ut hostes oppugnent, suos defendant, ac justè regant. Pius & bonus Princeps officium suum, ut iste, intelligit, ac DVX INHOSTES PARITER ET CLYPEVS pro gregarijs & subditis est.

DUM SPIRO, SPERO.

Fortuna instabilis rarò eadem apparet facie: dum arridet sæpe fallit; dum truci intuetur vultu, beneficijs interdum decipit: Chamæleonte itaque mutabilior. Quis tamen horridam faciem extimescat? quæ facilè benigna fit. Quis non speret, dum spirat, mutabilem mutaturam ingenium? AEvi tempus longum est, si non citò, sat citò modò mutet. Interea spes alit afflictum, & ærumnæ devorantur alacriori animo, donec sperata priùs, affulgeant. Id boni spes adfert, quòd sperans, spe pascatur, ac speratis ferè ut præsentibus fruatur, & nisi ea aleretur vita, animantibus alijs miserior homo esset. Miser itaque est, sed miseram vitam spes nutrit: Hinc Mysta DVM SPIRO, SPERO. Sed quid sperat? mali in bonum cumulationem, aut quòd ruinam & exitium minitabatur, pristinum statum & vitam recuperaturum. Rectè quidem anguis exemplo, qui dissectus, adjunctis disiunctis partibus, iterum coalescere, & jam egressuram animam retinere fabulosè putatur. Ostendit itaque Mysta se virum, quòd non despondeat, quassatum fortunæ injurijs animum, brevi pristinæ fœlicitati restitutum iri. Ea quippe rerum vicissitudo; ut calamitatibus & adversis; fœlicia ac secunda quævis succedant: Speremus ergò dum spiramus.

MIHI MEDELAM.

Gesticulationibus humanos actus imitatur simia, ut divinos Sathan; illa ut placeat homini; hic ut decipiat, & quòd Dei est, Deo auferat, ac ad se transferat: Coli enim vult ut Deus; non quòd commodi inde habeat quicquam: sed quòd Deo aliter nocere (si noxa est Majestatem, quæ offendi non potest lacessere, ac ab ea clientes alienare) nequeat. Verùm mali genij ingenium, hominis calamitatitibus exultat, & dum illius fœlicitatem impedit, pœnarum socios, ac in quos sævire possit, conquirit. Vt mali aliorum fœlicitate marcescunt, infœlicitate pingvescunt;

scunt; sic Sathan etsi corpore careat, Nam & animus pascitur, & beatitatis inedia torquetur ac tabescit. Vicerat priùs simia fraude ac technis primum parentem serpentis facie; verùm vides in Hieroglypto à leone superari: Hic est Leo de tribu Iuda: Sed Gnome, MIHI MEDELAM convenire non videtur, neque enim medela indiguit; profectò sui (qui ipsius sunt membra) indiguerunt. Imò ut ad Mystam hæc transferantur, Mystæ generosus animus simiæ infernalis illecebras, prælligias, ac tentationes, dum contemnit & superat, ipsam sternere, ac sibi victoriâ medelam facere, rectè dici potest. Si mavis Leonem Principem esse, & Simiam adulatorem, non repugno, aptè enim quadrabit Gnome Hieroglypto. Simia parasitando hero grata est, dum gravioribus pressum negotijs, in risum gestibus conijcit; Canis & equus utiliores quidem Patrisamilias, ille ut custodiat, hic ut onera ferat aut trahat; sed citra splendorem & cùm despectu; cùm voluptatem herus imprudens, sæpe utilitati præferat. In aulis adulatores, gnatones, parasiti, ac hujusmodi fæcis homines, aut Simiæ potiùs, dum voluptati sunt Principi, & in pretio, gravissimo morbo laborat Princeps, & tali, ut de statu periclitetur, ni otius sibi medelam adhibeat, ac hujusmodi simias perdat. Dum febricitat leo, simiæ sangvine sibi medetur. Cur id non imitetur Princeps, dum salus reipub. suæ, abacta veritate periclitatur: Ejus enim rei inopia laborant ptincipes, ac id unum deest, nempe qui verum dicat; dum nemo ex animi sui sententia dicat & svadeat, ac adulandi certamen sit unum amicorum & aulicorum omnium officium. Si bellum gerat, adulatores contemnunt hostem ac illius successus fœlices cœlant, viresque sui Principis majores, quàm sint celebrant. Hinc stulta securitas, neque prospicit futuris, neque præsenti occasione, ut hostem arceat, vel vincat utitur: Imò negligentia victoriam hosti sæpe tradit. Faciat itaque sibi medelam Princeps, ac adultores, parasitos, gnatones abigat, eosque apud se retineat, qui virtutibus & genere nobiles, veritatem colant, ac quid verè in regno geratur, fortunatum sit nec ne explicent: Sic enim tempestivè admonitus occurrere malo, antequam radices agat, poterit. Si etiam majora adversa omnia principi fiant quàm sint, consultum erit; ita quippe majori diligentia, quam opus sit illis occurretur, ac imminentia mala securiùs depellentur. Sed aula assentationibus, rarò veritate ali cupit. Hinc fit tot rei gerendæ bonas occasiones sæpe amitti, nec priùs reipub. vel aulæ vitia corrigi, quàm Princeps ipse manum & medelam adhibeat leonis exemplo.

SEMPER ADAMAS.

Maximum in rebus humanis inter gemmas pretium habet adamas, diu non nisi regibus & ijs admodum paucis cognitus: Veteres eum in AEthiopum tantùm metallis inveniri existimavêre, inter delubrũ Mercurij, atque insulam Meroen. Genera ejus sex: Indici, non in auro nascentis, sed quadam crystalli cognatione. Siquidem & colore translucido non differt & laterum sexangulo levore turbinatus in mucronem, aut duabus contrarijs partibus, quò magis miremur, ut si duo turbines latissimis suis partibus jungantur: magnitudine verò etiam avellanæ nucleo. Similis est huic quidem Arabicus, minor tantùm, similiter & nascens. Incudibus hi deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrum utrinq; dissultet,

Incu-

incudesq; etiam ipsi dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura & nunquam incalescens. Vnde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. Vnum ex ijs vocant cenchron, quòd est milij magnitudine. Alterum Macedonicum in Philippico auro repertum: & hic est cucumeris semini par. Post hos Cyprius vocatur, in Cypro repertus, vergens in æreum colorem, sed in medicina efficacissimus. Post hunc est siderites ferrei splendoris, pondere ante cæteros, sed natura dissimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari potest: quòd & Cyprio evenit: breviterq; ut degeneres, nominis tantùm authoritatem habent. Hactenus Plinius de adamante, ex quo colligere licet nostro ævo vix veros illos, qui & igni, & ferro resistunt adamantes haberi. Omnes enim malleo facillimè franguntur, ut pulvis celandis alijs gemmis usui sit: Igne etiam in cineres nostrates non difficulter rediguntur. Mysta Indicum, qui ferrum & ignem fert, exhibet; ut generosi animi sui fortitudinem & constantiam indicet, qua res adversas absque noxa & incommodo ferre, potest.

CUSTODI DOMINE VIGILANTES.

Hæc Hierographia intellectu difficilis non est: Conspicitur enim navis vento agitata in alto mari, ac non procul à scopulis, quos navis præfectus, ut evitet, circa gubernaculum vigilat, numinisque auxilium implorat, absque cujus ope rarò hujusmodi pericula vitantur. Navis Mystæ personam refert, qui multa pericula, & adversa perpessus, numinis ope indiguit, numinisque beneficio adjutus, tandem omnia superavit, & ad magna evectus est. Prudentes illi, qui dum adversis premuntur, numinis auxilium implorant: rarò enim fallit quin adjuvet, orate, inquit Christus & dabitur vobis. Tanta enim est patris cœlestis benignitas, ut roganti nihil deneget, & plerunque petitis majora tribuat. Principem hunc præter multorum opinionem ad summa pervenisse numinis voluntate, ejusque priùs postulata ope, nemini dubium esse, Symbolo ac eventu id attestantibus, debet.

AGITO.

Imperantis est Symbolum: Sed quid imperat? Lusorios obeliscos in tabula positos cædi vult, ut vincatur. Obeliscis proculdubio Mysta inimicos, vel obstacula illa, quæ ne ad scopum sibi propositum pervenire possit, impediunt, significat. Hos cædi, hoc est, è medio auferri vult. Magnanimi est, neque furtim, neque clanculum adversarios suos adoriri, sed aperto Marte: Hoc modo si vincātur, laus manet apud victorem, ac victi æquiori animo infortunium ferunt, victorique fidelius parent. Prudentis etiam est, omnia ea, quæ conatibus obstant amovere, ut faciliùs desiderata & optata obtineri possint; medicorum exemplo: Qui dum aliquem ad pristinum valetudinis statum reducere cupiunt: primùm ea, quæ naturā impediunt, quò minùs medicamēto adjuta morbū depellere posset, auferunt, ac tum demum morbo auferendo, & depellendo, pharmaca adhibent, remoris enim impedimentis, facilè natura morbis medetur, medicamenta in actum redigit, illorumq; ope adjuta morbum vincit.

Joannes Iacobus Medices Marchio Marignani Generalis Caroli V. Imperatoris





Joannes Paulus Sforcia Marchio Caravatij Frator Ducis Francisci Mediolani





Violante Bentiuoglia Sforcia Marchionissa Caravatij Ioan. Paul uxor.



PERCUSSUS ELEVOR.

Magna pila ventosa, aut vento plenus coriaceus globus, qui in altum percuti à certantibus solet, adjunctis brachialibus, quibus in altum pellitur, hic exhibetur. Pila hæc id habet, ut quia levissima est, ventoque constricto tumida, duraque, dum percutitur à duriori corpore, satis altè elevetur. Illius instar Mysta se ab invidis, ac fortunæ telis percussum, non deprimi, sed magis elevari asserit: idque omnibus viris fortibus magnoque animo præditis commune est, adversis enim non franguntur & corruunt, sed firmiores redduntur, magisque elevantur, id est, majores dignitates, melioremque fortunam consequuntur. Cui istius Principis vita nota est, scit, quid ab inimicis perpessus, quibusque postea honoribus, affectus fuerit; sed hujus loci non est ista recensere.

TODO ES VIENTO.
id est:
TOTUM VENTUS EST.

Describuntur iterum pilæ ventosæ, adjecta syringa & folle, quibus ventus pilis inflari solet, addito Symbolo Hispanico, TODO ES VIENTO, id est, totum ventus est. Hac Hierographia Princeps ad summa (dum maximè inimici eum opprimere studerent) evectus; mundanum omnem honorem & potentiam vanam, pilæque ventosæ instar inanem esse, nihilque præter ostentationem quandam habere, ostendere voluit. Egregia profectò similitudo: Nam ut pila hæc magna & dura, ac in altum percussa, multis admirationi est: examinata vero, inanis, levis, ac vento tantum repleta deprehenditur, risumque movet: ita res quæ multis permagnæ, ut honores summi, & dignitates, videntur, si penitius inspiciantur, & perpendantur, vanitate plenissimæ, & neque corpori, neque animæ utiles, sed potiùs illorum carnificinæ deprehenduntur. Quantam enim servitutem corpori inducant dignitates; dum curam adipiscendarum divitiarum, sine quibus servari non possunt, poscunt, & curam curandæ valetudinis, libertatemque faciendi, vel ruri, vel domi quod velis, vel quibus delecteris impediunt, cuivis notum est. Dignitate enim tanquam aurea cathena, homo perpetuò ligatur, facultateque vivendi ut velit privatur, ac dignitatis honorumque mancipium fit. Animæ saluti honores rarò utiles sunt, quòd superbiendi, ac vitiorum multorum præbeant occasiones; quibus si maculetur anima, neque mundetur, æternis pœnis cruciatur. Rectè itaque Mysta mundana hæc omnia, quantumvis magna & sublimia videantur, vanissima, ventoque similia esse agnoscit. Is enim pilas, magnas & turgidas, duraque facit, attamen nihilo ita proximus est, ut emissus, neque conspici, neque comprehendi possit.

QVIS DICERE FALSUM AUDEAT.

Vt nemo visu præditus, ortum Solem, ac illius lucem inficiari potest, ita vir probus & pius, ea quæ vera sunt, negare neque debet, neque potest,

poteſt: Veritas enim Solis inſtar eſt: quam hac Hierographia Myſta ſe profiteri Solis imagine, & Symbolo oſtendit: Sol enim illius eſt Hieroglyphicon: quia ſolus, & unus eſt, ut veritas: duplicia namque & multiplicia veritati contraria, & mendacia ſunt. Veritatis cultor imprimis T. Pomponius eques Romunus fuit, qui mendacium nec ipſe dicebat, nec pati poterat, quapropter omnes ei res ſuas, amici curandas certatim dabant: conſiliumque ab eo de republica, deque rebus magnis petebant. Vt itaque veritatis laus & utilitas magna; ita mendacij vituperium ingens, cui & id accedit, ut qui eo delectatur, vir probus eſſe non poſsit, qui execratur bonus ſit teſte Comico:

φεῦδ' ὃς μισῶ πᾶς σοφὸς κοὐ χρήσιμος.
id eſt:
Mendacium odi, qui vir eſt frugi & japit.

Mendacium etiam rarò prodeſſe, ſæpiùs obeſſe ſolet. Nam mendaces id lucrantur, ut cùm vera dicunt, ijs non credatur, & ſi commercia exerceant, nunquam emergere, & rem facere poſsint: Nemo enim mendaci fidit. Fide autem amiſſa, & eluſa; quia ex alienis ac creditis bonis decerpendi fructus tollitur occaſio, omnes facultates, ac fundamentum divitiarum, vitæque ſuſtentandæ ratio corruunt; ut mercatoribus & principibus, qui alieno ære plerunque mercari, & bella gerere debent, notum eſt.

SIC ITUR AD ASTRA.

Arcus extenſus cùm ſagitta in cœlos deſtinata, in Hieroglypto conſpicitur, quæ ♑ emittatur, ut figura oſtendit, ſurſum fertur, & ad aſtra tendit. Hujus exemplo Myſta & ſe, & quemvis ad aſtra ire, id eſt, extremum beatitudinis ſcopum adire poſſe, ſignificat. Vt autem in arcu vis requiritur, quo jaculum ſeu ſagitta emittitur, & ſagitta ſic concinnari debet, ut facilè ſurſum ferri poſsit; Ita etiam animus hominis, vim, ſtudium & diligentiam requirit; ut ad ſublimia & divina pellatur, ac ſummi boni compos fiat. Ipſe deniq; animus ita compoſitus eſſe debet, ut à cæteris adjutus, cœleſtia facilè aſſequatur. Regnum enim cœlorum, ut inquit Hierographus, vim patitur, & violenti rapiunt illud: Quæ autem iſta ſint, arcus, & ſagittæ forma oſtendit. Imprimis enim baſi, & fundamento opus eſt, cui ſagitta innititur, videlicet chorda & arcus: Deinde vis humana, quæ arcum & chordam ita extendat, & diducat, ut ſpes ſit, ſcopum propoſitum attingi poſſe, requiritur: ac poſtremò ſagittam alis & mucrone inſtructam eſſe oportet, ut facilè optatum ſcopum feriat. Vt verò iſtæ deſiderantur, ſi quis ſagittam in ſublime emittere velit; ita iſtorum exemplo, tria, ſi animus cœleſtia petere velit, videlicet fides, ſpes, & charitas ſunt neceſſaria: Fides enim fundamentum ſalutis eſt, ac arcu & ſagitta deſignatur. Spes ipſorum extenſione. Charitas verò alis, & mucrone ipſius ſagittæ, quæ animum hominis levem, & penetrantem facit, ut facilè cœleſtia adire, & aſſequi poſsit,

SOLA

SOLA, NON SOLA, RE-
PRÆSENTO.

Duabus iſtis candelis ardentibus, non eſt dubium quin hæc Principiſſa, & ſe, & maritum notare voluerit, ac ſerpente, qui candelabrũ utrumq; complectitur prudentiam, qua inter conjuges vinculum conjugij regitur, atque conſervatur. Id dum fit, fides ab utroque ſervatur, ac conjugij fœlicitas & amor, ignis & flammæ inſtar lucet, ut quilibet conjugum, ſolus quidem ſit, non tamen videatur, ut Symbolum ait, SOLA NON SOLA REPRAESENTO, ſupple, lumen: Quemadmodum enim duarum candelarum lux ita confunditur, & unitur, ut etſi uniuſcujuſque candelæ ſola ſit: tamen non appareat, ſed una lux tantùm; ita in conjugio, cuilibet conjugum ſolus, ſi perſona, non ſolus, ſi animus, qui in alterius conjugis corpore vivit, ſpectetur, eſt. Voluit itaque hæc Principiſſa oſtendere, ſe non ſolùm propter conjugalem amorem, vivere beneficio mariti, ſed etiam maritum ita animo ſuo inhærere, ut abſens, ſemper præſens ſit, atque hoc modo ſe nunquam ſolam eſſe,

NIL AMABILIUS.

Vt animalibus nihil Sole eſt amabilius, non ſolùm propter calorem, quo fovet cuncta, ſed propter lucem, qua omnia conſpicua ſuis coloribus illuſtrat, & exornat: abſque luce enim color nullus eſt, nullaque rerum in hoc orbe pulchritudo: ita probæ matrifamilias nihil amabilius viro ſuo, à quo fovetur, defenditur & ornatur: Mulieris enim decus & ornamentum vir eſt, ac omnis viri dignitas, cũ illa propter conjugale vinculum communicatur: Quò fortaſsis hæc Peincipiſſa reſpexit: niſi illam cenſeamus Symbolo voluiſſe, NIL æterno illo & inviſibili Sole eſſe AMABILIVS: hac enim ratione Hierographicè interpretabimur ſculpturam & benè: Cùm nihil eo Sole poſsit eſſe amabiliùs, à quo creati ſumus, cujus beneficio animam adepti ſumus, vivimut, intelligimus, ac æternæ beatitubinis capaces ſumus: Quis enim id, à quo omnia bona & æterna cõſequitur, & quod omni pulchro, pulchriùs, ac õnis pulchritudinis parẽs, & principium eſt, non amet. Poſtremò ſi Sole veritatem deſignare voluerit Principiſſa, eleganter Solis, qui unus eſt, ut veritas, figura uſa eſt.

Veritate autem, quæ Deus ipſe eſt, NIL eſſe AMABILIVS, cuilibet notum eſt. Proinde laude digni, qui eam obſervant, colunt, ac venerantur.

Mutius Sfortia Marchio Carauatij filius Ioann: Pauli.

Constantia Columa Sfortia Marchio: mxa Carauatij Muty uxor.

Philippus de Croio Marchio Arecotæ.

Andreas Sfortia Marchio Pallauicini Generalis Venetorum Reip:

Guilhelmus Marchio Turre. Maioris etc.

Hippolita Carretta Marchionis Guilhelmi Turre Maioris uxor.



NON TALI AUXILIO.

AEthnam montem in Sicilia, & Heclam in Islandia perpetuos evomere ignes sulphureos, ac vastè omnia exurere, cuivis notum est. Vt autem nulli imbres, nullæque pluviæ ignes istos extinguere possunt: ita Mysta ostendere voluit, hac Hierographia se etiam igne uri, qui tali ac vulgari auxilio non tollitur. Existimo autem flammas amoris intelligere, quæ medullas exurunt, hominemque interdum ad insaniam, vel tabem redigunt, ac id habent, ut quò magis tegantur, magis ardeant, Ovidio teste.

Quoq; magis tegitur, tectus magis æstuat ignis.

Et alibi:

Quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma suo.

Exemplum vehementis amoris narrat Valerius Max. Seleuci nemperegis filium Antiochum novercæ Stratonices amore correptum ad extremum decubuisse, & moribundum jam, Erisistrati medici prudentia, amorem erga Stratonicem deprehensum fuisse: quòd cùm illa ingrederetur cubiculum, rubore perfunderetur, & cùm egrederetur, iterum pallesceret, ac anhelitus, & pulsus fieret mutatio: ac propterea à patre concessa Stratonice filium fuisse valetudini restitutum. Fortassis Princeps conjugis suæ amore se ita flagrare, nullaque alia re, quàm ipsius copia, & præsentia, flammas amoris extingui posse, ostendere voluit.

HIS SUFFULTA.

Respondet hac Hierographia uxor marito, ac ut ille priori Hierographia absque uxore vivere non posse, ita nec se absque marito vitam ullam habere, ostendit: Refert enim arbor Principissam, & Sol maritum: ut enim arbor virere & vivere, nisi à Solis radijs illustretur, & foveatur, non potest: ita nec illa, nisi indies viri præsentia fruatur: Hæc enim conjugalis amoris verum fulcimentum, & pabulum est, sine quo lugent, & tabescunt veri amantes. Conjugalis amoris exemplum præ cæteris præbuit Hispicratea, Mithridatæ regis Ponti uxor: Mariti enim causa, præcipuum formæ suæ decorem in habitum virilem convertit: Tonsis enim capillis, equo, & armis se assvefecit, quò faciliùs laboribus, & periculis mariti interesset. Quinetiam victum à C. Pompeio, per efferatas gentes fugientem, animo pariter, & corpore infatigabili sequuta est: Cujus tanta fides asperarum, & difficilium rerum Mithridatæ, maximum solatium, & jucundissimum lenimentum fuit, teste Val. Maximo.

PRÆ NIMIO PONDERE.

Vt equi rhedam præter modum oneratam, trahere non possunt, & præ nimio pondere procedere ulteriùs impediuntur: ita principes viri gubernaculis rerum præfecti, si multitudine negotiorum obruantur,

& impares tantæ moli regendæ sint, (nisi à consiliarijs, & adjutoribus juventur) rerum processus intercipitur, quiescit, & sistitur, paciſque tempore, bonus reipublicæ status paulatim tabescit, ac extinguitur, bellique tempore occasiones rerum bene gerendarum amittuntur. Fortasis hanc Hierographiam eo tempore, cùm Dux Albanus Belgij præfectus, ac rerum Belgicarum status periculosissimus esset, Princeps iste edidit. Tunc enim hic Dux nullum publicum munus susceperit. Nam rerum gerendarum magnitudine deterritus, ac metuens ne præ nimio ponderi succumberet, privatam vitam sapienter egit, ac solus & unus ferè sano illo consilio ex antiquis Belgarum familijs superstes remansit, reliquis omnibus bellis, ac alijs calamitatibus extinctis. Dum bello intestino laborat patria nihil prudentiùs quiete. Quia cujuscunque defendes causam, alteri injuriam facere videberis, ac in reipublicæ, cujus & tu membrum, cum illis, quos oppugnas es, tanquam in propria rues viscera. Vir bonus in bello civili, neutri parti adhæret, quòd utriusque causa & bona & mala sit, ac proinde dubiam causam defendere viri boni non sit officium.

IMMOBILIS.

Verè immobilis est pyramis seu obeliscus, etsi alas addideris, ut in Hierographia. Obeliscus à pyramide non differt figura, sed structura, quòd ex uno lapide obeliscus, pyramis ex pluribus constructa sit. Vtraque constantiam designat, quàm Principes plerunque profitentur: Nihil enim elegantius Principis constantia, ut nihil turpius levitate. Constantia circa res arduas, & adversas versatur, quibus cedere viro constanti non licet, sed contra stare & obsistere: Inde enim nomen habet constantia. Qui hac virtute præditus est, nullo malo opprimi planè potest. Nam pressa latitat quidem aliquamdiu virtus, ut ignis sub cineribus: verùm non extinguitur, sed dimotis impedimentis, recentique accedente rerum gerendarum occasione, iterum luculentiùs, ut ignis remotis cineribus, refulget, assurgit, & emicat: Verùm discrimen faciendum inter constantiam, & pertinaciam: Illa enim virtus, hæc vitium est. Constantia in rebus laudabilibus, & quæ virtutis aliquid continent, pertinacia in rebus malis, aut vitijs exercetur.

SIC MUTOR AD ILLAM.

De uxore loquitur Sol, id est maritus Princeps, qui se Solis figura denotat: Est enim uxori vir Solis instar, cum ab illo illustretur, & ornetur, ut à Sole inferiora hæc omnia. Inquit autem Symbolum: SIC MVTOR AD ILLAM. Sed quænam quæso mutatio Solem subit? cùm semper uniusmodi, eadem luce, eadem pulchritudine, eodemque motu appareat? Mutatur sanè non sibi, sed nobis, dum Luna inter nostrum, & illius corpus interponitur; tum enim Eclipsin patitur, & figura orbicularis, in lunarem mutatur; id in conjunctione Lunæ & Solis, aliàs non fit. Voluit itaq; Mysta indicare, se amore conjugali ita teneri, ut suus amplius non sit; dumque præsentia & copia

pia conjugis ſuæ fruitur, ita mutari, ut vita animoque ſuo in ipſius corpus tranſlato, eeclipſin patiatur, priſtinamque formam non retineat: vulgare enim eſt, amantes in aliorum corpore animum, non in ſuo habere. Id ut in ſolutis conjugio, vituperio dignum: ita in conjugibus ſummopere laudandum eſt.

ME TUIS ORNARI.

Vt Luna lucem à Sole habet, ejuſque beneficio illuſtratur, nobiſque conſpicua fit: ita uxor, & materfamilias, à viri conſortio, illiuſque dignitatibus ornatur, & illuſtratur. Hoc beneficium ſe à viro habere hæc Principiſſa agnoſcit Symbolo ME TVIS ORNARI, ſibi enim gratulatur, quòd illius ſocietate, & dignitate, tanquam ſolaribus radijs ornetur, & illuſtretur, Mulieris ſiquidem ornamentum vir eſt, qui ſi improbus & frugi non ſit: vitium omne cũ muliere communicat, illamq; ſuis vitijs quaſi infamem reddit: ut è contra virtutibus illuſtrem, ſi illis ipſa careat. Celebretur itaque hæc Principiſſa, quæ ſe viri encomijs ornari fatetur.

Hipolita Fiaramonda. Marchionissæ Scaldasolæ

Joannes Baptista Azzia Marchio Terzæ

Joannes Petrus Marchio Polegnani

Paganus Doria Marchio Generalis Regis Hispaniarū

Guilhelmus Malatesta Marchio Terrasanæ.

Leonora Malaspina Marchionissa Terrasanæ

ITA ET VIRTUS.

Vt Laurus inter iratos leones in hac Hierographia virere conſpicitur, ac illorũ iras non perſentiſcit: ita & virtus inter Tyrannos floret, neq; illorũ rabiem percipit. Id Lucretiæ caſtitas invicta docuit, quæ vitiũ corpori illatum propria nece expiavit, ne virtutis fama ante mortem deſtitueretur; manſit enim animo caſta donec expiravit: Et ſcelus in ſe commiſſum, majori virtute, quàm fœmineus ſexus fert, delevit. Forte Marchioniſſa lauri exemplo ſe perpetuò; virtutibus, Heroinis dignis, ac præcipuè caſtitate florere velle, neque procorum, malevolorum, & potentiorum adulationes, minas, aut iras metuere, oſtendere conatur. Eſt enim caſtitas inter alias virtutes, matronis maximum & præcipuum ornamentum, qua ſi deſtituantur, omnes aliæ virtutes defædantur, & vitiorum potiùs vices ſubeunt. Vna caſtitas, reliqua matronarum vitia tegit, obliterat, & ex vitio virtutem facere videtur. Livia Auguſti Cæſaris uxor, cùm nudos homines, qui ſibi facti erant obviam, inſpexiſſet, & ideo à nonnullis damnaretur, dixit eos matronis honeſtis, & continentibus, nihil à ſtatuis differre: Cor enim hominis pudici, rerum impudicarum aſpectu, malis cogitationibus non tangi.

PRIUS MORI QVAM FIDEM FALLERE.

Coronam ſpineam, duæ utrinque manus comprehendunt, in cujus medio roſa conſtituitur. Duæ manus fidem datam notant; corona difficultates, ærumnas & moleſtias, quæ fidē ſervantibus nonnunquam contingunt, ac roſa bonum nomen, & laudem, quam ij, qui fidem ſervāt conſequuntur, oſtendunt: Vt enim ex ſpinis roſa, flos pulcherrimus, ac odore ſuaviſsimus provenit; ita ex difficultatibus, quæ propter fidei cultum incidunt, plerunque vel honor, vel emolumentum, vel memoria æterna provenit. Fides duplex: Theologica, & Politica. Theologica, quæ Deo debemus, & in fonte baptiſmi datis vadibus promiſimus, ſervamus & colimus, ac mortem potiùs ſubimus (martyrum multorum exemplo) quàm illam fallamus. Politica fide, rempublicam, ac rem familiarem conſervamus & augemus: Si enim reſpublica, propter hoſtium, aut vicinorum potentiam periclitetur, pax offerri & obtineri facilè poteſt, dum modò hoſtes ſciant petentes fidem non fallere: Quia certa pax, & lucroſa, dubiæ victoriæ, hoſtibus eſt utilior, ac præferenda. Si rempublicam augere eſt animus, nihil ad id fide utiliùs. Nam pace, & libertate promiſſa vicinis, vel hoſtibus, fideque religiosè ſervata; vòluntariè & libenter paretur. Romanis maximum telum fides fuit, quo plures pace ſuſceptæ, quàm bello gentes fuerunt devictæ. Quanti autem momenti ad rem familiarem ſervandam, & augendam ſit fides, imprimis mercatoribus notum eſt, qui omnibus facultatibus deſtituti, facilè diteſcunt; ſi mercibus illorum fidei creditis, eas divendant, & fidem ſervent. Hac enim ratione plura illis creduntur, ac illi ex aliena re lucrum, & divitias captant, atque non ſolùm ſua conſervant, ſed augent. Quivis etiam illis, quos fidem ſervaturos non dubitat, ocioſas pecunias libenter mutuò dat. Fi-

dem vevò non ſervanti, quia nemo credit, is nunquam emergere (ſi pauper ſit) & rem familiarem augere poterit, quòd pecunijs divitiarum acquirendarum, organis ac medijs deſtituatur. Potiùs itaque moriendum quàm fidem fallere.

INOPEM ME COPIA FACIT.

Cùm Tantalus Deos lauto excepiſſet convivio, inter cæteros cibos, Pelopen filium ad epularum magnificentiam illis appoſuit. Verùm Dij factum, & facinus malè ferentes, priſtinæ vitæ puerum reſtituerunt, ac Tantalum ad inferos damnarunt, ubi perpetua ſiti, etiamſi ſemper in aqua ſit, ac uſque ad mentum illa aſſurgat, cruciatur. Nam quoties labris eam attingere conatur, ſtatim refugit. Ab hujus hiſtoria Hieroglypton deſumptum videtur, ſed prorſus alio ſenſu, ut Symbolum declarat. Nam figura humana linguam exerens, Principem honorem & gloriam ſitientem & appetentem (nequaquam ob delicta commiſſa furijs infernalibus agitatum) indicat. Verùm ob occaſionum (quæ gloriam & honorem parere poſſunt) multitudinem, quæ ſeſe quotidie offerunt, ita angi, ut neſciens, quamnam præ cæteris eligat, nullam accepter; ac ita ob copiam, inopia explendi deſiderij laborare: Id enim familiare viris magnis multiſque virtutibus præditis eſt; ut plures dignitates ſimul illis offerantur, ac copia impediti nullas acceptent, amantium exemplo, qui dum ſe multas in poteſtate habere fœminas putant, non facilè ex ijs unam, anxij quænam alijs præferenda ſit, ſibi uxorem eligant Optionis enim libertas, electionem tardat ac tollit; fortè Princeps ita hanc Hierographiam intelligi voluit; ſed ſæpe difficilè eſt Principum cogitata aſſequi.

AVNQVE OS PESE,

id eſt:

ETIAMSI ILLI DISPLICEAT.

Vt Sol etiamſi nubibus illlus aſpectus prohibeatur, nihilominus lucem ſuam per illas nobis tranſmittit, propter eximium & incomparabilem ſplendorem: Ita viri magni, & boni, etiamſi invidi & improbi obſtent, non poſſunt non favore, benevolentia ac facultatibus cuivis benefacere: Omne enim bonum ſui communicativum. Qui alijs ſervire, aut prodeſſe abſque damno poſſunt, ac id non faciunt, pro viris bonis habendi non ſunt: Vt nec illi, qui merita non compenſant, nihilque gratis faciunt, quos pro ſordidis, avaris & ſceleratis habere oportet: Boni enim, Solis inſtar, etiamſi invidis id diſpliceat, ſemper ad officia prompti ſunt, ac ut unicuique, dum datur occaſio, benefaciant. Talem ſe Symbolo Hiſpanico: AVNQVE OS PESE, id eſt, etiamſi illi diſpliceat, profitetur eſſe Myſta: Cùm nihil laudabilius ſit, quàm Principem eſſe liberalē, beneficum, ac ad juvandum paratum: Hac enim ratione populi benevolentiam ſibi conciliat: ſtatum ſuum ſecurum facit: inimicos latentes perturbat, abigitque ac ad quietè vivendum occaſionem præbet.

FULMINAT HIC BELLO.

Ad bella bene fœliciterque gerenda requiruntur, dexteritas, prudentia,

dentia, ardor animi, & arma. Hæc quatuor perbellè Hieroglypto demonſtrantur: Dexteritas enim, quæ experientia comparatur, annulo deſignatur, quem gladij mucrone, non niſi ſæpius expertus, & dexter ſuſcipere poteſt. Prudentiam, ſine qua bellum fœlici ſucceſſu caret, ſerpens gladium obrepens denotat. Animi ardorem & voluntatem, quo bella geruntur, ignis ſignificat. Ac gladius, brachiumque armatum, arma quibus bella geri debent. Quicunque igitur his quatuor inſtructus eſt, HIC verè FVLMINAT BELLO, præcipuè autem cui ardor animi magnus: Hic enim igne & gladio nihil invium ſinit, ac intactum, ſed quævis fulminis inſtar ſternit. An ſe talem, aut alium deſcribat Myſta, incertum eſt, lectoris itaque judicio id relinquendum puto.

SPLENDOR VANESCENS.

Vt candelæ flamma, & ſplendor, à leviſsimo afflatu & humore extinguitur, ac evaneſcit, ita quicquid in hoc orbe ſplendidum, egregium & pulchrum videtur: Sive enim quis formam, ætatis florem, corporis vires, & ſanitatem intueatur, hæc profectò citiſsimè tranſeunt: Pauci enim anni, & momento, morbus, aut caſus aliquis humanus hæc adimunt. Si verò quis magnificentiam, divitias, honores, dignitates, clientum & ſubditorum numerum, faſtum mundanum, ac rerum affluentiam, qua potentes & Principes præ alijs ſplendere ſolent, inſpiciat: Hæc omnia, non minùs quàm priora, levi fortunæ adverſæ afflatu, vel morte pereunt, & delentur: ita ut ſplendidiſsima quæq; vana omnia deprehendantur, ac indigna ſint, ut in ijs fœlicitas aliqua cõſtituatur. Id dũ perſpexiſſet Sapiens, exclamabat, vanitas vanitatum, & univerſa vanitas, & afflictio ſpiritus. Et Eſaias: omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos agri, Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, & omnis gloria ejus. Hanc rerum mundanarum vanitatem, hæc Principiſſa cognoſcẽs, & perteſa, numiniſq; amore flagrans, Hierographiam hanc edidit, amicis & poſteris, judicium hac de re ſuum relinquens.

Marcellus Pignonius Marchio Riuoli.

Ferdinandus Carassa Mar. Sancti Lucidi.

Robertus Marchio Pallauicini Vicarius Imperij et p Longobardia generalis.

Camilla Pallauicina Marchionissa uxor Roberti Marchionis.

Hermetes Marchio Soncini et Comes a Stampa.

HAUD ALITER.

Inter augustas arbores Palma censetur, quòd ea victores, & in urbem ingredientes Imperatores triumphantes, in signum victoriæ ornarentur, ac coronarentur. Distinctio inter palmas sexus est, ac femellæ, appetitus masculitam vehemens, ut si non procul abſit, ad illum ramos & folia inclinet, soloq; afflatu & odore, aut pulvere foliorum ejus aspersa, fructus faciat. Sola plantata sterilis manet. Hoc etiam peculiare habet palma, ut phœnicis avis instar, dum senio aut alio casu interierit, iterum à seipsa renascatur, ac perpetuitatem obtineat. Deinde ut fructus, non circa medios ramos, sed in summitate producat, ac eo loci, ubi à Sole foveri, ac calefieri posit. Nam dum Solis aspectu & radijs privatur, nullos edit fructus. Huc respicere Mysta videtur, dum ait Symbolo: se HAVD ALITER fructus facere: Sole enim Deum Opt. Max. intelligi vult, ad quem mentem, ac omnes animi vires, ut ejus ope & auxilio aliquid boni proferre posit, dirigit: Absque enim illius radijs, ac benevolo aspectu, vix aliquid frugiferum effici potest, cùm ille omnis boni parens sit, ac nostra indoles primorum parentum culpa ita vitiata, ut illius gratia destituta, nullos utiles virtutum fructus gignere, & producere posit. Propositum itaque hujus Principis sanctissimum, ac verè Hierographicum est.

SIC DIVA LUX MIHI.

Princeps dum juvenis in aula Caroli Quinti Imperatoris educaretur, animiq́ue & corporis donis excelleret, armisq́ue & literis operam daret, hanc Hierographiam invenit, in qua spectatur Lotus herba florens, fluminiq; innatans, ac ad Solem se gyrans. Herba à Theophrasto, ac Plinio describitur, Euphratiq́ue fluvio innasci dicitur, idq́ue proprij habere, ut cùm Sol oritur, ac Hemisphærium ascendit, paulatim ex aquis prorumpat, seque ita elevet, ut cùm Sol meridianam attigerit lineam, erecta stet, apertis floribus, iterumq́ue occasum petente Sole, sequendo paulatim occidat; donec post Solis occasum, ita se aquis altè immergat, ut amplius ne manibus quidem comprehendi posit. Ab admiranda hujus herbæ historia Mysta Hierographiam desumpsit, qua ostendit: quemadmodum Lotus herba Solem perpetuò sequitur, & absque ipsius radijs, neque se erigere, neque florere potest; sed aquis immersa langvet, ac ut mortua latitat; ita nec se vivere absque amasiæ conspectu posse, illoq́ue privatus, lachrymis, varijsque animi anxietatibus tanquam undis fluentibus obrui, vitamq; infœlicem ac morti similem agere, donec DIVA LVX iterum affulgeat. Potest etiam Theologicè interpretari Hierographia, mentem videlicet & animum hominis gratia divina affulgente florere, ac mundanas omnes tempestates superare.

IMMERGAR AUT EMERGAM.

Præcipitem se nudus homo dat, ex scopulo in Oceanum, ait: IMMERGAR AVT EMERGAM. Similem aleam se Mysta subire

ſubire velle docet: Quiſquis enim in republica verſari, & rebus præfici vult, neceſſe eſt multa adoriatur, tentet & audeat, quæ periculis non vacant, ac ijs ſe committat: hæc enim ſi ſuperaverit, tandem non minimam laudē conſequitur. Qui nihil tentare audet, ac audendo gloriam ſibi comparare negligit, rarò emergit, aut ex privato loco ad publicum evehitur. Audendum ut fortuna ſequatur; audaces enim juvat timidoſque repellit. Indignus bona videtur, qui adverſam nunquam ſenſit. Adverſam paſſo, ſecunda dulcior eſt, teſte AEnea:

Revocate animos, mœſtumq; timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe juvabit:

Ea enim natura boni eſt, ut neque intelligatur, neque cognoſcatur, niſi ejus contrarium malum in ſenſum aliquando inciderit. Laudanda itaque Myſtæ voluntas, quòd tentare in rebus arduis fortunam, ac illi ſe committere gravioris & utilioris rei obtinendæ causâ voluerit. Id in rebus bellicis ſæpe contingit, ubi ut ait Horatius:

Concurritur horæ momento
Citò mors venit aut victoria læta.

Verùm ea pericula, quæ omni ſpe emergendi carent, laudem non pariunt; ſed tantùm quæ cum iudicio & ſpe ſalutis ſuſcipiuntur: illa enim temerarium faciunt, hæc fortem.

OGNI BELLEZA A FINE.

Gariophyllus flos depingitur, qui cæteros omnes non ſolùm forma, coloribus ac pulchritudine vincit: verùm etiam odore, unde nomen habet: Olet enim Indicum Gariophyllum, cujus priuſquam ſe aperiat, formam reddit. Herba veteribus incognita à recentioribus tunica vetonica & ſuperbia appellatur, quòd floris elegantia alios flores omnes contemptui habeat: Celebratur florum cum ſaccharo extractum ad peſtis contagia ac cordis paſsiones, quibus cum vino aut aceto ſumptum mirificè medetur. Vt porrò in Hieroglypto teſtudo, animal vile & tardum, caulem floris morſu ſauciat, ac mox floris inde manat interitus: ita viliſsimus & minimum quid, pulchritudinem & ſplendorem rerum magnarum minuere ac delere poteſt: Omnis enim pulchritudo finem habet, ut inquit Symbolum. Nulla autem pulchritudo (de qua Camilla agere videtur) citiùs perit mulieris, teſte Ovidio:

Quam citò, me miſerum, laxantur corpora rugis
Et perit in nitido, qui fuit ore color.

Formæ inconſtantiam flos iſte eleganter exprimit: Dum enim teſtudo carpit floris caulem, illius paulatim promovet interitum, ut

Florem decoris ſinguli carpunt dies.

Ac canente Ovidio:

Forma bonum fragile eſt, quantumq; accedit ad omnes,
Fit minor & ſpacio carpitur ipſa ſuo.

Nec

Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent,
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi jam venient cani formoſe capilli:
Iam venient rugæ, quæ tibi corpus arent.
Iam mollire animum, qui duret & adſtrue formam,
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec levis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.

Admonemur itaque Hierographia, ne corporis aut animi donis multò minùs externis tam facilè interiturisſuperbiamus.

NEC SORTE, NEC FATO.

Laurus triumphis olim dicata fuit, gratiſsima domibus, Ianitrix Cæſarum, Pontificumque, quæ ſola & domos exornabat, & ante limina excubabat. Ejus plures ſunt ſpecies. Quæ olim regia, vel auguſta appellabatur, ampliſsima eſt arbore & folio baccis guſtatu non aſperis. Romanis præcipuæ lætitiæ, victoriarumque nuncia addebatur literis, ut & militum lanceis piliſque; faſces Imperatorum decorabat, & in gremio Iovis Opt Max. deponebatur, quoties lætitiam novam victoria adferebat. Hoc peculiare habere ſcribitur, quòd fulmine non iaciatur, ac geſtantem ramos, ne lædatur ab ictu, defendat. Vt itaque Laurus nativa facultate ſe contra fulminis impetum tuetur, ita Myſta virtutibus ſuis confidens, NEC SORTE, NEC FATO ſe cedere velle, oſtendere conatur: Fortunam enim virtus ferendo, ac fatum prudentia avertendo, vincit, ſuperatque. Vtrumque maximi in rebus humanis momenti eſſe putatur. Verùm tale, ut altero poſito, alterum non eſſe videatur. Si enim fortuito quævis homini contingere ſtatuantur, fatalis omnis neceſsitas excluditur. Si verò fato & neceſſariò, tanquam à Dijs præviſa, & præſcripta, omnis fortuna excludetur, ac voluntas homini adimitur. Verùm hoc quia rationi contrarium, & quilibet in ſe falſum agnoſcit, moderatè de fortuna & fato cenſendum, ac complura homini accidere, quorum ipſemet cauſa eſt; unde adagium: unuſquiſque faber ſuæ fortunæ. Nonnulla naturæ certa lege advenire, quæ nec ille vitare, nec pellere poteſt, ut mors: quæ olim fati neceſsitate & Parcarum ſtatuto ſic fieri dicebantur, Nam antiqui exiſtimarunt, animalia, plantas, ædificia ac civitates, aliaque infinita, non ſolùm proprium habere Genium, à quò gubernarentur, ſed etiam ſub fati ac parcarum poteſtate eſſe ſita, ita ut quoties aliquid naſceretur, illi poſt aliquot tempus ordine fati, ferro, igne, aqua, vel ægritudine, alióve mortis genere, eſſet pereundum. Quam neceſsitatem nulla ratione, nullaque hominis prudentia, devitari poſſe exiſtimabant. Imò & Dijs ipſis dominari fatum, & Parcas, Herodoto teſte, putabant. Chriſtiani divinam providentiam quæ ſupra fatum eſt, & futura omnia in æternitate ſine tempore, & tanquam præſentia intuetur, agnoſcunt. Hæc libertatem hominis non adimit:

adimit: sed quidnam libertas aget, & liberè eliget, antequam fiat, ineffabili modo & facultate prævidet.

MUTUA FOECUNDITAS.

Princeps Hermes cum ecclesiastico statui se per aliquot tempus consecrasset, ac interea familiæ stirps paulatim deficeret, relicto cælibatu, matrimonium contraxit, cujus ut causam ostenderet, ac conjngij ad res humanas perpetuandas, necessitatem & utilitatem, hanc Hierographiam edidit. Dum cælebs & solus viveret, posteritati & naturæ nullum sui fructum relinquere poterat: conjugio verò inito, quia indubia prolis, & posteritatis spes præ manibus est, eam commodè Hieroglypto duabus nempe palmis confirmat: Palma enim sexu distinguitur, ac femella nunquam fructificat, nisi vicinum habeat marem, ut ejus halitu, & exspiratione, vel aura concipiat, & fructum faciat. Auram deferre ventus potest: Si proximus sit mas, ad illū fœtus avida se inclinat, ut attingat, & voti compos fiat; aliàs ejus pulvere aspersa, quæ nunquam fructum ferret, (ut à multis observatum est)

fœcunda efficitur.

* * *

Petrus Franciscus de Malaspina. Marchio Aedificiorum.

Joannes Baptista Castaldus Marchio Mortarę Gener. Ferd. Imp. p Transiluania.

Jo: Iacobus Triultius March: Vigeueni Fraciæ Tribunus ac prefect: militu in Italiæ

Theodorus Triultius March: Picichitoni, Prefectus militum Regis Franciæ

Sigismundus Malatesta. Arimini Princeps. Pandulphi filius.

Robertus Malatesta Arimini Princeps Sigismundi filius.

INTREPIDA FIDES.

Intrepidam esse canum erga dominum fidem, nemo est qui nesciat, cùm multis ea exemplis ab historijs petitis comprobetur. Nam sæpe adversus latrones pro domino pugnasse constat, confectumque plagis, à corpore non recessisse, ac volucres, feraſque abegisse. Colophonij, itemque Castabalenses cohortes canum habuisse dicuntur, quæ primùm dimicabant in acie, ac nunquam pugnam detrectabant. Hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indiga. Canes defenderunt, Cimbris cæsis, domus eorum plaustris impositas: Canis Hircanus accenso regis Lysimachi rogo injecit se flammæ, similiterque Hieronis regis. Ab hac animalis intrepida fide Hierographia haud dubiè desumpta est, qua Mysta demonstrare cupit, se perpetuo fidum suis & vocationi suæ esse, ac omnia pericula lubenter subire velle, ut de fide ipsius constet; imò mortem potiùs, quàm datam fidem non servet, subire paratum esse. Virtus hæc ut omni laude digna, ita servanti utilissima; fidelis enim, quavis fortuna extinctus propemodum, facilè revivisci, ac pristinum vitæ splendorem recuperat, dum amici fidelem virum auxilijs, non perituris libenter adjuvent, ut simili casu & infortunio lacessitus, illis vicissim beneficij accepti memor opem ferat. Id noverat Plautus in Asinaria, qui fidem servandam ei, qui integer manere vult svadet:

Eidem homini, si quid rectè curatum velis
Mandes: moriri sese misere mavolet:
Quàm non perfectum reddat, quòd promiserit.

Tanti fiebat olim apud Romanos fides, ut moriendum potiùs, quàm fidem non servandam putarent.

LIBERALITATE ET MORA.

Tigrin Hircani & Indi ferunt animal velocitatis tremendæ: totus enim fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur equo quàm maximè pernici. At ubi vacuum cubile reperit, fœta fertur præceps, odore vestigans: Raptor appropinquante fremitu fera, abijcit unum è catulis. Tollit illa morsu, & pondere etiam ocior acta, remeat, iterumque consequitur, ac subinde donec in navim regresso raptore, illa sævit in littore. Dum per mare effugium non datur, constituit in via raptor plurium facierum specula, non plana, sed paulùm connexa, ut minores fera ideæ catulorum æmulæ reddantur. Has fera intuita, dum catulos arbitratur, ac sedulò ungvibus è speculis eximere conatur, moram trahit: Interea effugit raptor, feramque illudit. Ita fit feram, & liberalitate raptoris, & mora deceptam fœtus jacturam facere. Illius exemplo exercituum summi Imperatores sciunt sæpissimè hostes etiam ferocissimos ac strenuissimos stratagemate aliquo militari citiùs quàm magna vi superare. Inter quæ profecto pecunijs, ad conatus hostium impediendos, nihil ferè est accommodatiùs. His enim si, ut aiunt, asinus oneretur, facilè mœnia transvolabit, ac obsidentibus viam in urbem faciet: Tanta enim est pecuniæ vis, propter cupientium aviditatem, ut

nihil

nihil tam arduum, nihil tam difficilè sit, quòd non leve & facile reddat. Huic si militum Duces parcere nolunt, facilè compotes voti redduntur, ac victoriâ liberalitate, & largitionibus emunt. Alterum stratagema mora est, qua hostium impetus spe alicuius boni, retardantur, & tempus insidianti datur, ut ea, quæ ad obtinendam victoriam necessaria sunt, tempestivè curare possit, aut si in periculo sit, elabendi tempus habeat. His itaque duobus LIBERALITATE ET MORA, Mysta se ferocissimos quosvis rectè domare, & cicurare velle proponit: Liberalitas enim animum officijs ad mutua officia invitat, & cogit, ac mora ferocem animum, tempore molliorem reddit.

NON CEDIT UMBRA SOLI.

Inter præcipuos sui temporis Duces, haud dubiè Ioannes Iacobus Triulcius, tum authoritate, tum prudentia, ac rei militaris peritia clar⁹ fuit. Is dum ambitionem Ludovici Sfortiæ, qui ducatum Mediolanensem nepoti, ac legitimo successori aufferre, ac sibi usurpare volebat, animadverteret: ipsius amicitiam reliquit, ac iniquitatem ægre ferens ac detestatus, partes regis Aragonij secutus est, qui tunc temporis se ob eandem causam hostem Ludovici esse, palàm ostenderat. Cùm verò omnibus notum cuperet, se non minùs aptum esse ad regendam provinciam Ludovico, Hierographiam exhibuit, qua quadrato marmori stilus ferreus infixus est, ac Soli oppositus, ut umbram jaciat; Antiquæ Triulsiorum familiæ signum, adjecto Symbolo NON CEDIT VMBRA SOLI. Quibus significatur: ut currentem Solem, umbra perpetuò sequitur, nec illi cedit, ita Principem, nec Duci Ludovico cedere ulla in re velle & debere, nec ad gubernacula rerum gerenda, minùs idoneum esse, minùsq; iuris quàm Ducem Ludovicum habere. Generosi profectò animi signum est pupillis, ac ijs, qui defendere se non possunt illatas injurias, ulcisci, miserorumque oppressores execrari, ac hostium loco persequi.

ME TUIS ADHÆRERE RAMIS.

Inter viros bonos nihil laudabilius est, quàm ut eos, à quibus beneficia accipimus, magnifaciamus, & vicissim mutuis officijs colamus, beneficiorumque acceptorum illis nos memores esse, ostendamus. Id Theodorus Triulcius regis Franciæ militū præfectus sibi faciendū esse existimavit: Ac propterea Hieroglypto ostendere voluit: ut vinea sine alterius arboris fulcimento, cui adhæreat, neque crescere, neque commodè fructus ferre potest: ita nec se boni quippiam præstare, imò ne vivere ablq; regis favore ac benevolentia posse: Gratulatur enim sibi, dum Symbolo ait: ME TVIS ADHAERERE RAMIS, supple utile est; Quia sine ijs vita nulla est; Si qua alibi vita conceditur, effœta, inutilis & sine fructu est. Hac Hierographia Mysta gratitudinem magnam benefactori ac patrono ostendit. Cui vix aliquid gratius, quàm beneficij accepti recognitio, & memoria esse solet. Beneficium enim acceptum qui agnoscit, is agnitione id rependere, & compensare danti videtur

detur, propter obligationem, quam agnitio parit, & officia, quæ ipsam ut umbra sequuntur.

HIS GRAVIORA.

Celebratur ab historicis C. Mutij facinus: qui cùm Porsenam regem ac Romanorum hostem trucidare vellet, errore scribam pro rege interfecit, captusque à regijs satellitibus, ac igne ut combureretur extructo, ultrò dexteram, qua erraverat, igne cremavit, regique agere & pati fortia, Romanum esse, effatus est. Verùm Rex juvenis virtutem admiratus, ac facinoris miraculo attonitus, similesque complures in illius necem conspiraße intelligens, Mutio ad suos redire jusso, pacem cum Romanis sancivit. Mysta porrò graviora se pro ijs quibus fidem & vitam debet, tollerare, quàm C. Mutius perpessus fuerit, velle: Symbolo HIS GRAVIORA promittit. Patria autem, parentes, & amici, ea sunt, quibus vita & fides debetur, ac pro quibus pericula quævis subire, & mortem oppetere, clarum & glorioßum est. Patriam qui negligit, ac contra hostes non tuetur, ingratus erga eam, & eos qui illum aluerunt: ac indignus, ut ab illa sustentetur, ejusque fruatur donis & fructibus, est. Qui verò eam destruere conatur, lacerat, aut oppugnat, ut omni ærumnarum & calamitatum genere obruatur dignißimus. Singulare in patriam fidei extat Codri regis Athenienßis exemplum, qui vitam ut patriam salvaret, profudit: Cùm enim ingenti exercitu Attica regio ferro, ignique vastaretur, diffidentia humani auxilij, ad Apollinis oraculum legatos misit, scisitatum; quonam modo tam grave bellum discuti posset? Respondit oraculum: ita illi finem fore, si ipse hostili manu occidisset: Quòd quidem non solùm totis Athenienßium castris, sed etiam contrarijs percrebuit. Eoque factum est, ut ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id post quam cognovit, depositis insignibus imperij, familiarem cultum induit, ac palantium globo se objecit, unumque ex his falce percussum, in cædem suam compulit. Cujus interitu, ne Athenæ occiderent, effectum est. Mysta ut se gratißimum erga patriam ostenderet, non solum dexteram, sed vitam offert, qua nihil neque graviùs, neque majùs dare possumus.

OMNIA FORTUNÆ COMMITTO.

Fortuna, penes quàm omnes humanæ vitæ mutationes, omnesq; facultatum, honorum, amicitiarum, & commodorum arbitrium esse creditur, Oceani filia ab Homero statuitur, ante quem incognita prorsus fuit, nullumque nomen obtinuit. Hanc putant res humanas sursum ac deorsum subvertere, pro suo arbitrio, in singulos homines jus habere, civitates, regna, amicitias evertere, cùm libuerit, illa eversa, & jacentia demum erigere, opulentia, hominumque frequentia replere, & florentißima efficere. Quare si quid prosperum, si quid ex voto, si quid fœlix ex obscuris causis eveniat, aut contra, si quid turbulentum, molestum, calamitosum contingat, id totum fortunæ tribuitur: Ita ut una

una rerum domina existimata fuerit, ac vitam mortalium illius ludum esse, multi crediderint: Fortunæ signum primus Bupalus apud Smyrneos effinxit, eiusq; capiti polum imposuit, ac alteri manui cornu Amaltheæ. Deinde Archilochus dextra flammas, ac sinistra manu aquam gestantem effinxit, ut fœlicitatem donare & calamitates afferre significaretur. Postea à poëtis rotæ Oceano innatanti, adjecto velo insistere fingitur: ut hac ratione nullam stabilitatem habere, ac levissimo vento moveri, locumque mutare ostenderetur. Huic Mysta se omnia sua committere, Symbolo asserit. Fortè imprudenter: Quis enim prudens rei inconstantissimæ sua omnia committit? Respondeo Mystam Christianum esse, qui fortunam non agnoscit, sed eum, qui cuncta gubernat, ac sine cujus scitu & voluntate, ne capillus capitis decidit. Huic dum fortunæ se committere sua dicit, vere sanctè & prudenter committit: Is enim Fortunam, si qua est regit, ac unicuique fœlicia, vel infœlicia, ineffabili sua providentia & bonitate, prout saluti expedire judicat, tribuit: Multis enim bona fortuna, ut alijs benefaciant, & benefaciendo, æterna bona mereantur, datur: multis mala, ut crimina, doloribus, ac anxietatibus expient, expiatique, compotes regni cœlestis fiant. Hæc qui meditabitur ritè Mystæ exemplo, curis nullis se cruciabit, sed Deo Opt. Max. sua commendans omnia, adversa non solùm facillimè, sed animo modesto, & hilari, tanquam ad æternam beatitudinem faciliùs obtinendam, data calcaria & subsidia, feret.

Virginia Sauella Vitella Marchionissa Andridocę

Olympia Vrsina Cesi Marchionissia Molicensi.

Portia Ceri Angulare Cesi Marchio: missa Riani.

Clelia Farnesia Cesarina Marchionissa Ciuitatis nouę.

Petrus Medices filius Magni Ducis Cosimi Hetrurię.

Petrus Medices filius Laurentij Ducis Vrbini.

NON DEFICIT ALTER.

Fœdera, & olim & nunc datis utrinque dextris, contrahuntur, ac firmantur, ac is mos in conjugijs celebrandis obſervatur: in quibus Idei cultus non ſolùm utiliſsimus, ſed etiam ſanctiſsimus eſt. Vtiliſsimus, quia eo conjuges fœlicem & beatam vitam, mutuo animorum conſenſu, ac prolium delicijs degunt. Sanctiſsimus; quia matrimonij fœdus Sacramento, ac Deo teſte, firmatum eſt. Quod qui violat, in conjugem ſceleratus, in Deum impius, gehennæ dignus eſt cruciatibus. Conjugale fœdus frangentem, leges Imperatoriæ & civiles capite plectunt, ac in rebuspublicis bene conſtitutis ſimilis pœna paſsim ſtatuitur. Hæc itaq; Principiſſa cùm fœdus conjugale inijſſet, & cor id eſt, animum, omnemque voluntatem marito conſecraſſet, indicare voluit hac Hierographia, neque mariti erga ſe mutuam fidelitatem deficere, neque minùs conjugalem fidem, quàm ſe ſervare. Cùm conjunx vero amore conjugalia fœdera ſervat, & NON DEFICIT ALTER conjugum, fœlix & ſvave conjugium eſt. Contra dum deficit alter conjugum infœliciſsimum, ac orci faucibus peius fit: propter jurgia, rixas & zelotipiam, quæ inde oriuntur, & rem familiarem perdunt: Vbi enim mutuus neque amor, neque fidei conjugalis cultus eſt, concordia in diſcordiam mutatur, res familiares negliguntur, diſsipantur, & tandem planè intereunt. Concordia res parvæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Rectè itaque ſibi gratulatur Principiſſa, quòd fide, & amore non deficiat illi maritus.

DEORSUM NUNQVAM.

Ignis ea natura eſt, ut deorſum nunquam, ſurſum ſemper tendat, cauſam philoſophi putant, quòd ſupra aërem ignis locus ſit, ac elementum quodvis quietem quærat, ac nuſquam, quàm in proprio & naturali ſuo loco quieſcere poſsit. Ob hanc cauſam terreſtria & gravia univerſi centrum petunt, ac ſurſum nunquam, deorſum ſemper feruntur: Ibi enim naturaliter quieſcunt, etiamſi à nulla re alia ſuſtententur. Sic terræ totus globus, centro innititur univerſi, neq; ulla re fulcitur. Vt autem ignis quò magis augetur, altiùs flammas mittit: ita amor conjugalis; Nam incrementum capiens ignis inſtar, ardore & flammis excreſcit, neque ab ignis ingenita natura degenerat, ut diminuatur, aut decreſcat. Quòd autem de fœdere conjugali ſacro, ac cœleſti intelligenda ſit Hierographia, manus ſe mutuò complectentes, & è nubibus ac cœlo porrectæ ſignificant. Propoſuit enim Olympia, non ſolùm marito datam fidem ſervare, ſed etiam amorem erga maritum, tanquam fidei vinculum indies augere, ac majorem facere velle. Hoc Myſtæ propoſitum, laudem non parvam meretur: Cùm nihil laudabiliùs ſit matronis magnis, quàm fidem marito promiſſam colere, ſinceroque amore firmare, quem obſequia & officia viro præſtita pariunt: ijs enim ad mutuam fidem & amorem cogitur. Qui enim amatur, vix non poteſt amari, hinc vulgare:

Vt ameris amabilis eſto,
Obſequium amicos parit.

VTRVM-

UTRUMQVE.

Vna figura hæc Principiſſa,& Palladem,& Iunonem exhibet. Pallade virtus, Iunone majeſtas dignitaſque ſignificatur. Quæ duo, ſi prudentia, (quam anguis haſtam obrepens notat) regantur ac exerceantur, mirum in modum, Principi conveniunt: Virtute enim hominum animi ad amorem incitantur, cùm nemo non (licet iniquus) virtutem, ac qui virtute præditus ſit, amet. Maieſtate verò ſeu dignitate, populi ingenia cicurantur, ac ad obſequia flectuntur; ita ut ultrò ijs quos ſe præſtantiores, ac in dignitate conſtitutos ſcit, libenter pareat, ac eos veneretur. Amorem itaque & obſequium ſuorum, ſibi parere virtute, & majeſtate, hæc Principiſſa prudenter voluit: His enim ſtabile reipublicæ fundamentum ponitur, ac Principis perſona ita ornatur, ut amicis & ſubditis admirationi, hoſtibus verò terrori ſit. VTRVMQVE igitur & Palladem, quæ artium ac virtutum Dea à poëtis ſtatuitur,& Iunonem, quæ Iovis conjunx, omniumque Dearum regina eſt, hæc Principiſſa refert: Virtutibus enim ita ornata fuit, ut alijs exemplar vtrtutis eſſet. Majeſtas etiam perſonæ tam auguſta, ut majori loco & dignitate digna viſa fuerit.

VOLENTE.

Non eſt dubium, quin hac Hierographia Fortunæ imago depingatur, quòd volubili Spheræ inſideat, velumque manibus vento agitatum contineat. Hac enim forma in veterum monumentis figurari ſolebat. Quid autem velit Gnome: VOLENTE, ingenioſus facilè aſſequi poteſt: Sperantis enim & expectantis eſt, ut propterea VOLENTE, videlicet fortuna, Myſta ſibi fœlicè rei alicujus jam ſelectę eventum promittat. Non tamē eo fine, ut propterea Fortunam cauſam quandā Divininam humano intellectui occultam, à qua omnes effectus fortuiti fiunt, ex Stoicorum ſententia ſtatuat: nihil enim aliud eſt, qu àm actio aliqua ſecundum electionem procedens, quam conſequitur finis aliquis non intentus, & ratò contingens: Sed quòd illius, qui Fortunam regit, & cui nihil fortuitum eſt, opera, & auxilio, hæc Principiſſa ſe deſideratorū & optatorum compotem fore, oſtēdere cuivis velit. Deo enim qui omnium præſcius eſt, & ipſius actioni, qua cum omnibus cauſis particularibus concurrit, nihil eſt fortuitum, aut caſuale. Nam caſus à fortuna differt, cùm caſus tantum ſit cauſa per accidens, in his quæ agunt propter finem eorum, quæ rarò contingunt. Fortuna verò in his, quæ propter finem ſecundum electionem: Qua ratione intelligitur, in bruta non fortunam, ſed caſum tantum cadere poſſe. Fatum verò quia aliqui cum fortuna confundunt, ab ea definitione ipſius poſita,& intellecta facilè diſtinguitur. Eſt autem, Boëthio teſte, fatum inhærens, mobilibus diſpoſitio, ſecundum quam divina providentia ſuis quæque nectit ordinibus. Idque ita fit, ut propterea rebus omnibus neceſsitatem non imponat: Deus enim ad effectus contingentes, cauſas præordinavit contingentes, ad neceſſarios, neceſſarias: ita ut quamque cauſam agere ſecundum modum ſuæ naturæ, & effectus pariter modo ſuæ naturæ provenire permittat.

SEM-

SEMPER.

Falco annulum adamante ornatum ungvibus continet, adjecto Symbolo SEMPER: his omnibus simul Mysta se constantem, & invictum adamantis instar esse, atque id Heroibus, virisque generosis maximè convenire, indicare voluit. Falcone enim generosam pectoris sui indolem Mysticè significat, cùm falco cæteras aves fere omnes animi magnitudine superet. Id enim proprij habet, dum in subvolantem prædam impetum fecit, ac eam non rapuit, ut sibi ipsi indignabundus ob errorem commissum se præda indignum censeat, neque eam amplius persequatur. De adamante vulgaris opinio est neque malleo neque igni cedere, utrumque tamen falsum est. Nam adamas malleo in pulverem redigitur, ac ungvibus humanis absque alicuius instrumenti ope, peculiari artificio teritur, ac confringitur. Huic falsæ opinioni, tanquam veræ nititur Hierographia, qua Mysta invictum sibi animum, tum contra fortunæ procellas, tum contra hostes & adversarios esse, palam ostendere voluit. Qui plura de adamante habere vult, legat priores Hierographias.

IN VIRIDI TENERAS EXURIT FLAMMA MEDULLAS.

Amatoria hæc est Hierographia, ab Angelo Politiano, Iovio teste, inventa, ac huic Principi juveni dicata, qua testari Princeps amasiæ suæ, amoris vehementiam, ac quopacto amoris flammis, nondum succi plenum, ac ad virile robur perductum corpus consumatur, atque tabescat, voluit. Magna siquidem vis amoris est, & tanta ut non solùm ad tabem, sed sæpe ad rabiem, & insaniam ducat amantes. Cur autem tam sevis Symptomatis amantes afficiantur, difficile scitu est. Existimo propter appetitus, & imaginationis in rem amatam perpetuam intentionem facultatum cærebri instrumenta, quorum beneficio imaginatio exercetur, debilitari, ac ijs debilitatis non sufficere ad alia munia rationis exercenda. Quòd cùm fit insania vel furor, vel delirium præ manibus est: fitque intrinsecis sensibus vehementi intentione, quòd extrinsecis vehementioribus objectis. Observamus enim luce Solis diutius inspecta, non solùm visum hebetari, sed Solis speciem præ oculis versari, & tormentorum boatu surditatem & perpetuum aurium tinniurm induci. Tabes autem aut marcor inducitur amantibus, quia spiritus omnes nobiliores corporis jugi cogitatione rei amatæ occupati à coctione, digestione, & assimilatione partium nutriendarum divertuntur, sine quibus corpus neque conservari in suo statu, neque ali potest. Non mirum est itaque Mystam cavere se amorum ignibus exuri, licet juvenis adhuc sit, & propter viridem ætatem fortius amori, lignorum viridium instar resistere deberet:

Tantam enim erga amasiam suam amoris vehementiam ostendere voluit, ut illi resisti non possit.

ERRATA.

Pag: 6.	Lin: 14.	aluunt lege alluunt.	Pag: 92.	Lin: ult:	genuit lege gemit
10.	36.	Tyranni haberi velint lege Tyrannus haberi velit	101.	14.	equus & Pegasus lege equi Pegasi
				25.	arbor & sagitta dele & sagitta
11.	35.	oppressio, propter lege oppressio ac propter	102.	4.	perpit lege perdit
			105.	ultima	hyemæ lege hyenæ
	ultima:	Si nomen, tum lege Si momentum	106.	1.	ut lege aut
14.	15.	momentibus lege momentis	128.	31.	Nemini lege numini
22.	29.	damnum capiant lege damnum inferant ac lacessentes	132.	10.	moiendino lege moléndina
			135.	19.	Deo lege Deus
24.	6.	victam lege victum		30.	prædæ lege prædæ
42.	27.	dele sit	130.	14.	ejciunt lege ejiciuntur
47.	23.	intervalla: requietis mediocris-lege intervalla requietis mediocrium	134.	3.	excelsiq; lege excelsiq;
			138.	34.	illo lege illi
38.	27.	catenas lege catenis	151.	32.	in æquales lege inæquales
73.	41.	istum lege ictum	181.	37.	Mithridatæ lege Mithridatis
77.	30.	impossibilis lege impossibile	182.	23.	Principis lege principi
78.	25.	oculis lege oculus	157.	31.	a qua lege a quo
88.	11.	conbustibile, generationis lege combustibile, causa generationis	160.	5.	illicitum lege oblinitum aut illinitum
	38.	maxime lege maximæ	199.	antepenult.	amari lege redamare

Cætera quoniam facilè potest lector corrigat

INDEX HIEROGLYPTORUM ET SYMBOLORUM TERTII THOMI,

Ducum, Principum & Marchionum totius Italiæ.

NVMERI NOTANT PAGINAM.

Hieroglyptorum sculptura: — Symbolorum explicatio:

Duces Venetorum.

Pagina 1.
- Sic immortalis sum: *Pag.* 2.
- Constanter & sincere: ibid.
- Sic semper: ibid.
- Vis conjuncta major: 3.
- Immortale quod opto: ibid.
- Bonæ spei: 4.

Duces Venetorum.

- Læsæ libertatis affectus: 6.
- Nulli cedit: ibid.
- Cum patientia: 7.

Pag. 5.
- Non mihi Domine, sed nomini tuo da gloriam: ibid.
- Copia me perdit: ibid.
- Nascetur: 8.

Duces Venetorum.

- Festina lente: 10.
- Sustinet nec satiscit: ibid.

Pag. 9.
- In ollis venari: ibid.
- Libertas sub metu: 11.
- Sumus: ibid.
- Audaces juvat: 12.

Duces Venetorum.

- Nulla hora sine linea: 14.
- Paulatim, paulatim: ibid.

Pag. 13.
- Non sunt tales amores: ibid.
- Viparva non invertitur: 15.
- Alijs inserviendo consumor: ibid.
- Ultra nubila: 16.

Duces Venetorum & Mediolanensium.

- Sola mihi redolet: 18.
- Sydera cordis: ibid.

Pag. 17.
- Humentia siccis: ibid.
- Humentia siccis: 19.
- Vel in ara: ibid.
- Batti tutti se non guasta: 20.

Duces Mediolanenses.

Pag. 21.
- Quietũ nemo impune lacesset: 22.
- Quietũ nemo impune lacesset: ibid.

Me tra-

Hieroglyptorum sculptura: — Symbolorum explicatio:

- Me trahit altus honos: *Pag.* 22.

Pag. 21.
- Sola facta, solũ Deum sequor: 23.
- Este Duces: ibid.
- Securitas altera: 24.

Duces Mediolanenses & Sabaudiæ.

- Brevis vita magnanimorum: 26.
- Salus & victoria nostra: ibid.

Pag. 25.
- Mit der zeit: ibid. (27.
- Accipio nullas sordida turris aves
- Fortitudo ejus Rhodũ tenuit: 27.
- Ductore DEO: ibid.

Duces Sabaudiæ.

- Tracta magis feriunt: 30.
- Iactæ crescimus: ibid.

Pag. 29.
- Præstantior animus: ibid.
- Natura majora facit: 31.
- Hærent sub corde sagittæ: ibid.
- Fortitudo ejus Rhodum tenuit: 32

Duces Sabaudiæ.

- Infestus infestis: 34.
- Fide & consilio: ibid.

Pag. 33.
- Con Estas: ibid.
- Instar omnium: 35.
- Reconduntur, nõ retundũtur: ibi.
- Spoliatis arma supersunt: 36.

Duces Sabaudiæ & Hetruriæ.

- Quis dicere laudes: 38.
- Nec degenero: ibid.

Pag. 37.
- Præmio & Pœna: ibid.
- In Virtute tua, N. 39.
- Non bueluo sin vincer: ibid.
- Premitur non opprimitur: ibid.

Duces Hetruriæ.

- Cum pudore læta fœcunditas: 42.
- Cum pudore læta fœcunditas: ib.

Pag. 41.
- Uno avulso nõ deficit alter: ibid.
- Duabus: 43.

Festina

Hieroglyptorum sculptura. | Symbolorum explicatio.

Festina lentè: Pag. 43.
Fidem fati virtute sequemur: 44.

Duces Hetruriæ.

Dei virtus est nobis: 46.
Integer vitæ, scelerisq; purus: ibid.
Tuscorum & Ligurum securitati: ibid.
Pag. 45. *Sylva renascens:* ibid.
Superabo: 47.
Festina lentè: ibid.
Hetruria pacata: ibid.

Duces Hetruriæ.

Famam servare memento: 50
Prospero motu: ibid.
Pag. 49. Lædentem, lædo: ibid.
Amat Victoria curam: 51.
Garrula & Vade: ibid.
Aude & fier: ibid.

Duces Hetruriæ & Modenæ.

Pisa in vetustatæ Majestatis memoriam: 54.
Majestate tantùm: ibid.
Pag. 53. In fide & justicia fortitudo: ibid.
Nil amabilius: 55.
Nec igne, nec ferro: ibid.
Utrumque: 56.

Duces Ferrariæ.

οὕτως ἔπανλα: 58.
οὕτως ἄπανλα: ibid.
Pag. 57. Sic repugnant: 59.
De forti dulcedo: ibid.
Loco & tempore: 60.
A Lieu & temps: ibid.

Duces Ferrariæ.

In hoc signo vinces: 62.
In te qui sperat nõ confunditur: 62.
Perficit & conficit: ibid.
Pag. 61. Qui judicatis terram diligite justiciam: 63.
Deus Fortitudo mea: 64.
Vrget majora: ibid.

Duces Ferrariæ, ac Modenæ, & Marchiones Mantuæ.

Pag. 66. Vna fuit: 67.
Excelsæ firmitudini: ibid.

Obstantia

Hieroglyptorum sculptura. | Symbolorum explicatio.

Obstantia nubila solvet: Pag. 67.
Pag. 66. Hesperus unus lucescet: 68.
Ad nos laudis amor: ibid.
Ex glacie Crystallus evasit: ibid.

Marchiones Mantuæ.

Solus indeficiens: 71.
Domine probasti me, & cognovisti sessionem meam: ibid.
Pag. 70. Domine probasti me, & cognovisti me. 72.
Unum sufficit in tenebris: ibid.
ΑΜΩΜΦ: 73.
In æternum: ibid.

Duces Mantuæ.

Quod hic deest me torquet: 76.
Vias tuas Domine demonstra mihi: ibid.
Pag. 75. Spoliat mors munera nostra. 77.
ολυμπως: ibid.
Così morir mi piace: ibid.
Semper viva: 78.

Duces Mantuæ & Parmæ.

φύσα: 80.
Probasti Domine: ibid.
Pag. 79. A fundamentis erexit: ibid.
Sic: 81.
Se sibi: ibid.
His artibus: 82.

Ducum Parmensium.

Virtutis imperio: 84.
Nubes excedit: ibid.
Placentia floret: ibid.
Pag. 83. PLACentia ROMANorum COLONia: 85.
Securitas Placentiæ & Parmæ: ibid.

Duces Vrbini.

Non quovis teror: 88.
Virtus unita: ibid.
Non degener addam: ibid.
Pag. 87. Semper: 89.
Ea sola voluptas: ibid.
φιλαςετολατως: 90.

Duces Vrbini.

Meritis minora: Pag. 92.
Adversis, adversa solatio: ibid.
Ad lachrymas: ibid.
Pag. 91. Non deest generoso in pectore virtus: 93.
Inclinata resurgo: ibid.
Inclinata resurgo: ibid.

Duces Vrbini, Trajecti, & Dariani.

Vt crescit: 96.
Decus & tutamen in armis: ibid.
Pag. 95. His impij terrentur: ibid.
Iuvat empta labore gloria: 97.
Vivo o morto: 98.
Sic alias devorat una meas: ibid.

Duces & Principes Dariani, Melphetæ, & Dd. S. Martini.

Hæc est sola nostra gloria: 100.
Nemo sine te: ibid.
Pag. 99. Par ubique potestas: ibid.
Virtutis formæque prævia: 101.
Frustra non desinam: ibid.
Festinata minuuntur: ibid.

Marchiones Solvarini & Castilionis.

His Deus otia fecit: 104.
Qui vivens lædit, morte medetur: ibid.
Pag. 103. Il mio sperar: ibid.
Pur che ne godan gli occhi, arden le piume: 105.
Sic quiesco: ibid.
Cosi vivo: ibid.

Principes & Marchiones Italiæ.

Crocodilli lachrymæ: 108.
Virtuti trophæa nova non degener addam: ibid.
Pag. 107. Utroque clarescere pulchrũ: 109.
Potius mori quàm abstinere: ibid.
Ad meliora: 100.
Vi & Religione: ibid.

Principes & Marchiones Italiæ.

Pag. 111. Probantur fortes impetu: 112.
Nec ictu, nec igne: Pag. 112.
Pag. 111. Virtutem extendere factis: ibid.
Solatur conscientia & finis: 113.
Erit altera merces: ibid.
Videt & volat: 114.

Duces, Principes, & Marchiones Italiæ.

Meliora quæro: 116.
Patientia in adversis: ibid.
Pag. 115. Rerum vicissitudo: ibid.
Respice finem: 117.
Contraria juvant: ibid.
Nil moror ignavos: 118.

Duces, Principes, & Marchiones Italiæ.

Sanciat & defendit: 120.
Vigiliis & moderatione: ibid.
Pag. 119. Inculpata tutela: ibid. (meo: 121.
Ingenio experior funera digna-
Ne per pioggia, ne per vento: ibid.
Nil linquere inausum: 122.

Duces & Marchiones Italiæ.

Fortia facere & pati Romanum est: 124.
Contemnit tuta procellas: ibid.
Pag. 123. Adimit quæ ingrata refulgens: 125.
Parce pias scelerare manus: ibid.
Me tuis ornari: 126.
Omnes subjugo meo: ibid.

Duces, Principes, & Marchiones Italiæ.

Semper pervicax. 128.
Natura dictante feror: ibid.
Pag. 127. Opes non animum: ibid.
Semper immota: 129.
Una fuit: ibid.
Tandem: 130.

Duces Camerini, Seminariæ & Calabriæ.

Fontes derivarunt: 132.
Flavescent: ibid.
Pag. 131. Undique frustra: ibid.
Ex vulnere vigor: 133.
Nondum in auge: ibid.
Cautius: 134.

Hieroglyptorum sculptura. | Symbolorum explicatio.

Duces Andri, Montis alti,
Adriæ, Termolis & Soræ.

Semper ardentius: Pag. 136.
Non cæca condemur in alvo: ibid.
Pag. 135. Prudens simplicitas: ibid.
Quid in arido: 137.
Fortibus non deerunt: ibid.
Semel in æternum: 138.

Duces & Principes Italiæ.

Candor illæsus: 140.
Quis nostros expiet ignes: ibid.
Non san questi occhi mei volger
Pag. 139. se altrui: 141.
His perfusa: ibid.
Che mi puo far di vera Gloria
lieta: 142.
Iuvat aër & imber: ibid.

Duces & Principes Italiæ.

Hebetat & acuit: 145.
Non vego unde esca: ibid.
Ex bello quies: 146.
Pag. 144. Obuijs ulnis: ibid.
Non dormit qui custodit: 148.
Vias tuas Domine demonstra
mihi: ibid.

Duces & Principes Italiæ.

Ille meos: 150.
Celeritate & mora: ibid.
Omnia fortunæ committo: 151.
Pag. 149. In mora & velocitate: ibid.
Mi trovo in alto Marcenza gover-
no: ibid.
Si te fata vocant: 152.

Principes Vallis terræ, Sa-
lerni, Stitigliani & Melphi.

Ultimus ardor: 155.
Attamen constans: ibid.
Officium natura docet: ibid.
Pag. 154. Amor addidit: 156.
Si perdidissem una sola mihi redo-
leret: ibid.
Conficere est animus: 158.

Marchiones Massæ.

Pag. 159. Non quet in bessr: 160.
Di ben in megho: ibid.

Ἐμ κύδω ἔυχαρισια:

Hieroglyptorum sculptura. | Symbolorum explicatio.

Ἐμ κύδω ἔυχαρισια: Pag. 160.
Pag. 159. Alijs spretis te solam: 161.
Καὶ ἔχομεν ἓν κύδω: ibid.
Iovo dietro a quel che me arde: 162

Principes & Marchiones
Italiæ.

Alta alatis patent: 164.
Nec citra, nec ultrà: ibid.
Pag. 163. Ἀρισεια: 165.
Cautius. ibid.
Utrumque: 166.
His artibus: 167.

Marchiones Italiæ.

Fides majora facit: 169.
Undique frustra: ibid.
Pag. 168. In hoc vinces: 170.
Unita valent: ibid.
Fide & patientia: 171.
Torto & forza: ibid.

Marchiones Italiæ.

Dux in hostes pariter & Clypeus:
Dum spiro spero: ibid. (173.
Pag. 172. Mihi medelam: ibid.
Semper Adamas: 174.
Custodi Domine vigilantes: 175.
Agito: ibid.

Marchiones Italiæ.

Percussus elevor: 177.
Todo es viento: ibid.
Pag. 176. Quis dicere falsum audeat: ibid.
Sic itur ad Astra: 178.
Sola non sola, repræsento: 179.
Nil amabilius: ibid.

Marchiones Italiæ.

Non tali auxilio. 181.
His suffulta: ibid.
Pag. 180. Præ nimio pondere: ibid.
Immobilis: 182.
Sic mutor ad illam: ibid.
Me tuis ornari: 183.

Marchiones Italiæ.

Ita & virtus: 185.
Pag. 184. Prius mori quàm fidem fallere:
ibid.

Inopem

INDEX.

Hieroglyptorum sculptura:	Symbolorum explicatio:	
	Inopem me copia facit:	Pag. 186.
Pag. 184.	Aunque os pese:	ibid.
	Fulminat hic bello:	ibid.
	Splendor vanescens:	187.
	Marchiones Italiæ.	
	Haud aliter:	189.
	Sic Diva lux mihi:	ibid.
Pag. 188.	Immergar aut emergam:	ibid.
	Ogni belleza à fine:	190.
	Nec sorte nec fato:	191.
	Mutua fœcunditas:	192.
	Marchiones Italiæ.	
Pag. 193.	Intrepida fides:	194.

Hieroglyptorum sculptura:	Symbolorum explicatio.	
	Libertate & mora:	Pag. 194.
	Non cedit umbra Soli.	195.
Pag. 193.	Me tuis adhærere ramis:	ibid.
	His graviora:	196.
	Omnia fortunæ committo:	ibid.
	Marchiones Italiæ.	
	Non deficit alter:	199.
	Deorsum nunquam:	ibid.
	Utrumque:	200.
Pag. 198.	Volente:	ibid.
	Semper:	201.
	In viridi teneras exurit flamma medullas:	ibid.

FINIS.

ANNO

Regnante RODOLPHO IMperatore PIO, GLORIOSO.

Typis G. N.